EX LIBRIS · FRANZ POLLACK-PARNAU ·
6/II/119

BEATI RHENANI SELESTADIENSIS RERVM GERMANICARVM LIBRI TRES, AB IPSO AVTORE diligenter reuiſi & emendati, addito memorabilium rerum Indice accuratiſsimo.

Quibus præmiſſa eſt Vita Beati Rhenani, à Ioanne Sturmio eleganter conſcripta.



BASILEAE, M D LI

Cum gratia & priuilegio Cæſareo in quinq; annos.

Bibliotheca Collegii
Budvicensis

NICOLAO EPISCOPIO IOANNES STVRMIVS S. P. D.

SApidus officio ſe gratitudinis liberauit, & mihi impudentiæ onus impoſuit, ut uitam Beati Rhenani conſcriberem. neq; ſane uideo qua ratione me contra reprehenſores defendam, niſi amicitiæ officium me tueatur. Mitto tamen cuiuſmodicunq; ſit, uobis diuulgandam, donec diligentius & ab amicis & ex libris eius conquiſitis ſententijs factisq; uiri meo iudicio magni, aliquid mittam uobis perfectius. Placuit mihi affari Ducem Vuirtembergenſem, quem propter probitatem & quaſdam eximias uirtutes, amo & obſeruo: ueſtrum eſt, ut omnia hæc emendate prodeant, in eoq; uobis poteſtatem facio, ut quæcunq; placebunt, ea aut addatis, aut immutetis, aut auferatis, iudicio arbitratuq; ueſtro. Vale. Argentorati XII. Calendas Martias, Anno Chriſti nati M. D. LI.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET DOMINO D. CHRISTOPHORO, DVCI VVIRTEM= bergenſi & Deck: Comiti Mombelligarti, Ioan. Sturmius S. P. D.

PRAECLARE de mortalium merentur rebus, qui Imperatorum & Regum principumq; uirorum res fortiter & cum gloria geſtas, ingenij & literarum monumentis, memoriæ poſteritatis conſecrare conantur. Cum enim omnis ſemper excellens in ſocietate humana uirtus memorabilis extitit: tum bellica præcipuè, quæ abſq; animi altitudine non poteſt elucere. Sed ingenij etiam & doctrinæ & ſapientiæ honores, ſuam quoq; habent meritorum erga mortale genus illuſtrem famam: neq; enim excogitare & conſulere, & docere ſapienter alios minus quàm fortiter pugnare & belligerare glorioſum eſt. Quamobrem etiam illi in humanę cõmendationis poſſeſsione ſunt, qui poetarum & oratorum, & philoſophorum & ſapientium uirorum uitas conſcripſerunt: neq; enim nulla uideri debet laus apud Xenophontem in Cõmentarijs dictorum & factorũ Socratis: & illuſtris laus in altera utraq; eiuſdem autoris de Perſarum rege Cyro hiſtoria. Vtrunq; enim, ſcilicet fortiſsimorum facta, & ſapientiſsimorum hominum conſilia cõgerere atq; conſcribere, ueritatem incorruptam, diligentiam ſummam, doctrinam peculiarem, iudicium acutum atq; perfectum requirit. Nam ut de bello ſuperiore proximo Germanico dicam, quod à Carolo Cæſare recente memoria omnium geſtum eſt: quàm multa continet quę ignorantur? Fui ego in aduerſarijs caſtris: multa uidi: multa audiui: uerſatus ſum, ut uerecũdè loquar, cum multis, ſentio tamen quot res & quales mihi deſint ad hiſtoricã ueritatẽ, & ad operis confectionẽ, ut etiam ijs deeſſe ſentio qui de hoc bello uel ſcribũt, uel loquuntur, uel iudicant. Et tamen in iſtis caſtris facilius fuit Ducum conſilia animaduertere propter ſocietatẽ & multitudinem: quàm in alteris, ubi Cæſaris uoluntate, & ſapientia nutuq; omnia gerebantur: cuius non ſolum cogitationes ſemper occultæ ſunt: ſed etiam cõſilia recondita, & rationes inexplicabiles: qua in re inde à principio Imperij admirabili uſq; huc & propè diuina fuit præditus prudẽtia. & tamẽ iſtud bellum neq; temporibus longum, neq; rebus gerendis numeroſum fuit: quid ſi quis de reb. Germanicis uniuerſis, aut de Gallicis, alijsq; ſcribere aliquid inſtituat: quod dignum eſſet ſempiterna hominum

memoria, quàm operoſe? quàm diligenter? quanta cura elaboran-dum eſſet? Fatendū ergo eſt mihi profecto, magnū & arduū eſſe Re-gum populorūq; hiſtorias conficere, ſed eædē etiā uirtutes in uitis re quiruntur cæterorū uirorū qui aliquibus laudibus enituerunt, con-ſcribendis: quæ in hiſtoriarum contextu ſunt neceſſariæ. Nam ut ad exempla ueniā, ſi quis inde ab ætate Laurentij Vallæ uſq; ad noſtra tempora memoriā antiquitatis repetat: inueniet in hoc paruo ſeculo permultos præclaros doctrina uiros extitiſſe: quorū ſi quis uelit ui-tas explicare: ſentiet longè plus in rerū conquiſitione, quàm earū cōme-moratione laboris eſſe ſuſcipiendū. Primū enim multorū annorū ui ta eſt, & quæ dicuntur, quęúe faciunt homines: ea in locis uarijs, tem poribusq; diuerſis, & apud homines inter ſe remotos agitāt. Deinde multa uel propter pericula celātur, uel propter uerecundiā & oſten tationis pudorē prodi non poſſunt: eoq; ſimul cum morte omnia au feruntur. Omnia iſta quiſq; animo ſuo ſecū reputans, uera eſſe cōpe-rit, uel in hac tua præclariſsima dignitate, uitæq; agitatione Illuſtriſ-ſime Princeps: quàm multa ſunt uel cogitata ſapienter, uel diſsimulata prudenter, etiā cōſiliarijs incognita: quæ poſt te nullū habitura ſunt neq; enunciatorē neq; ſcriptorē. Sed pleriſq; in rebus conſimilis dei hominūq; imago eſt: multo maxima pars diuinę bonitatis latet inui-ſa, inaudita, nulloq; ſenſu cognita. multa fieri diuinitus uident morta les: quibus uerò de cauſis fiant, ne ſapientū quidē quiſq; poteſt ani-maduertere. ita etiā à celſi animi fit hominibus: ut propter reliquorū aut ſtulticiā aut maliciā, multa animis occultata moliantur: multa ſu-ſcipiant atq; perficiant: quibus uerò id rationibus cōſequantur, non indicent. unde fit ut ſæpe humanū genus abſq; rationibus & laudet & admiretur. contra uituperet etiā atq; deſpiciat nullo iudicio. Idem mihi in magnę noſtri ſeculi famæ uiro hac ſecunda Februarij menſis hebdomade accidit. nam cum rogatu amicorū Beati Rhenani uitam propoſitū mihi eſſet literis complecti: prius obſeruantia, & reueren-tia, & admiratione uiri occupabar: quàm adiuuarer argumentis, aut rerū materia niterer. In uiri enim tanta nominis celebritate: & in tali doctrina: & tam amabili grauitatis & modeſtiæ, uitæq; & doctrinæ contemperatione: & in præſenti adhuc omniū doctorū hominū re-cordatione: nihil mihi defuturū putaui, aut ad ueritatē rerū, aut gra-uitatē ſententiarū, aut orationis copiā. Sed uix opus in manus aſſum pſi cum inter ſtilū materia & inculdulā euaneſceret. & cum hominem me in manibus uerſare putarem: ſenſi ex ijſdem quaſi dei umbrā effu giſſe ſubito. Eius incōmodi cauſæ ſunt: primum priuatim exacta uiri
uita

uita: deinde ingens quidem doctrina, ſed modeſtia uerecundiaq́; ma gis occultata, quàm faſtu aliquo aut oſtētatione uenundita. itaq; tan tum annotaui, quantum à me per triduū cognoſci à familiaribus po= tuit: placuit tamen idipſum cuiuſquemodi ſit, illuſtriſsimo tui nomi= nis patrocinio cōmendare: non tamen abſq; comitatu eorū librorū quos de rebus Germanicis ille uir ſcripſit, ut quod mihi decedet fi= dei propter rerū ignorationē & ingenij imbecillitatē: id cumulatius horum librorum bonitate queat ſuperare. Quanq; non eo iſtud ſcri pſi quo exemplum ſit formæ alicuius bonæ, ſed ut incitamentū, quo poſsit quiuis aliquid dare præſtantius: in eoq; nominis tui autorita= tem appellare: qua excitentur aut exteri, aut etiam tui, præſertim Tu bingēſes, quorum nullus eſt, in ijs quos ego noui, qui maior non ſit, quàm ipſe ſim, artifex: ut Ioannes Sichardus, qui cū iuris ſcientia do= ctiſsimos noſtri ſeculi Iureconſultos poſsit æquiparare: & Leonar= dus Fucſius, qui cum præſtantiſsimis medicis non cedere debeat: ta men uterq; hiſtoricus non ſolum doctrina eſt, uerum etiam oratio= ne eſſe poteſt & ſtilo. Deinde Iacobus Sceggius, non ſolum philoſo phus, uerum etiam philoſophus diſertus & copioſus. Prætereram Melchiorem Volmarum, hominem q̃ plurimis annis inſignite do= ctrinis linguiſq́; eruditum, & benignū hoſpitem meum cum Tubin gæ eſſem: magnum uirum naturæ bonitate, & eruditione eximium. Hos ego & in hiſtorijs & in cæteris artibus atq; diſciplinis ingenij gloria excellere ſcio: dignos ſanè qui in Regum Principumq́; gym= naſiis conſpiciantur. Quos ego in hoc illuſtriſsimo auſpicio tuæ Rei publicæ, fidei tuæ cōmendo: ipſumq́; gymnaſium, quod ab Eberhar do patrueli proauo conſtitutum, & ab Vlrico patre renouatū & am plificatum, tua nititur prudentia, autoritate, bonitate, liberalitate, in hiſce miſerabilibus ingeniorum & literarum temporibus. Sed ut ad Beatum reuertar: eius etiam memoriam cōmendo, & hoſce tres de Germania libros, oratione pura, ſtilo acuto, iudicio ſubtili, doctrina ampla uariaq́; compoſitos: uitam etiam eius innocentem, tempera= tam, uerecundam, pacificam, & in perpetuo ocio ſemper laborio= ſam: & in laboribus tranquillam, & in tranquillitate ſollicitam de li= bertate paceq́; publica, contra Turcarum uim, contra omnem temporum iniuriam: quam à te depellat Optimus, Maximus Ieſus Chriſtus.

BEATI RHENANI VITA
PER IOANNEM STVRMIVM.

BEATO Rhenano oppidum Rhenacum, unde pater Seleſtadium aduenerat, cognomentũ dedit. Id oppidum ſupra Argentoratum ad quatuor milliaria Rheno alluitur: ab eodemq́; ex parte maiore alluuionibus aut diminutum lenibus, aut ſubitis abſumptũ eſt: quę cauſa nonnullis inde migrandi fuit. ex hoc loco quoniam pater aduena Seleſtadij erat, Antonius Rhenanus eſt cognominatus. Aliquoties ex Beato filio auditum eſt, ſæpe ſe pœnituiſſe quòd aduenticium nomen retinuerit, auitum non uſurparit. Nam maiores eius Bildij antiquitus appellabãtur. Fuit Antonius pater diligens ſuarum rerum paterfamiliâs, qui cum artem lanioniam præcipue factitaret, ex parua pecunia quam Rhenaco apportauerat, parſimonia & aſsiduitate mediocriter magnam confecit: ratione bona, ut in Senatum paucis annis fuerit delectus, & conſulatum geſſerit, & functus ſit omnibus eius urbis muneribus. Hoc parẽte generatus fuit Beatus Rhenanus Anno M. CCCC. LXXXV. Friderícho tertio Imperatore Auguſto: Pontifice Innocentio octauo: Rege Galliæ Ludoico undecimo. Eodem quo natus fuit anno, matrem amiſit Barbaram Kegeliam: cuius uirtutem mariti Antonij uita uidua comprobauit. nam eadem quæ prima, etiam poſtrema uxor fuit: cum unus ſolũ filius eſſet Beatus, patris hæres, idq́; ante ætatis flexũ. Audio enim ex familiaribus Rhenani, poſt filium natũ & uxorem mortuam, ultra trigeſimũquintum filij annum perueniſſe: neq; ſuæ uitæ attigiſſe annũ octuageſimum. Ergo in ſpe pater non concepta ſed cõfirmata de filij probitate mortuus eſt: & filius ſeculo literarum non infœlici fuit natus. Angelus enim Politianus uſq; ad uigeſimumquartum annum Beati Rhenani uixit: intra quod tempus etiam Hermolaus Barbarus, qui ante Politianum natus fuit, & Ioannes Picus Mirandula, & Theodorus Gaza, & Georgius Trapezuntius, & Marſilius Ficinus, & Iouianus Pontanus literarum laudibus floruerunt. Quanquam in Germania eo tempore infantia adhuc ſtudiorum & literarum erat. Nam præter Rudolphum Agricolam Alexandri Hegij magiſtrum, & Eraſmum Roterodamum Hegij diſcipulum, Germania nihil magnum atq; præclarum in literis uiderat. ſed tamen horum ſcriptis probabile eſt: & ex eius æui hominibus intelligitur, iſtis exemplis tum excitata fuiſſe adoleſcentum & iuuenum ingenia: ad maiorem non modo doctrinarũ, ſed etiam ſermonis atq; linguarum puritatem. Adoleſcebant

leſcebant eadē tempeſtate ſtudia Philippi Melanchthonis, qui duodecim annis,ut opinor,minor erat. Apparet etiam ex hiſtorijs,Pontifices & Imperatores & Reges & Reſpub. delegiſſe ad ſua conſilia homines eruditos: quibus Maximilianus cum primis fuit delectatus. Hiſce hominum temporibus homo mediocriter locuples:unius filij pater:mortua uxore, filium literis deditum eſſe uoluit ,& literarum cauſa ad alias gentes proficiſci. Credo enim non ſolum naturæ bonitate patrem eò impulſum eſſe: uerum etiam autoritate Rerumpub.atq; Principum: & exemplo doctorum,& hortatu amicorum: ut hæredem unum literarum doctrina uellet à puero erudiri. Nam cùm primum idonea ætas eſſe cœpit: Cratoni Vdenhemio datus ad inſtituendū eſt,qui tum Seleſtadij literas docuit: magno & morum grauitate,& doctrinæ opinione,pro ut illa erant Germaniæ tempora,uiro :quo mortuo, Hieronymo Gebuilero traditus, ſpe ſtatim de principio apud utrunq; bona,eos fecit progreſſus,ut cæteris condiſcipulis inferiorum ordinum præficeretur & diligētiæ & profectus cauſa: quemadmodum ex Sapido intellectum eſt:qui ſe unum ex ijs fuiſſe dicit,quibus fuit præfectus,& quos non ſolum docuit, uerum etiam caſtigauit. Poſt hanc diſciplinā miſſus Lutetiam eſt:quò etiam Sapidus tertio poſt anno ſubſecutus, Beatū domi Ariſtotelis Oeconomica explicantē audiuit. Florere ea ætate cœperunt magis q̃ antea in Gallia & Germania literæ. Græcas enim tū Lutetiæ Georgius Hermonymus Spartanus docuit,quem diu multūq; audiuit:& Dialectica Phyſicaq; Iacobus Faber, eiusq; diſcipulus Iodocus Clitoueus explicabant: quorū utriq; fuit familiaris. Fuit circa id etiā tempus Lutetię Eraſmus Roterodamus:qui primū Adagiorū diuulgatione cœpit magis q̃ antea inclareſcere. Fauſtus etiam Andrelinus ibi magna auditorum frequentia poetas docuit,& epiſtolas ſuas adagiales conſcripſit:uter ab altero prouocatus,à Fauſto ne Eraſmus,qui adagia prope latinæ gręcæq; linguæ omnia & collegit & digeſsit:an ab Eraſmo Fauſtus, qui q̃ plurima paucis rerū argumentis contexuit, mihi incognitū eſt. Bona tūc tēporis literarū cōditio fuit,quę diuturna & inueterata barbarie ſuppreſſæ, poſteaq; in lucē reuocari cœperūt,magnū ſui deſideriū excitarūt: tū natura ſui, quæ eſt ſuauiſsima: tum etiā præmijs,laudibus,honoribus:quæ omnia noſtris moribus ſublata,inopiā breui prænūciant non ſolū doctorū hominū,uerumetiam ſtudioſorū. Is huius temporis ſtatus magno adiumento Beato Rhenano fuit:nam primi præceptores Crato & Hieronymus Gebuilerus, tametſi pro doctis & bonis habebantur: tamen bonitas in

ījs maior quàm doctrina fuit. Occupabant enim tum adhuc literarum gymnaſia Alexander Grammaticus, & Petrus Hiſpanus Dialecticus, & Tartaretus commentator: & in Theologia plus poterant authoritate Scotus & Lyra, quàm ij ipſi ſcriptores quos ſunt interpretati. Id etiam quod ex Ariſtotele & cæteris ſcriptoribus Græcæ philoſophiæ tradebatur, non ſolum uerbis impurum, uerum etiam ſententijs aut obſcurum erat, aut deprauatum, aut falſum. Sed uelut in plantis & herbis fit: in quibus quæ probæ naturæ ſunt, eæ meliores ſuccos è ſolo ad coaleſcendum exugunt: ita ingenijs etiam hominum accidit, ut qui meliore indole præditi ſunt, illi meliora ſtudia ſequantur, & elegantiam barbariæ anteponant. id quod Beatus ſiue ſua ſponte: ſiue hortatu familiarium: ſiue exemplo aliorum fecit, & eos audire maluit, qui aut utranq; linguam, Græcam & Latinam tenebant: aut qui ſermonem latinum ad elegantiam artium potius quàm ad earum fœdationem tradebant. Sed inter condiſcipulos Lutetiæ cum ætate parem, tum induſtria & doctrina æqualem habuit Michaelem Humelbergium: quo plurimum in commentationibus ſtudiorum, & eorum quæ audierant uſus eſt: nam Sapidus utroq; annis ſuppar erat. contrà etiam Vuimphilingius maiore erat in obſeruantia propter ætatem & æſtimationem, quàm in amicitia eſſet propter ſtudia iuuentutis. His initijs & artium & linguarum inſtructus, & in Germaniam reuerſus, haud diu in patria hæſit: & primum Argentorati aliquot annis cōſtitit: poſtea Baſileam profectus eſt, ut magis excoleret ea quæ didicerat: & ut qui curſus cōficiendus eſſet in philoſophorum literarumq́; gymnaſiis, eum non deſereret anteaquam ad metam perueniſſe uideretur. Cōmodum tum ex Italia uenerat Ioannes Cono Noricus: qui Græcam linguam ibi ab eruditiſsimis hominibus cognouerat: cōmodum etiã illud, quòd Ioannes Amerbachius D. Hieronymi libros diuulgare inſtituerat: qui ut hi emendatiores in lucem irent, Cononem ad ſe domum hoſpitio inuitauit: eoq́; non ſolum in emendando Hieronymo adiutore: uerum etiam in liberis erudiendis præceptore eſt uſus. Itaq; cum Brunone & Baſilio & Bonifacio Amerbachijs fratribus Cononem Græcos ſcriptores interpretantem audiuit: quem etiam mortuum cum pietate coluit: Extat enim Baſileæ Epitaphium monumentum, quod Beatus hoc titulo Cononi conſtituit. D. O. M. SACRVM. Τοὺς ἀγαθοὺς καὶ θανόντας εὐεργετεῖν δεῖ. In eo Epitaphio præceptori ſuo quinquagenario, anno M. D. XIII. mortuo, Theologiæ & linguæ Græcæ atq; Latinæ ſcientiam, uitæq́; integritatem, & ſtu-

dium

dium iuuandarum literarũ tribuit. Mortuo Conone aliquot annos Baſileæ propter loci ſalubritatem atq; amœnitatem, & ob doctiſsimorum hominum optimorum uirorum conſuetudines atq; familiaritates manſit: Amerbachiorum ſcilicet, Frobeniorum, Ludoici Beri theologi, Claudij Cantiunculæ Iureconſulti, Henrici Glareani, Gulielmi Neſſeni, Ludoici Carini, Nicolai Briferi, Pauli Phrygionis, Marci Berſij: cum quibus aut amicè aut familiariter aut domeſticè uiuebat. Sed poſteaquam Eraſmus Roterodamus eódem aduenit: fructum ibi tum ſe Baſilienſis uitæ percipere putauit: quem ita reuerenter coluit, & ita ab eodem amatus fuit, ut par eſſet & in Beato obſeruantiæ, & in Eraſmo amoris ſignificatio. Nam ut de moribus eius dicamus, & de cæteris animi ornamentis: præter excellentem doctrinam, dum uixit, innocentiæ & humanitatis, & pudicitiæ laude fuit cõmendatus. De pudicitia conſtat, quòd non ſolum abſq; crimine, ſed etiam abſq; ſuſpicione criminis uſq; ad exitum uitæ uixerit. Etiam de humanitate clarum eſt, neq; in amicitijs durum, neq; in familiaritatibus ſeuerum, neq; in congreſsionibus difficilem fuiſſe. De innocentia, quæ ab iniuria ſemper remota eſt: nihil uiſum, nihil auditum ab eo aut factum aut ſuſceptum aut inſtitutum eſſe, in quo poſſet culpari, niſi illud ſit, in quo maior uoluptas eſt, quàm eſſe poſſit reprehenſio. Fuit Argentorati Doctor Ioannes Geilerus theologus: uir, ut eius temporis homines loquuntur, & ut ex eius concionibus poteſt intelligi, ea ætate in populo docendo ingenioſus, & in uita innocens atq; probus, & populo non ſolum gratus, uerum charus etiam et honoratus: in cuius locum mortuo Petro Vicramio, qui antea ſucceſſerat, Doctor noſter Gaſpar Hedio non minore gratia, ſed difficiliore tempore eſt ſubſtitutus. Geileri uitã Beatus Rhenanus ex Gallia reuerſus cum Argentorati apud librarium Schurerum ageret conſcriptam diuulgauit: in qua de Virginibus noſtri ſeculi pœnitentialibus meminit, quarum religionem in cæteris eius ætatis religionum cæremonijs plurimum Geilerus amauit. In quo ſcripto Beatus his uerbis ſcribit de iſto uirginum collegio. HAS cum luxu & delicijs diffluerent, nec pudicitia ſic tuta ſatis uideretur, ſub arctiorem uiuendi regulam redegit. Quibus uerbis exacerbatæ fœminæ iniuriarum inſtituerunt cum Beato agere. Et niſi compoſita offenſio fuiſſet per uiros qui tum erant cum authoritate, metuenda erat ex delatione nominis Beato ex urbe Roma condemnatio. Hanc ſolam cognoui eius contentionem, cæteroquin nullis fuit prouocatus inimicitijs: neq; ab eo quenquam puto ulla

fuiſſe

fuiſſe uel percuſſum uel appetitum iniuria. Neq; enim hæc res ab æ-tatis meæ memoria remota eſt: etenim fuit annis ante me natus Bea-tus Rhenanus uiginti duobus, & quod ex lectione librorum, & me-moria meorum amicorum habere non potui, id ſi quid eſſet didiciſ-ſem ex uirorum ætate grandiorũ ſermonibus: ut de Eraſmo & Hut-teno: de Capnione & Hoſtratano: de Politiano & Merula: de Mur-melio & Liſtrio, & lectũ à nobis eſt, & ex amicis cognitum. Sed fuit Beatus uir (ut mihi perſuaſum eſt) probatis omnino moribus. Fue-runt tamen nonnulli, & ex noſtris qui in eo fortitudinem, & ex alijs qui liberalitatem requirerent: quæ uitia ſi fuiſſent in eo, tamen abſq; ullo publico extarent detrimento. Imò ego utrunq; temporibus acci diſſe, & non ſolum uituperabile neutrũ, ſed utrunq; laudabile fuiſſe arbitror ea qua ipſe erat natura, & eo ingenio eóq; uitæ inſtituto. Nemo enim aliquid ſuſcipit quod reipub. periculoſum ſit, niſi aut ex celſi ſit aut temerarij animi: mediocritas omnis pacem publicã ſequi-tur, ocium ſingulorum amat: & quod his aduerſariũ eſt, extimeſcit. mauult enim priuatim cum omnibus pati, quàm paucis autoribus moliri in quo incertos & periculoſos oporteat exitus pertimeſcere. Quanquam etiam Beatum Rhenanum & in patrimonio conſeruan do pepercìſſe, & in matrimonio coeundo ſuæ naturæ diffidiſſe, & in religione ſuſcipienda timuiſſe animaduertam: uerumtamen hęc ipſa talia ſunt, ut potius prudentiæ laudem mereantur, quàm cõmereant timiditatis uituperationem. Nam ut de matrimonio dicam, primum quanq; uerisſimè à diuo Paulo ſcribitur, Nubere melius eſſe quàm uri: tamen non uri eſt optabile: & reprehendendum eſt, temerè con-trahere matrimonium: & ſtultum flammam, antequam ſentias exci-tare. credibile etiam eſt non ratione ſolum, ſed etiam natura à connu-bio Beatum abſtinuiſſe, id quod ex patris iactura ſenſúq; intelligo. Nam poſt matris Barbarę obitum multis annis cùm pater ſolus cum ancillula uetula domi rem curaret, Ioannes Myllerus fur quidam in-genioſo inuento ex uini dolijs, quæ in ueſtibulo erant, interdiu per dies compluſculos ædiũ notatis locis, poſtquã mille quingentos Ar gentinenſis precij aureos patri ex arcula abſtuliſſet, per literas à Sapi do Rhenanus petijt ut patrem conſolaretur, ea ratione, quòd ipſe ex literis & à præceptoribus cognouiſſet, talia & accidere hominibus ſæpe poſſe, ſæpe etiã ſapiẽtibus & bonis accidiſſe, & tamẽ eſſe ferẽda non ſolũ mediocriter, uerũ etiam forti altóq; animo: reſpõdit pater, non ſe de eo damno ſolicitũ eſſe, ſed magis dolere, filiũ à matrimonio abhorrere, & potius ſe ſucceſſorẽ uidere hæreditatis, quam patrem-

familiâs

ſamiliâs alium, propterea quòd de uxore non cogitaret. Non tamen plus potuit patris uotum quàm filij natura: quæ cuiuſmodi fuerit, in ætatis curſu potuit animaduerti. uitæ enim ut tranquillæ appetens, ita ſolicitæ fugiens erat. ut in ea ætatem degere poſſet, à Carolo Cæſare priuilegium ciuilium uacationum obtinuit: quo liber in patria eſſet etiam à ſenatorijs & forenſibus laboribus. Fortaſsis hæc una cauſa fuit uitæ celibis, in qua minor eſt ſolicitudo atque moleſtia quam in matrimonio, cuius tamen cupidus fuiſſe poſt apparuit. Paucis enim ante uitæ finem annis Annam Brunoniam uiduam ſibi deſpondit, mulierem exiſtimationis bonæ, quæ adhuc uiuit: & cum omnes mirarentur quid cauſæ eſſet quòd nuptias ſolennes non celebraret: tandem à medicis cognitũ eſt, è ueſicæ doloribus laboraſſe: cuius etiam exulceratione interijt. Probabilis coniectura eſt, inde à iuuentute & ab ætatis flore præſenſiſſe id malum, quod cũ ſenectus frigida nonnihil ſedaſſet, ſperata ſalute inſtituit quod perficere non potuit, connubium. Sed iniqui ſumus, qui aliorum conſilia & conſcientiam perſcrutamur, noſtram negligimus. Inique etiam egerunt qui liberalitatem ab eo requirebant. quam enim liberalitatem exercere poteſt, cui ſatis eſt rem mediocrem conſeruare? & animus non eſt eam amplificare ita ut liberalitatem ferre poſſet. Laudabile eſt ſi in facultate non ampla abſit auaritia. Conuiuia ſumptuoſe parare: precioſe ueſtiri: locupletis familiæ, non ſobriæ uitæ eſt. Exiſtimauit naturæ & conſcientiæ ſuæ conueniens eſſe, domi priuatim & temperanter nullo faſtu, nullis contentionibus uiuere, in ſua bibliotheca uerſari: conuiuia non magnificè domi inſtruere, ſed ea cum amicis per interualla concelebrare. Valeat ergo ille iocoſus uerſus, cuiuſcunque fuerit: Beatus eſt beatus, attamen ſibi. Ego hanc eius frugalem beatitatem omnibus omnium Cæſarum magnificis epulis antepono. Sed ſatis de re nugatoria: ueniamus ad religionem, in qua aliqui fortem eum non fuiſſe culpant: quòd cum probaret noſtram, partes eius non ſuſceperit. Fateor ego probaſſe Beatum in religione quod præcipuum eſt: doctrinæ lucem: & improbaſſe quæ peſtiferæ ſemper fuerunt, doctrinæ tenebras. Sed omnes iſtæ calumniæ de pecuniarum uſu & de religione, priuatæ conſcientię ſunt. Vixit Beatus dum uixit abſque ullo maleficio, ullaúe iniuria: uixit temperanter: uixit uitam philoſophicam. Conuertit è Græco in latinum ſermonem duas Gregorij Nazianzeni ad Themiſtium epiſtolas. Illuſtrauit res Germanicas, iuuit patriam libris tribus, in quibus doctrina ampla, & iudicium acutum elucet. Tertullianũ, Tacitũ, Plinium, Liuium cõmentariolis purgauit

uit, explanauit: & propè reſtituere integros conatus eſt. Necq leuem ſanè operã in Velleio Paterculo, ſcriptore planè lacero, & tenebris obruto, inſumpſit, dum eum ita expurgat, ut iam magna cum gratia legatur. Euſebij preterea hiſtoriam eccleſiaſticam (quam tunc Græcè nuſquã potuit cõquirere) ita adornauit, ut niſi Græca prodijſſet, uix aliquid fuiſſet in ea deſideratum. De minutioribus taceo, qualia ſunt quæ edidit ſcholia in Ludum Annęi Senecę De morte Claudij Cæſ. & in Caluicij encomiũ autoris Syneſii: item præfationes uariæ, quas uarijs pręmiſſas libris inuenias. Sed & ex ijs quæ ſcripta diuulgauit: & ex literis ad amicos miſsis, & ex ſermonibus cõſtat, antiquitatis eum ſtudioſiſsimum fuiſſe: ad cuius imitationẽ multa Seleſtadij cum publica tũ priuata ædificia inſcriptionibus aut picturis exculta paſsim uiſuntur. Denicq uir bonus & doctus fuit, imò fuit optimus atcq doctiſsimus. Nimiæ eſt moroſitatis, in bonitate crimen inueſtigare. Vt autem reliqua perſequamur: quia de uita eius Pariſienſi & Argentinenſi & Baſilienſi dubium nullum eſt quin plena fuerit, ſtudij, diligentiæ, honeſtatis, quibus uirtutibus literarum cognitionem amplam comparauit: reliquam ætatẽ uideamus, quam in patria exegit. Patrimonium principio à patre mediocre, ut antè poſui, expectabat, & uiuere cum patre liberaliter potuit: prę ſertim cum auunculus Renardus Kegelius ſacerdos bona ſua ei teſtamento ad patris bona addidiſſet. Huius hæreditate & patrimonio quod à parẽte utrocq habuit contentus: primum præcipuumcq uitæ ſuæ munus eſſe arbitratus eſt, literas colere: & ex literis prodeſſe rebus mortalium. Quamobrem ubi ſatis ſe Baſileæ fuiſſe exiſtimauit, domũ reuerſus eſt, cum annos ad triginta quincq natus eſſet: incenſa diſceptationũ inimicitijs inter Pontificios & Lutherũ religionis contentione: in cuius ſocietate propter ingenij placabilitatem eſſe noluit. Magna fuit illius domus ſolitudo. Pater enim ſolus cũ ancilla, ut antea ſcripſi, rem domeſticam curauit: Poſtridie quàm filius Baſilea propter patris ualetudinẽ uocatus aduenißet: pater diem ſuũ obijt. Adduxerat ſecũ Baſilea famulũ Rudolphum Berziũ, cuius poſtea per uitam opera ſemper uſus fuit: & præter mulierem uetulam & Rudolphũ neminẽ ea domus habuit. Inter amicos Seleſtadij inprimis Beato Arnoldo & Iacobo Spiegelio, utrocq Caroli Imperatoris conſiliario, familiariſsimè utebatur. Quos coràm amplecti non potuit amicos, eorũ beneuolentiam miſsionibus literarũ retinebat. fuit enim in reſpondendo perfacilis & perhumanus. ex noſtris theologis magno amore & pietate doctorem Hedionem eſt proſecutus. Pluribus amicus, nulli inimicus

micus fuit: ipſe etiã nullius fuit laceſsitus iniuria. nam quòd Aquæus eum in cõmentarijs Plinianis reprehẽdit, cui reſpondit humaniter: nihil habuit contentionis aut odij ea diſceptatio. Tempora ſtudijs, quę erant quotidiana abſq; intermiſsione, ita per uitam partitus eſt, ut ueſperi plus nocti quàm mane adimeret. animi gratia quoties cœli tẽperies inuitabat, quotidie hora aliqua pomeridiana, poſt lectionem aut ſcriptionem domeſticam in hortos ſuos ſuburbanos exire deambulatum ſolebat. prandio horam decimam, cœnæ ſextam dederat. Victus quotidianus ſalubris magis quàm delicatus aut exquiſitus erat. Eadem fuit in cultu frugalitas. Domum quoniam libidinibus & impudicitię clauſam tenuit, comeſſationes admittebat nullas: conuiuia rara eaq; optimis parabat. Eraſmus bis apud eum hoſpitio uſus fuit, Baſilea ad ipſum amoris cauſa profectus. & quanq; domi ſolitudinem propter ſtudiorum rationes ſuamq; naturam amabat, foris tamen frequenter cum amicis conuiuabatur. In moribus eius nulla duricies, nullus faſtus, nulla oſtentatio, nulla de ſe cõmemoratio. Cum plurima legiſſet, ſcripſiſſet, audiſſet, ſciret, nemini ſe antepoſuit. in religione ne quidem quid ipſe ſentiret ſolebat enũciare: quãuis cõſtat, ſyncerioris theologiæ ipſum fuiſſe ſtudioſum. De Eraſmo fertur, quòd dicere ſolebat, Lutheranos bonã comœdiam male agere. eius ipſe principio opinionis fuit, ſed ætate acceſsit propius ut idẽ ſentiret, tametſi idem non tueretur. dignus ſanè uir cui religionis cauſa cõmitti debuerit ſi iudicibus fuiſſet opus: propter probitatem, ueritatem, doctrinam, iudicijq; acumen, id quod in ſcriptis perſpectè extat. Oratio pura eſt, & copioſa, ſtilo artificioſo: abſq; imitationis tamen exempliq; ueſtigijs, ſed emendatior perfectiorq; annis reddita eſt: nam aliud in dicendo genus eſt, in uita Geileri, quam Argentorati anno M. D. X. conſcripſit, & aliud in poſtremis ſuis lucubrationibus. Valetudine fuit non incõmoda, nec ullo unq; deiectus ante ætatem propè actam morbo, præter eam ſuſpicionẽ quam de matrimonij conſilio diximus: quanq; fluentibus erat oculis, & Sapidus dicit, id uitij etiam in adoleſcente fuiſſe. Illud uerò in ualetudine memorabile eſt, quòd poſt connubium inter ſe & uxorem conſtitutum, talis fuit ſtatim ſignificatio morbi, ut nulla fuerit cohabitatio, nulla etiam conſuetudo, tametſi eam pro uxore uictu cultuq; domi non ſuæ ſed mulieris ſuſtentaret. Ex Rudolpho Berzio audiui, tantam fuiſſe ueſicæ imbecillitatẽ ut urinam continere non poſſet, eamq; perpetuo uaſculo uitreo exciperet. Idcirco medicorum conſilio poſtq; curari non potuit, profectus ad balneas Badenſes eſt: in quibus non alleuatio morbi, ſed tanta exacerbatio extitit, ut inde Argentoratũ depor-

tatus, impatiens propter imbecillitatẽ uectionis, ibi diem ſuum obierit decimotertio Calendas Iunias anno Chriſti M. D. XLVII. ætatis ſuæ ſexageſimo ſecundo: & moritur inteſtatus, quod mirum eſt, hominem ſummi ſemper otij, maximæ prouidentiæ, cupidiſsimũ honeſtatis, amantiſsimum exiſtimationis bonæ, cuius bona eſſent circiter octo milium aureorum æſtimationis Argentoratẽſis, paucorum & obſcurorum hæredum: cui factio teſtamẽti ſemper fuiſſet, eum abſq; teſtamento deceſsiſſe. Sed Rudolphus Berzius ait, ſibi cum mortem adeſſe ſentiret demandaſſe, quid ſibi, quid alijs legaret: ſed hæc abſq; ſcriptura & abſq; teſte: itaq; in controuerſiis petitorum bona eius abſq; poſſeſſoribus conſignata iacent. Quanq; bibliotheca Senatui ciuibusq; legata & conceſſa eſt ex ſententia petitorum, & Rudolphi teſtimonio, qui Beati eam dicit extremam uoluntatẽ fuiſſe. Cadauer Argentorato Seleſtadium aſportatum eſt, ut patriæ, à qua animam acceperat, etiam cadauer reſtitueretur, ad ſepulturam, & ad doctiſsimi ciuis, optimi uiri, clariſsimi hominis memoriam.

Beati Rhenani uitæ per Io. Sturmium conſcriptæ finis.

MONVMENTVM BEATI RHENANI
Ioanne Sapido autore.

RHENANVS LOQVITVR.

Quòd nunc illuſtrata ſuis Germania rebus
    Noſcitur, eſt noſtri non leue Martis opus.
Quòd ueterum purè autorum monumenta leguntur,
    Acceptum mihi, qui legerit illa, ferat.
Quòd uarijs inſcripta notis & picta figuris
    Patria culta mea eſt, autor & ipſe fui.
Inde caduca mei pars ſit licet obruta terra,
    Parsq; mei, cœlum, non peritura, colat,
Non humana tamen totus commercia linquo:
    Nam partem partes hæ peperere duæ.
Illa uiros doctos linquet, linquetur & ipſis
    Quum ſol occiduo tollet ab orbe caput.
Muſa mei Sapidi me, conſuetudinis ergô
    Antiquæ, fecit poſt mea fata loqui:
Iuſſit & incidi ſaxo mea uerba perenni,
    Vt ſint officij pignus & arra ſui.

RERVM IN GERMANIA BEATI RHENANI MEMORABILIVM INDEX COPIOſiſsimus, in quo primus numerus paginam, ſecundus uerſum ſubindicat.

ABbatū Germaniæ penſitationes unde 87.26
Abnoba & Abnoua mons 128 8.& 18
Abnouę uocabulum quid ſignificet 128.15
Achora ci. 197.6
Acimincum 15.5
Acinco 14.30
Acromus ſiue Acronius lacus 135.18 & 135.37
Acromi lacus nomenclatura 126.23
Actacottarum bellica uirtus 74.22
Actacottorum in Britanniam profectio 74.19
Adalgiſus regno exuitur 93.23
Adalunga cella 66.38
Adrana fl. 186.36
Ad ſtatuas locus 14.29
Aduatici unde prognati 20.36
Adulterij apud Germanos pœna 3.26
Adulterij pœna apud Saxones 56.4
Ægyptus 17.15
Ægypti prouinciæ 17.14
Æmilia 17.3
Æquinoctium 14.11
Æſtiones pop. 2.30
Afra 89.14
Africa ab Armoricæ gentibus uaſtata 74 13
Agaunum 136.33
Agauni deſcriptio 139.28.& 140.7
Agaunenſe monaſterium 140.2
Agentes pop. 11.14
Agilimundus Subregalis 68.9
Agilo ſtabuli tribunus 43.10
Agilolfingorum familia 93.7
Agrippina Auguſta 182.84. Claudij Cæſaris uxor 23.9
Agrippina colonia Germaniæ ſecundæ caput 184.38
Agrippina colonia à Francis expugnata 33.26
Agrippina Vbiorum 10.36
Agrippinenſis pons 127.38
Agrippinenſes à Batauis debellantur 184 31
Agrippinenſes pudet Germanicæ originis 184.34.& 185.1
Agrippinenſium primordia 23.7
Agrippinenſiū cohortes in uico Marcoduro cæſæ 186.12
Agrorum apud Alemannos elocationes 94.17
Ala noua 14.11
Alahanſe op. 130.2
Alani pop. 36.14
Alani ab Hunnis ſubacti 112.2
Alani in Hiſpaniam irrumpunt 27.12
Alaricus agros habitabiles ab Honorio Imp. petit 58.17
Albis fl. 119.32
Albingorū multitudo in Brabantiam proficiſcitur 79.12
Alboinus ex craneo Chunimundi regis poculum facit 73.13
Alcinoi culina 109.21
Alemannia 1.23
Alemannia noua & Ciſrhenana, in nomen & ius Franciæ Germanicæ cedit 64.7.& 65.30
Alemanniam à Boiaria Lyco flumine dirimi cur quidam ſcribant 66.16
Alemanniæ populi 55.37
Alemanni Gotthorum clientes 871
Alemanni arbores & ſaltus adorant 90 22
Alemanni ubi primas ſedes in Germania fixerint 40.26
Alemanni quatenus Francorū leges obſeruarint 90.12
Alemanni exhauſtis Gallijs in Italiam tranſeunt 51.16
Alemanni Francorum regibus Chriſtianiſmum debent 125.23
Alemanni à Francis in ſeruitutem redacti

dacti 37.11
Alemanni difficulter facti Chriſtiani 125 17
Alemanni à Valerio Probo uincũtur 5 9
Alemanni Romanis pacem uendunt 37 32
Alemanni munera Cæſaris in terram abijciunt 50.16
Alemannorum origo 6.23
Alemannorum nomen unde natum 39.18. & 40.6
Alemannorũ nomen quàm uetuſtum 39 35
Alemannorum limites 85.9.& 125.13
Alemannorum reges 37.25
Alemannorũ & Germanorum differentia 41.14
Alemannorũ in tranſrenanas prouincias migratio 65.10
Alemannorum apud Conſtantium dignitas 43.8
Alemannorũ in deos impietas 90.40
Alemãnorũ & Frãcorũ ſimultas 85.13
Alemannorum ſub Valentiniano in Gallias irruptiones 50.11
Alemannorum in Germaniam profectio 39.14
Alemannorũ cum Burgundionibus bellum 41.7
Alemannorũ cum Conſtantino bella 42 19
Alemannorũ prope lacum Benacum clades 40.2
Alemannorum cum Francis pugna apud Tolbiacũ inauſpicatiſſima 65.28
Alemannorũ cũ Hilderico rege pugna infelix 85.23
Alemannorũ ad lacũ Brigantinũ clara de Ro. uictoria 43.18
Alemannorum reges coniunctis uiribus prope Argentinam contra Iulianum infeliciter pugnant 44.18 & 44.19.& 49.14.& 130.21
Alemannis iugum à Iuliano impoſitũ 46 7
Alemannicus ducatus 66.32
Aleſta 14.31
Aligernus Gothorum dux 91.3
Aliſo caſtellum 186.16
Allobroges 8.33
Allobrogum tractus 140.26
Alodia & Allodium 94.13. & 162.2
Alpes 16.39
Alpes Cottiæ 17.5.& 137.6. Cottianæ 140.32.& 181.19. Graiæ 140.37 Griſonum 11.31
Per Alpes Iulias quãdo iter factũ 16.10
Alpes Pœninæ 137.5.& 140.23
Alpes ſummæ 140.23
Alpes Voſaginæ 9.39
Alſa fl. 9.18
Alſatiæ deſcriptio 9.17
Alſatiæ nomenclatura 145.36
Alſatiæ uocabulum recens 158.13
Alſatiam olim Tribochi inhabitarunt 21 38
Alſatici imperiales 102.21
Alſatienſis pagus 158.16
Alſatiẽſiũ cũ ſuis primatib. pax 101.29
Altſuiler uicus 152.16
Alta ripa 10.17.& 145.40.& 148.28
Altino 14.27
Altinus comes Conſtantini Imp. 43.9
Amalberga 92.4
Amantinorum ſtrages 14.38.& 16.13
Ambiani 64.13
Ambiatis uicus 184.19
Ambigatus rex 80.14
Ambrones 19.18.& 19.35
Amelberga Toringorũ regina 56.35
Amerſuuilerium op. 193.40
Amiſus & Amiſia fl. 119.32.& 130.8
Ammianus fautor pietatis Chriſtianæ 48 38
Anchis Arnulphi filius 190.25
Anconis deſcriptio 106
Andegauia à Nortmãnis incẽſa 77.39
Andelacha fl. 128.39
Angarorũ auxilio Zuentebaldus ab Arnulpho Imp. uictus 79.35
Angli 2.27
Anglorum lingua à Gallica parum diuerſa 117.20
Angloſaxonum in Britanniam migratio 76.32

Angri-

Angriuarij pop. 2.25.24.32.& 122.20
Aniſus fl. 13.23
Annij Beroſi interpretis ſomnia 39.23
Annonius hiſtoricus taxatur 28.1
Annonorium 17.3
Anſegiſus abbas legum Francicarum ſcriptor 190.27
Anshelmi nomenclatura 190.16
Anſibarij patria à Chaucis exuti 34.35
Anſibariorũ cum Chaucis bellũ 4.23
Anſibariorum reliquiæ 34.40
Anſuarij à Iuliano debellati ac uicti 35 5
Antenacum op. 10.18.& 146.1.& 187.6
Antennacũ op. ab Attila deſtructum (62.25
Anthemij mors 72.12
M. Antonij contra Marcomannos res geſtæ 76.22
Aphricæ prouinciæ 17.9
D. Apollinaris 8.9
Apollonius Tyaneus 115.40
Appij forum 178.7
Apulia 17.5
Aquaſgranum 106.5
Aquenſe Pallatium 63.33.& 77.29
Aquitania à Gotthis occupata 58.27
Aquitania à Nortmannis depopulata (77.40
Arabia 17.12
Araharius Tranſgutilanorum Quadorumq; rex 67.34
Araris fons 9.34
Arbetio ab Alemannis fugatur 136.2
Arbon op. 135.20
Arbona 1.13.& 135.22
Arbor felix 1.12.& 11.37.& 135.18
Arburgum 156.11.& 158.40
Arcadia 17.15
Arelas 99.25
Arelate Burgundionum regia 102.14
Arelatenſis regni primordia 99.32
Arelatenſes reges unde 61.29
Aremorici pop. 54.25
Argauia 142.29
Argburg ſiue Argeburgum 143.4 & 156 12
Argentarienſe caſtrũ 151.39.& 156.17
Argentinæ nomenclatura 176.36
Argentoratũ op. 9.1.& 145.33.& 146 9.& 158.39
Argentoratũ Tribonorum caput 123 27.& 177.4
Argentoratum ab Attila deſtructum 62.26.& 174.40
Argentorati deſcriptio 174.29
Argentorati nomen cur tam ſero cognitum 176.6
Argentorati ueteris ruinæ 96.15
Argentoratenſis epiſcopatus primordia 9.6
Argentoratenſis pugna 44.19.& 49 14.& 130.21
Argentoratenſis tractus 7.29.& 7.37 & 8.35.& 145.32
Argentoratenſes olim Tribochi 21.38
Argentoratẽſes olim Galliæ annumerati 175.38
Argentoratenſium templum quando conditum 96.4
Argentoratẽſe tẽplũ primũ lig. 160.10
Argentoratenſis comes præfectus militum apud Nemetas 124.7
Argentoratenſes comites 911.& 123 31.& 145.24
Argentuaria ci. 5.34.& 7.39.& 50.39 & 143.1.& 146.10.& 158.40
Argẽtuaria ab Attila deſtructa 62.27
Argentuariæ deſcriptio 156.6
Argentuariæ rudera 50.40
Arialbimium 153.15
Arij pop. 2.29
Ariouiſtus 117.35.& 118.1.& 172.38
Ariouiſti contra Iulium Cæſarem res geſtæ 8.7.& 21.37.& 22.8
Aritia 178.7
Arlap. 14.11
Arlapenſis præfectus 14.17
Armenia prima & ſecunda 1720
Armorica 53.27
Armoricæ gentes 74.13
Arnoldus Boioariæ dux affectat Germanorum imperium 99.22
Arnulphi Cæſaris contra Zuentebaldum bellum 79.30
Arſatiani 15.6
Artalbinnum 153.23
Aruandus Præfectorius 61.15

Aruandus læſæ maieſtatis reus 77.17
Aruerni 61.9
Arula fl. 138.17.& 142.28
Arupnum op. 59.2
Aſcarichus Francorum rex à Conſtantino uictus & captus 31.14
Aſciburgium op. 35.24
Aſciburgiũ ab Attila deſtructũ 62.25
Aſianæ diœceſeos prouinciæ 17.15
Athanaſii Alexandrini exilium 183.30
Atheſina regio 11.40
Atheſis fons 141.14
Atrebates 22.15
Attila rex ab Etio apud Catalaunos profligatur 62.29
Attilæ regis res geſtæ contra Hunnos & Romanos 61.34.& 62.1
Attilę cõtra Alemãnos res geſtę 56.29
Attilius Hiſtrus Pannoniæ dominus (26.9
Attrebatæ 64.13
Atuaci pop. 20.37
Atuatucum op. 104.23
Atuæ pop. 104.20
Auares pop. 79.25
Auaria regio 94.40
Auenticenſis tractus 60.36
Auenticum 146.10.& 151.38
Auenticum ab Attila deſtructũ 62.28
Auenticum cur Sequanis à Ptolemęo aſſignatum 141.29
Auentici deſcriptio 141.21
Auerni pop. 58.37
Auernorum agri uaſtantur 78.2
Aufenſei pop. 59.17
Augia inſula Rheni 44.12
Augia diues 136.18
Augia maior 89.40.& 136.17
Augſt 144.32
Augusta ci. 187.26.& 188.12
Auguſta Prætoria 140.28
Auguſta Rauracorum op. 123.17 & 146.10.& 150.26
Auguſta Rauracorum Romanorum colonia 145.3. Hodie uicus 47.12
Auguſta Rauracorũ quando & à quibus ſolo æquata 62.27.& 145.20 & 146.24. Eius deſcriptio 142.33 Rudera 143.6.160.7
Auguſta Rhetiæ colonia 4.12.& 6.15
Auguſta Treuirorum 6.3.& 152.11 & 182.39.& 183.16
Auguſta Vindelicenſis 12.33
Auguſtana caſtra 188.11
Auguſtanæ eccleſiæ uetuſtas 125.1
Auguſtenſes milites 186.1
Auguſtodunum ab Alemãnis obſeſſum 43.28
Auguſtulus imperialem purpurã abiicit 72.22
Auguſtus Cæſar Germaniam in prouinciæ formã redigere conatur 5.7
D. Auguſti res geſtæ 15.37
Auiones pop. 2.27
Aurelia ci. 63.14. Olim Burgundiorum ſedes 61.28. Ab Attila obſeſſa & expugnata 62.14
Aurelianus Francos deuictos ſub corona uendit 32.6
Aureus mons 15.7
Auſegyſus abbas 78.14
Auſtraſia 64.1
Auſtraſii 180.31
Auſtriæ nomenclatura 180.34

B

BAbenberga 100.34
Badenſis ſuperioris arx 137.18
Bagaudarum factiones 139.19
Balearis prouincia 17.2
Barbaria Tranſdanubiana 84.1
Barbatio Rom. dux ab Alemannis fugatur 44.15. Rauracos debellat 43.37. Gallum Cæſarem apud Pœtouionem obſidione cingit 189.2
Barbatius peditum magiſter 45.38
Baſilea Rauracorum Alemannorũ colonia 148.2. Vnde dicta 147.7 & 148.21.& 150.8
Baſilea ab imperatoribus ſemper amata 149.2
Baſileæ Rauracorum deſcriptio 146 24. Amœnitas 148.32.& 150.2
Baſiliẽſis academia cur minus floreat 149 34
Baſilienſis diœceſis 7.35
Baſiliẽſis eccleſia cur Veſonciẽſi ſubiecta 152.6

Baſi-

Baſilienſis eccleſia ſua ſorte contenta 124 35
Baſilienſe concilium 149.39
Baſilius dux Romanorum 150.19
Baſſelia Moſellanica 147.9
Baſtaritæ 2.30
Baſtarnarũ gens in ſolum Romanum translata 24.20
Baſternæ 119.30
Batauiæ liberatio Conſtantino fertur accepta 28.36.& 29.4
Bataui 2.24. Clientes Romanorum 4.38. Batauorum inſula 23.26 Ritus & mores 23.30
Batauorum contra Romanos & Treuiros bellum 184.31
Bathinus fl. 16.4
Batto Pannoniorum rex 16.5
Bauaria 193.37
Bauarorum primordia 82.21. Vide Boarios
D. Beatus anachoreta Heluet. 172.12
Bebenhuſium 188.18
Belgæ à Germanis orti 22.20
Belgarum lingua 18.9.& 116.21
Belgica 16.39
Belgica à Burgundionibus uexat̃ 53.8
Belgica prima & ſecunda 11.4
Belloueſus 80.18
Belloueſus Ambigati nepos 81.37
Belloueſi in Italiam expeditio 18.34
Bemi pop. 133.39
Benacus lacus 40.3
Beneuentanus dux ab Othone rege ſubactus 100.35
Benfeldium 159.38
Benna 97.19
Bergomum quando & à quibus conditum 19.1
Berchtoldus Saxonũ princeps canos Luitharij capillos contemnit 113.29 In fuga trucidatur 92.27
Berchtoldus Zaringẽſis dux Ciſiuranæ Burgundiæ 155.9
Berengarius in Italia ab Othone obſeſſus & captus 100.32 In exilio moritur 100.53
Beroſi hiſtoriæ ſomnia 191.7
Beroſi interpretis impoſturæ 192.2 & 192 16
Bertha regina 156.28
Bertholdus à Buochecg Seleſtadium obſidione cingit 167.15
Berthrada 97.11
Bertranus Conchenſis 163.8
Bethaſii 18.9.& 104.11.& 116.16
Berica 17.1
Bingium op. 10.17.& 145.40.& 187.6 A Iuliano captum 35.17. Ab Atila deſtructum 62.25
Biohemum 132.9
Birſa fl. 147.12
Biſſinus Toringorum rex 57.3
Bithynia 17.18
Blozenheimius Heimburgius ſeditionis apud Seleſtadiẽſes autor 164.23
Bodobriga 10.17.& 146.1.& 182.10
Bœtzberg 138.6
Bohemia Marcomãnorũ ſedes 132.36
Bohemi 2.37.& 83.21. A Francis debellantur 93.27
Boiariorum origo 82.21. Idololatria (98.18
Boiemi 132.23
Boiemum 132.9
Boieri 134.8.& 193.36
Boierorum nomen unde natum 70.1
Boieris duces à Francis dati 88.3
Boij pop. 2.36.& 132.20. A Furio ad internecionem occiſi 69.9
Boij in Germaniã proficiſcunt̃ 81.10
Boiariæ epiſcoporum primordia 98.9
Boioarij à Francis ſubiugati 93.5
Boiodorum 14.14
Boiohemum 82.27
Boiohemorũ nomẽ unde 69.12.& 82.9
Bonifacius archiepiſcopus Maguntinenſis 3.34
Bonifacij de ligneis ſacerdotum calicibus ſententia 98.26
Bonna op. 187.5
Bonna Treuirorũ ciui. 181.31. A Iuliano capta 35.16
Bononia 15.5.& 187.16.& 192.17
Bononiæ nomenclatura 192.19
Bonoſus à Probo Imp. uictus 185.15
Boppardia 182.11

Borbetomagus op. 104.25.& 176.15 & 181.1. Ab Attila deſtructũ 62.26
Borbetomagenſis epiſcopatus 22.13 & 124 1
Boruſsij pop. 57.38
Burnarium 159.34
Bragoduri deſcriptio 188.4
Bregantia 1.14.& 11.36
Bregetione 14.30
Breuci à Cæſare uicti 16.1
Breucomagus 178.10
Brigantium op. 135.19
Brigantinus lacus 1.9.& 2.16.& 11.35 & 135 19
Brigantini lacus inſulæ deſcriptio 136 (17
Brigetion op. 68.3
Briſacum op. 98.35
Briſecgauia 154.5
Briſiacum op. 153.27
Briſiacus mons 153.26. Ab Othone rege obſeſſus 154.11. Auſtriaco duci pignoratur 155.15
Briſiacum montem olim circumdedit Rhenus 153.32.& 154.6
Briſiacẽſes Othonis quarti milites impudentes, in urbe trucidant 154.39
Briſigaui iuniores & ſeniores 155.21
Briſigauiæ deſcriptio 155.19
Britannia maior & minor 21.9
Britannia à diuerſis gentibus grauiter uexatur 75.13
Britãniæ bella 74.7.& 74.30. Quinq; prouinciæ 16.32
Britanni 21.5
Britãni fame uicti ſe Pictis dedere 75.5
Britannorum ad Etiũ literæ 75.1. In Galliam migratio 77.8
Britones 77.14
Brixia 18.39
Brocomagus uel Brocomagũ op. 123 26. & 145. 33. & 146. 9. & 158. 40 Ab Alemannis captum & iterum amiſſum 43.32. A Iuliano Cæſare occupatum 178.18. & 178.39. Ab Attila deſtructum 62.26
Brocomagi deſcriptio 178.10
Bromatium 158.40
Bructeri pop. 2.25.& 122.20
Bruomat uicus 178.11
Brutij pop. 17.5
Brutium à Gotthis depopulatur 58.25
Bubiemum op. 132.9.& 133.16
Bubiemum Marobodui regia 82.26
Bubulcus epiſcopus Vindoniſſenſis 138 27
Bucellinus Alemanniæ dux 90.34 Occiditur 91.3
Budoris 131.18
Bultinus Alemanniæ dux 90.34
Burdegala ci. 54.19.& 59.15
Burgantium op. 35.23
Burgenij 15.4
Burgenſis portus 79.23
Burgo centena 14.31
Burgo contra Florentiam 14.19
Burgundia Ciſiurana 142.23
Burgundia nũc ducatus olim erat regnum 61.22
Burgũdia quãdiu Frãcis paruerit 91.31
Burgundiæ latitudo 91.36. Limites 61.7.& 52.40
Burgundiæ regnum à Chunrado Auguſto diuiditur 91.32
Burgundi Belgicã depopulantur 53.8 Ab Othone Imp. ſubiugãtur 100.17
Burgundiones 119.26. Ex Vandalis orti 142.2.& 146.18
Burgundiones ſeptipedes 109.13
Burgundiones Alemannorum agros occupant 41.7.& 52.27. Cũ Francis de finibus contendunt 63.20
Burgundiones à Gothis penitus exciſi 40.39.& 41.1.& 52.27
Burgundiones relictis Gallis, Germanico ſe coniungunt imperio 102.5
Burgundionũ nomen unde natũ 52.20
Burgundionum in nouis ſedibus inſolentia 60.40
Burgundionum nouus Solon 114.11 & 114 32
Burgundionũ in Alemanniã & Cappellatium profectio 52.18
Burgundionum apparatus 109.17 In Franciam irruptio 61.26
Burgundionum gigantes 109.20
Burgundionum potentia 61.18

Burgun-

Burgundionum in Sequanos & Heduos profectio 60.28
Burgundionũ ſpecies, ritus & mores 108 22
Burgundionum ſermo popularis fuit Germanicus 114.3
Burguziones 52.25
Burij pop. 2.28.& 72.4
Butones 133.23
Byzantium 17.9

C

Q. Cæcilius Ciſiacus 141.4
Q. Cæcinæ cum Heluetijs bellum 137 1
Cæcius mons 14.7
Cæreſi pop. 22.16
Cæſaris mons 193.40
Caianus Auarũm princeps 83.26
Caiani principis theſauri 97.14
Calabria 17.5
Caledonia à Scotis occupata 21.7
Caledonum in Britannia gens à Germanis orta 21.2
Calendarium martyrum 13.21
Calidonæ 74.21
Cambetis deſcriptio 152.28
Campana Pliniana 116.28
Campania 17.4. Vaſtatur 90.39 A Gotthis depopulatur 58.24
Campania Catalaunenſis à Normannis depopulatur 77.33
Campodunum 152.40
Campona 14.28
Campſus fl. 157.30
Canes in prælium à Scotis ducti 76.23
Caninefates pop. 2.26
Cannabuicum 14.14
Capellatium & Capellatij uel Capellatiana regio 47.7.& 52.35.& 60.32
Capellatij deſcriptio 130.13
Cappadocia prima & ſecunda 17.19
Caracates pop. 179.31
Caracatium 179.33
Carauſius Belgicæ & Armoricæ princeps 53.27
Carbo à Germanis fugatus 20.5
Cardabianca 14.30
Caria 17.17
Carini 119.26
Carlingi unde dicti 98.36
Carnutum 14.4. & 14.12
Carolingorum apud Francos familia 98.30.& 112.7
Carolus Caluus à Saxonibus fugatur 92 15
Carolus Gallorum rex, quibus conditionibus Rolloni Nortmannorum duci filiam obtulerit 78.5
Carolus Lucelburgius Imp. 99.37
Carolus Magnus uocabula rebus iuxta propriam linguã imponit 113.36 Eius facta 92.32
Carolus Simplex 77.35. Eius cõtra Hunnos res geſtæ 79.25
Caroli Martelli contra Boioarios facta 938. Contra Luitfrandum res geſtæ 91.8
Carporũ in Pannoniã migratio 24.13
Carno op. 35.22
Caruſius auro ac prædæ plus ſatis inhians à Maximiano occiditur 30.34
Caruſii res geſtæ cõtra Francos & Saxones 30.26
Caſſiliacum 188.26
Caſtellum Onachrinum 15.6
Caſtellum oppidum ad Moſam à Iuliano Imp. obſeſſum. 34.4.& 33.20
Caſtra Herculis, ciuitas 187.7
Caſtra Herculis ab Attila deſtructa 62.24. A Iuliano Alemãnis adempta 34.15
Caſtra Romanorum per Alemãniam diuerſa 188.17
Caſtri nomenclatura 138.40
Catalaunica clades 61.3
Cathaloniæ regni primordia 27.14
Catthi pop. 2.25.& 119.29
Catthi à Druſo domiti 5.5
Catthi à Francis uexant̃ 27.16. Cum Alanis iuncti in Hiſpaniã prorumpunt 27.12
Catthi Meliboci montis accolæ 57.14 & 132 5
Catthorum antiquitas & fortitudo 28 14. Bella inteſtina 23.24
Catthorũ cum Cheruſcis bellum 4.22

Catual-

Catualda exul apud Gothones 24.40
A Maroboduo fugatur 120.26
Catumerus Catthorum princeps 4.30
Catzenelenbogen 57.17.& 132.5
Cauchi 121.12
Caufburen op. 135.13
Cauinicampi deſcriptio 43.16.& 51.19 & 51.25.& 135.1
Cecina 11.33
Cecinæ cum Heluetijs pugna 2.14
Cebus fl. 9.25. Eius ortus 157.30
Celtarum pop. 134.23
Celtarum ſedes 80.12
Celtarũ uocabulum ampliſsimũ 81.31
Centenarij iudices 94.9
Centenariorum iudicium prope Heydelbergam 88.18
Centenariorum nomen unde 88.17
Chabiorum gens deleta 29.29
Chauci pop. 2.26. Anſibarios è finibus pellunt 34.35
Chauci ab Anſiba. ſubacti 4.23
Chaucorum gens 121.12
Chaucorũ nomine Franci intelliguntur 37.38
Chamaui pop. 2.25.& 35.28.& 122.20
A Iuliano Imp. ſubacti 46.5
Chamauorum ſedes 24.32
Chaſuarij pop. 2.26
Cheruſci pop. 2.26.& 119.30. A Catthis ſubacti 4.22. A Druſo domiti 5 5
Cheruſci regem à Claudio impetrant 4 29
Cheruſcorum bella inteſtina 4.31
Chilperici nomen 189.38
Chonodomarius Alemannorum rex 172.27.& 173.1. A Iuliano captus 44.6.& 176.29
Chonodomarius Alemannorum rex à Rom. captus 47.24
Chrepſtini pop. 35.29
Chryſa fl. 25.6
Chunimundi Gepidarũ regis craneo poculum factum 73.13
Chunradus Francorum dux, Germaniæ rex declaratur 99.10
Chunradus Longus 165.3
Cilicia 2.17.& 17.12
Ciensheimium 194.1
Cimbri 2.23.& 119.27. A Germanis orti 19.25
Cimbri Mediterranei 119.29
Cimbrorum ſedes 20.14.& 122.1
Cimbricum bellum 19.39
Cirpo 14.28
Ciſellana 8.2
Ciſgauia 142.37
Ciuitas ab oppido quomodo differat 129 32
Claudius Auguſtus Cheruſcis dat regem 4.29
Claudius Ciuilis Batauorum dux 184 31
Claudij Cæſaris de Alemannis uictoria 40.2
Claudij Druſi in Germania res geſtæ 13.9 13.32
Clauſtrini pop. 80.9
Clodomiri contra Burgundos res geſtæ 91.16. Mors 91.22
Clodoueus Francorum rex à ſuis proſcribitur 57.2
Clodouei Francorũ regis pietas 96.4
Coldulorum gentes 133.16
Colmaria ci. 129.17
Colmaria Alſatiæ ciuitas 5.34.& 7.36 & 146.39.& 147.1.& 161.10. Bertæ reginæ dos 162.4
Colmariæ ciuitatis deſcriptio 156.21
Colmaringa 129.17.& 156.25
Colonia Agrippinenſis Germaniæ ſecundæ caput 184.38
Colonia Agrippina funditus deſtructa 62.27
Colonia Traiana 35.23
Colonia Vbiorum 10.36
Coloniæ quomodo ab urbibus differant 145.16
Colonienſis epiſcopus ſub Treuirenſi olim 125.28
Colonienſis epiſcopus fit Metropolitanus 98.6
Coloni Eccleſiaſtici 87.34. & Regij ibidem
Cõmagenenſis præfectura 14.17

Comageni 14.14
Commentiolus 83.31
Comes ſacrarum largitionum 12.34
Comes largitionum Italicianarũ 12.35
Comites ciuitatum 94.7
Comites cuſtodiarũ maritimarũ 94.11
Comites diuerſarum regionũ ac prouinciarum 175.31
Comites à Lupff. 6.9
Comitatib. prouinciæ diſtinctæ 162.7
Concordia ci. 146.1.& 148.26. Romanorum munimentum 172.33 & 173.2
Concordiæ mons 174.8
Concordiæ Romanorum munimenti deſcriptio 174.8
Concordienſes cur ſubruſtici 174.23
Condruſi 18.8.& 22.15
Condruſones Treuirorũ cliẽtes 183.3
Confluentes op. 32.36
Conradcuza 14.27
Conradi Peutingeri charta prouincialis 35.19. Vide Chunrad
Conſentius Narbonẽſis legationibus obeundis clarus 38.29
Conſilium uires ſuperat 5.2
Conſtantia ci. 14.28.& 135.20.& 147.1
Conſtantia caſtra 194.19
Conſtantiæ deſcriptio 135.34.& 136.13
Cõſtantienſis epiſcopatus primordia & incrementa 124.37.& 138.23
Conſtantienſis præpoſituræ prouentus 156.29
Conſtantinus Bataniam liberat 28.36 Eius cõtra Quados res geſtæ 67.30 De Aſcaricho & Ragayſo uictoria 31.26. Aduerſum Germanos ſtratagema 42.28. Crudelitas 32.2 De Francis uictoria 31.9. Panegyricus 28.19
Conſtantius epiſcopus Octodorenſis 139 11
Conſtantij contra Alemannos facta 138.33. De Alemannis prope Lingonas uictoria 42.1
Conſtantij Imp. caſtra 135.38. In Rhetias profectio 43.15. Contra Rauraços bellum 42.39.& 43.1
Conuene 59.16
Cornacum 15.4
Cornelij Taciti hiſtoriæ quando ſcriptæ 81.24
Correctores Pannoniæ 15.2
Corſica 17.6
Cregia arx 126.27
Croatia 14.23.& 24.3
Cronburgum 45.31.& 131.9
Crumero 14.28
Crux ex auro ſolido Mogũtiaci 97.19
Curci 15.4
Curia ciuitas 11.32
Cuſus fl. 25.4
Cyprus 17.12

D

DAci pop. 70.25
Dacia ripenſis 17.23
Dacia à Gothis occupatur 71.34
Dacia à Traiano in prouinciæ formã redacta 25.10.& 70.31
Daciæ duæ in Mœſiæ regionib. ab Aureliano conſtitutæ 72.7
Dagobertus Francorum rex 9.6. In Germania diœceſes epiſcopales inſtituit 96.37
Dagoberti regis Fran. cõtra Saxones geſta 92.24
Dagoberti nomẽ unde 113.6.& 189.39
Dagalaiphi contra Alemannos facta 50 22
Dani Cimbricã regionẽ occupãt 58.2
Dani Mediomatricorũ fines depopulantes, à Theodeberto deleti 58.6 & 78 19
Danubij curſus 2.5
Danubij dextra ripa Romana, ſiniſtra Barbarica 66.8
Danubij deſcriptio 3.2.& 128.8 Fons 1.19.& 29.& 128.19. Laus 7.11 Ortus 6.19. Pons fornicatus 71.13
Daphnenſes milites 186.1
Dardania 17.24
Decem pagi, locus 43.30
Decibalus Daciæ rex 70.30
Decibali theſauri à Traiano inuenti 71 26
Decenſium ducum nomẽ unde 80.83

Deſi-

Deſiderius Longobardorũ rex 93.10
à Carolo Francorũ rege in exilium mittitur 93.22
Deſiderij regis decretum 193.21
Denheimium 159.37
Diaboli nomen militibus cur impoſitum 40.20
Dietaſium 152.21
Diocletiani in Pannoniam expeditio 24 13
Diœceſes epiſcopales in imperio Ro. 123 5
Diuitenſe cœnobium 35.33
Diuitenſis munimenti deſcriptio 185 (27
Diuitenſes milites 185.33
Diuodurum op. 146.10. Mediomatricorum caput 180.37.& 181.3 & 181.24
Diuodurum 152.11
Diuodurenſium clades 181.22
Donatus exactor tributorum in Heluetijs 141.36
Drackenfelſia arx 179.40
Drauus fl. 15.30
Druſi in Germania res geſtę 5.4.& 13.9
Cum Germanis bellum 4.16
Druſi caſtella per Rheni ripam 5.14
Druſi per Viſurgim & Albim ſtationes 5.13
Druſomagum 180.11
Duces militum 88.8
Duces Romanorũ ac Francorũ 87.39
Ducis apud Francos & Alemãnos authoritas & poteſtas 88.15
Dulgibini pop. 2.25
Dura uicus 186.7
Durlach 131.18

E

EBersheimium 157.7.& 159.34
Ebo mons 121.29
Ebrietas lege Francorum prohibita 95 25
Ebrodunum Galliæ op. ab Alemãnis uaſtatum 43.39
Ebrudunenſe caſtrum 151.39
Ebsheimium 158.39
Eburones pop. 17.33.& 18.9.& 22.15
Treuirorum clientes 183.3
Eccenbachus fl. 8.37
Eccenbachi riui foſſa 7.36
Eckenbach 123.20.& 142.39
Eccleſiarum donationes unde 94.31
Eccleſiaſticæ diœceſes profanas Romanorum diœceſes imitatæ ſunt 124 24
Eccleſiaſtici ſerui 87.25
Edoaldus Anglorum princeps 84.20
Einhama 79.23
Elcebus ſiue Elcebum op. 21.39.& 123 25.& 145.34.& 146.9
Elcebi deſcriptio 157.5
Elcebi op. rudera 9.24
Elcebenſis tractus 63.23
Elces 158.10
Elegia uicus 171.28
Elitouius Celtarum dux 2.36
Ellenſe telonium luculentiſſimum ac antiquiſſimum 161.33
Ellus fl. 8.1.& 9.19.& 147.33.& 158.12 & 161.25
Elpranci 35.28
Elſes 9.24.& 21.39
Elſatia 21.38.& 116.15.& 173.36 & 175.26
Elſatiæ Landgrauij 166.39
Elyſii pop. 2.29
Ementium leges 95.13
Epaonenſe concilium 139.11
Epirus uetus & noua 17.23
Epiſcopales diœceſes unde 123.13
Epiſcopales ſedes in metropoliticas Franci prouexerunt 97.39
Equi Quadorum cur caſtrati 67.22
Equorum uſus apud diuerſos 56.20
Eridani fons 134.22
Erlenbrunnen 118.21
Erlisborni uicus 118.19
Erocus Alemannorum rex 42.34
Erphesfurdienſis epiſcopatus primordia 98.12
Etij Galliarum tutoris mors 62.38
Etij contra Attilam facta 62.7.& 62 29. Fatum 55.22
Etiorum aduerſus Hunnos facta 61.3
Ertelinga 131.27
Etruſci à Boijs patria exuti 82.3

Eudo-

Eudoſes pop. 2.27
Eumenius Rhetor 115.35
Eumenij Rhetoris de ludi inſtauratione oratio 28.31
Euphratenſis prouincia 13
Europa 17.21
Euxinum mare 3.9
Exrex 48.15
Ezilinga cella 66.37

F

Fæaha fl. 129.4
Faida lege apud Francos prohibita 95.21
Faidoſus 95.23
Faſiana 14.14
Fatidicarum mulierum apud Germanos copia 91.7
Fatius Vbertinus 193.9
Febiana caſtra 188.21
Fenni pop. 2.30
Fines caſtellum 135.29
Fiſcales iudices unde 94.9
Fiſcales ſerui 87.23
Fiſcalinorum ſeruorum conditio 94.1
Flaminia 17.3
Flandria 19.27
Flandrienſis pagus 79.20
Flauia Cæſarienſis 16.34
Flauius Blondus 193.16
Florentia 14.29
Florentius 46.27
D. Florẽtius Argentinenſis epiſcopus 173 17
Florianus 89.15
D. Floriani mors 13.22
Fluuiorum Germanicorum nomina 128 37
Fœminæ Germanorum fatidicæ 4.36
Fortenſes 185.4
Fortenſes milites 185.40
Forum Tiberij op. 136.25. Ab Attila deſtructum 62.27
Foſi pop. 2.26
Francfordia ad Mœnum 131.39
Francia Romana 63.39. & 64.4. Teutonica 63.27. & 64.1
Franciæ Germanicæ magnitudo 64.9
Franci ex Chaucorũ gente orti 34.39 & 121 17
Franci gens Italica à Parthenio facta 192 9
Franci inter Saxones & Alemannos ab D. Hieronymo locati 55.35
Franci fallaces & aſtuti 36.26
Franci ferina uictitant 32.13. Natatu ualent 38.22
Franci promiſſam cæſariem alebant 37.8. & 38.18
Franci quando Chriſtiani primum facti 87.8, & 125.9
Franci ſacros libros in linguam ſuam uerti curant 113.21
Frãci Germanica ſunt uſi lingua 112.4
Franci Agrippinam expugnant 33.26
Franci Belgicam utranq; & Germaniam ſecundam ſui iuris faciunt 55.22
Franci contra fœdera in Galliã incurſionem faciunt 31.11
Franci interioris Galliæ ciuitates ſubiugant 63.12. Hiſpaniarum extrema uexant 30.17
Franci & Alemanni Romanis pacem uendunt 37.32
Franci ſub ſignis Romanis militant 38 38
Franci Piraticã cur exercuerint 29.26
Franci unde Toringorum amici facti 57 4
Franci à Conſtantino uicti & crudeliter tractati 31.16. Ab Honorio oppreſſi 38.8. A Probo proſtrati 32.9
Franci Vuigeuones 121.18
Francorũ prima origo 27.35. & 28.10 & 39 2
Francorum propriæ ſedes 28.26. Limites 85.9. Audacia 30.18. In deos pietas 90.39. & 95.35. In tractandis armis agilitas 108.8. In bellicis rebus felicitas 30.3. & 56.38 Leges 95.6
Francorũ nomen diu Gallis ignotum 192 12
Francorum nomen apud Ciceronem non extat 103.19
Francorum potentia 36.32. Reges 37 25

Francorũ reges promiſſam cæſariem alunt 91.24.& 105.32
Francorum liber Euangeliorũ 112.15
Francorum ueterum diuerſitas 98.27
Francorum ueterum ſpecies, cultus & armatura 105.11.& 106.1
Francorum in Piraticis bellis audacia unde 29.39. In Alemannos crudelitas 86.6. In Germaniam ſecundam & Belgicam irruptio 61.31 Cum Burgundionibus de regni finibus contentio 63.20. Cum Burgundionibus crebra bella 61.19 & 91.10. Aduerſus Saxonas bellum & uictoria 92.18
Francorũ aduerſus Toringos bellum & uictoria 92.1
Francorũ uſq; ad Mœnũ & Salam fluuios irruptiones 32.17. Cum Iuliano Imp. pax. 33.28. Aduerſum Alemannos apud Tolbiacum uictoria 85.26
Francorum aduerſus Boiarios uictoria 93.5
Francorum aduerſus Friſios uictoria 93 1
Francorũ aduerſus Longobardos uictoria 93.15
Francorũ de Sclauinis uictoriæ 93.27
Francos captos Probus Imp. in Pontum mittit 29.36
Franciſcus Siccingẽſis à Palatino uincitur 131.4
Friſia uaſtata 77.28
Friſii 2.26
Friſii in Galliam incurſionem faciunt 93 1
Friſii idololatræ 98.18
Friſinga ci. 112.13
Fruxinum op. 112.12
Furti apud Alſatienſes pœna 102.17

G

Gabalitani 59.16
Galatia 17.18
Galatia ſalutaris 17.20
Galatarum lingua 117.32
Galbæ res geſtæ 140.13
Galienus Imp. Marcomãnos ſibi conciliat 24.7
Gallecia 17.1.& 26.33
Gallia Belgica uaſtatur ab Attila 62.9
Gallia à Normannis grauiter depopulatur 77.31
Gallia interior 63.38
Galliæ ſitus 1.8
Galliæ Ripenſis limites 145.27
Galliæ urbes ex fauillis à Iuliano excitæ 49.30
Galliarum prouinciæ à Conſularibus gubernatæ 11.3
Galliarum ſtatus ſub Francis 93.34
Galli timent Alemannos 50.26
Galli Togati 134.23
Gallorum in Hercynium ſaltum profectio 80.21
Gallorum uetus lingua 117.13. Vide Francos
Gallica lingua in Germania frequentiſſima 9.21
Gallici maris inundatio 19.15
Gallus Cæſar à Barbatione apud Petouionem obſidetur 189.2
Gamaringa ci. 129.16
Gambriuius rex 192.29
Gambriuij pop. 2.24
Gammantius epiſcopus Vindoniſſenſis 158.26
Gamundia cella 66.38
Gandauenſis pagus 79.20
Gaunodurum op. 136.30.& 140.10
Gaunum 136.31
Gemar op. 129.14
Geneua ci. 99.26
Geneuenſes Heluetiorũ cliẽtes 183.4
Germania prima & ſecunda 7.30.8.3 & 175 .18
Germania prima ad Chriſtum quãdo conuerſa 10.28.& 89.3.& 89.34
Germania prima miſerè uaſtatᷣ 159.4
Germania prima ab Alemãnis ui occupata, & iterum amiſſa 43.31
Germania ſecunda 21.27
Germania ſecunda nouorũ habitatorũ acceſſione frequẽtior facta 79.15
Germania quando in prouincias diuiſa 18.20

Germa-

Germania bis à Romanis in prouinciæ formam redacta 5.19
Germaniæ Aquilonaris fœcunditas 5.19
Germaniæ primæ deſcriptio 9.28
Germaniæ primæ ſiue ſuperioris limites 9.1 & 10.2
Germaniæ primæ principes 10.12
Germaniæ ſecundæ deſcriptio 10.35
Germaniæ nouæ homines 17.39
Germaniæ recẽtioris deſcriptio 17.27
Germaniæ ueteris limites 1.4. & 19
Germaniæ ueteris populi 2.23
Germanię ueteris populorum genera quinq; 3.10
Germanię ueteris prouincię iuxta Danubium 11.23
Germaniæ ueteris ſtatus ante Iulium Cæſ. 3.13
Germaniæ ueteri quanta facta ſit acceſſio 18.20
Germaniæ magnitudo 120.3. Terminus 1.25.& 2.4. Prouinciæ 11.11 Sub Francis regibus & Imp. ſtatus 93.34.& 101.1
Germani quomodo ab Alemãnis differant 41.14
Germani cur toties in Galliam profecti 19.7
Ger. à Mario ſuperantur 20.10. 20.25
Germani à Varo ſubacti 5.8
Germani Varo occiſo rebellant 5.16
Germani Romanis pacẽ uendũt 37.32
Germanorũ nomen unde 21.14
Germorũ nomen quàm uetuſtũ 21.24
Germanorum genera quinq; 119.26
Germanorum ebrietas 3.28
Germanorũ in bello conſuetudo 4.7
Germanorum ſenatus 114.31
Germanorum ueterum propria nomina 189.33
Germ. ueterum emigrationes 18.25
Germanorum ueterum libertas 3.16
Germanorũ ueterũ inter ſe odia 4.18
Germanorum fœminæ fatidicæ 4.36
Germanorum quorundam ex inſulis ac maritimis locis in mediam Germaniam emigrationes 27.18
Germanorum in Britanniam irruptio 21
Germanorũ in Italiam profectio 18.32
Germanorum lingua 118.5
Germanorum & Gallorum non eadẽ olim lingua 82.36
Germ. cum Rom. bellũ 19.22.& 83.16
Germanis unde certum in Burgundiam ius 102.13
Germanicum regnũ quando Romani imperij nomen ſortitum 190.39
Germanici regni deſcriptio 98.38
Germanici maris inſulæ 57.38
Germanici Cæſaris cũ Germanis bellum 14.17
Gerolata 14.12
Geſſoriaci deſcriptio 187.13
Geſſoriacenſes bello uexantur 30.13
Getæ 3.7
Getarũ nomen amplißimum 120.34
Giſella Henrici Cæſaris ſoror 80.2
Gislebert⁹ Lotharingorũ dux 154.16
Gogidiſci Vandalorũ ducis cum Honorio Auguſto fœdus 27.3
Gombata lex 94.20
Gothildis Clodouei uxor 85.32
Gothingi 2.28
Gothinorũ in Germaniam profectio 82.29
Gotthicæ Galliæ deſcriptio 59.10
Gotthicę ciuitatum enumeratio 59.15
Gotthiæ regni primordia 58,29
Gotthi non cõtenti finibus proximas terras inuadunt 59.19. Burgundiones penitus excidunt 40.39. & 41.1 Romam expugnant 58.22
Gotthlandia 73.14
Gotthones populi 2.29.& 24.40 & 120 26
Gotthonum ſedes 120.29
Gotthorum cultus 107.15
Gotthorũ nomen ampliſſimũ 120.34
Gotthorum in Franciam legatio 90.38 in Galliam ac Italiam profectiones 58.10 In Italia res geſtæ 58.22
Gotthorum religio ſeruata 58.20
Gozelinus Leucorum antiſtes 100.19
Græci ab Othone rege uicti 100.36

Græcis quæ regiones ignotæ 81.18
Gratianus imp. 6.27
Gratiani imperatoris de Alemãnis uictoria 156.15
Gratiani cum Alemãnis apud Argentuariã pugna ac uictoria 50.37. 51.1
Gratiani Cæſaris in Germania res geſtæ 5.31
Gregorius Turonenſis taxatur 27.40
D. Gregorÿ uallis 156.27
Grephus à Seleſtadiẽſibus captus 165 8. & 166.2
Grimoaldi nomen unde 189.38
Griſonum alpes 11.31
Gundeuualdi Burgundionũ regis res geſtæ 91.12. & 91.22
Gundomarus à Francis captus 91.30
Gunomadus Alemannorũ rex 42.39
Guntia fl. 187.28. & 187.31
Gunzenburgum op. 41.27. & 187.29
Guttallus fl. 119.31
Guttones pop. 119.26. & 120.25

H

HAbiſpurgum arx 138.22
Habſpurgenſium comitum antiquitas 174.7
Hariobaudus Alemannorum rex 46 22. & 47.9. & 130.37. Iuliani ad Hortarium legatus 46.23
Harlingi unde dicti 98.34
Harelungi Briſiaci montis poſſeſſores 155 14
Haſelaha 128.39
Haſenburg 152.22
Haſenburgenſium comitum inſignia 152 25
Haſenburgius Baſilienſis epiſcopus 149 19
Haſtulfi Langobardorum regis cum Francis bellum 93.17
Haubertinga cella 66.36
Heduorum clientes 183.5
Helena uicus 64.23
Helenopontus 17.19
Helleſpontus 17.16
Helli ſiue Helelli deſcriptio 170.37
Hellus uicus 88.36
Hellum op. 159.2
Heluetÿ 2.37. & 7.33. A Cæſare uicti 69 20
Heluetÿ olim Galli 18.6. Gallice loquuti 115.13. Sequanis quando adiuncti 8.11
Heluetiorum in Germaniam migratio 81.7
Heluetiorum cum Cecina certamen 24.14 Cum Romanis bellum 137 1. & 138.1
Heluetiorum ueterum in bellis fortitudo 79.3
Helueconet pop. 2.29
Heluſani 59.16
Hemi mons 17.21
Henricus Germanorum rex 99.13
Henricus quartus Rom. Imp. Rubeaquum expugnat 155.31
Henrici ſecundi Germaniarum regis contra Sclauinos res geſtæ 93.30
Henrici imperatores Baſiliẽſibus ſemper bene uoluerunt 149.2
Hercules Alemannus 192.33
Herculis caſtrum 15.7
Ad Herculem locus 14.28
Hercynia ſylua 1.28. & 1.33. & 133.14 Alemannorum contra Rom. tutum perfugium 41.7
Hercyniæ ſyluæ deſcriptio 127.8 & 133 35
Hercyniæ ſyluæ ortus 125.31. Latitudo 126.24
Hercyniam ſyluam Tectoſages occupant 80.21
Herlesheimium op. à Seleſtadiẽſibus captum 165.7
Herigerus epiſcopus Magon. 99.15
Heriſchlitz 94.35
Hermenfridus Toringorum rex 56.35 Eius mors crudeliſſima 57.5
Hermiones pop. 119.29. & 122.7
Hermolaus Barbarus 193.17
Heriuones 122.23
Hermunduri pop. 2.28. & 68.40. & 66 21. & 70.11. & 119.29. & 133.1 & 134 7
Hermunduri Romanorum amici 4.11
Hermundurus 26.17

Hernuuo-

Hernuuones 122.8
Heruli Germanici maris incolę 72.29
Heruli Oſtrogothorum 91.13
Herulorum in Italiam profectio 72.10
Herulorum gens deleta 29.29
Heſſi Cattorum ſedes occupant 57.10 Vide Cattos.
Heteromalla Scotorum 76.29
Heuelli pop. 84.26
Heydelberga op. 60.33 & 131.18. & 147.33
Hieronymus Gebuuilerus 167.23
D. Hilarius 10.21
Hildebertus epiſ. Magunt. 100.14
Hildebertus contra Burgundos bellũ ſuſcepit 91.28
Hildeberti crudelitas 92.8
Hildeberti res geſtæ contra Toringos 92.5
Hildegardis Sueuiæ ducilla 162.8 & 166.27
Hildericus Francorum rex 55.39 & 77.23 A ſuis proſcriptus in Toringia exulat 57.2
Himelgardis Sueuiæ duciſſa 14.2
Hirminfridus Toringorũ rex 92.3
Hirminſul Saxonum deus 92.37
Hiſpaniarum prouinciæ 17.1
Hiſter fluuius 128.9
Hiſtoricorum errores 27.40 & 28.1
Hohenſtaufenſium comes 101.16
Holè locus prope Baſileam Rauracorum 8.26 & 147.20 & 152.15
Hondſrucken 179.24
Honorij Auguſti cum Gogidiſco pactum 27.3 Contra Francos res geſtæ 38.8
Horburgum 143.4 & 156.7
Horburgenſium comitum antiquitas 174.6
Hortarius rex Alemannorum pacem apud Iulianum impetrat 46.13
Houuenſtein 144.40
Hugo Gallorum dux & Germanorũ contẽptor ab Othone uincit̃ 100.20
Hunibaldus taxatur 27.31
Hunni Auares dicti 79.25
Hunni cur non barbeſcant 111.7
Hunni infantulos ſuos primo die excarnificant 111.5
Hunnorũ forma ritus & mores 110.6 In Alemannia ac Francia crudelitas 138.24
Hunnorum deſcriptio 111.14 & 111.37 Duricies 111.4
Hunnorum reliquiæ 111.34
Hunnicum bellum 97.13
Hunnicorum equorum in bello uſus 56.22

I

IAcobus Schutz Seleſtadienſibus ſtruit inſidias 167.37
Iaziges Sarmatarum gens 3.6
Iaziges obſidionis impatientes ibid.
Illa fluuius 9.19
Illyrici præſides 13.28
Illyrici prouinciæ 17.7 & 17.22
Imbri pop. 20.23
Ingelheimium 63.33
Ingeuones pop. 119.27 & 121.7 & 121.28 & 120.39
Inhionum ciuitas 130.7
Interciſa 14.22
Iornandes hiſtoricus taxatur 28.5
Ioannes à Liechtenberg Cæſareus prę fectus 163.40
Ioannes Liechtenbergius epiſcopus Argentinenſis Seleſtadiũ obſidione cingit 167.15
Ioannes Sapidus 167.23
Ionia 14.30
Iouiacum 14.14
Iſauria 17.12
Iſteuones 119.28 & 122.15 & 122.23
Italia ab Othone magno tyrannide liberatur 100.32
Italiæ prouinciæ 17.3 Reges 93.24
Italus Cheruſcorum rex 4.29
Iubilius Hermundurorum rex 25.38
Iudiciorum uarij ritus apud Alemannos 94.36
Iuhonum ciuitas 129.20
Iuliacum 34.3 & 33.11
Iulianus Cæſar Agrippinam Coloniam reſtaurat 33.29 Alemannorum reges, rebelles imperio caſtigat

gat 52.31 Alemanniæ regna antea à Barbaris direpta ſibi uectigalia facit 47.22 Cæſar arces ad Moſam reſtaurat 33.23
Iuliani cõtra Anſuarios bellum 35.5
Iuliani contra Alemannos res geſtæ 34.35 & 43.28 Cum Alemannis pax 46.11 & cum Francis 33.29
Iuliani orationes ad milites 48.21 Contra Alemannos ſtratagema 44 34 & 46.35 De Alemannis prope Argentinam uictoria 34.1 & 44.19 & 130.22 & 159.7 & 172.29 & 176.27
Iuliani Cæſ. per Danubiũ nauig. 66.9
Iulius Agricola 21.3
Iulius uicus 10.16 & 145.39 & 148.28
Iulij Cæſ. cum Ariouiſto cõflictus 8.7
Iulij Val. Maioriani facta 51.18
Iuliomagum 126.27

K

Kaufburen op. 135.13
Kems pagus 152.33
Keiſerſtuel op. 136.26
Kerſorum uocabulũ unde natũ 116.39
Kirchenſis comitatus 162.5
Kircheimium 63.34 & 173.15
Kircheimenſium comitum antiquitas 174.64
Kilchgaſsium Heluetiæ pagus 68.33
Kocherſpergia arx 174.8
Kunigshofen 96.61 & 159.35
Kuntzaha 128.38

L

Lauffenburg 136.35
Longobardi pop. 2.26 Germanica lingua uſi 115.7
Longobardi à Francis uincũtur 93.15
Longobardorum nomen unde 115.18 Leges 115.8
Longobardorum regnum ad Germanos translatum 100.37
Latinus comes 43.9
Laumellum 33.32
Laureacum 11.22 & 14.34
Laureacenſis præfectura 14.18
Laures heimenſe monaſterium 154.23
Lauſinnus lacus 142.25
Lebrahenſe cœnobium 158.15
Lemannus lacus 140.26 & 142.24
Lemonij pop. 2.30
Lemouici 59.16
Lentia 14.13
Lentiæ 14.13
Leo Põt. Max. 10.23 & 101.25 & 103.1
Leodegarij nomenclatura 193.1
Leodium 10.39
Leonata 15.8
Leutharius Alemanniæ dux 90.33
Leutharij regis mors 91.1
Liberius 72.13
Libino Iuliani imp. contra Alemãnos dux 47.35
Libyſſa mulier fatidica 132.17
Liechſtallum 143.18
Liguria 17.3 A Burg. depopulat̃ 91.12
Limmaha flu. 39.22
Lingonica clades 42.12 & 42.2
Lingonica uictoria 138.35
Liuia 13.10
Liuij pop. 133.23
Liuonij pop. 57.39
Longinus Italiæ gubernator 73.32
Longobardi Germani 73.10
Longobardorum ſedes 73.4 Vide Longobardos
Longholaci 193.22
Lotharingia 9.32 A Nortmannis depopulatur 77.33
Loufenburgum 140.9
Lucania 17.5
Lucernates Heluetiæ pop. 78.33
Ludouicus Francorum rex baptizatur 87.4
Lugdunũ op. unde reuera dict. 191.14
Lugdunum ab Alemannis depopulatum 43.39
Lugduni primordia 145.6
Lugdunenſis prouincia 16.31 Synodus 138.27 & 139.9
Lugdus Celtarum rex 191.10
Ludouicus Gallorum rex Argentinẽſium templum ædificat 160.10
Ludouici Francorũ regis contra Burgundos res geſtæ 91.14
Ludouici Palatini ducis laus 131.1

Ludouicorum nomẽ antiquiſsimum 191.22
Luitfrandus Alemãnię dux fugat̃ 91.9
Luitharij Francorum regis in Saxoniam profectio 113.25 Contra Burgundos res geſtæ 91.28 & 92.28
Luitmeri contra Burgundos res geſtę 91.16
Luitprandus Ticinenſis 153.40
Eius hiſtoriæ 184.1
Lundonium 187.22
Lupff 6.9
Lupff arx quando diruta 6.11
Lupicinus 46.27
Lupondum 6.8
Lupodunum quando dirutum 6.11
Luponum 6.9
Luppia fl. 186.16
D. Lupus Trecaſſenorũ antiſtes 10.27
Luſitania 17.1
Luſſomo 14.27
Lutariburgum 179.13
Lutetia Pariſiorum ciuitatula olim 196.4
Lutetia Pariſiorum Lugdunenſi Senoniæ prouinciæ attributa 197.4
Lutetiæ Pariſiorum deſcriptio 194.13
Lybia ſuperior & inferior 17.15
Lycaonia 17.16
Lycia 17.17
Lycus fl. 12.1 & 12.17 & 66.19
Lydia 17.16
Lygius 26.17
Lygij pop 2.29

M

MAcedonia ſalutaris 17.24
Macrianus Alemannorum rex 46.22 & 130.27
Maginenſis præfectus 14.17
Maguntia ſedes principũ primæ Germaniæ 10.13
Maguntiacũ op. captũ 96.8 & 145.41
Magonciacum op. olim alio loco conditum 96.22 Euerſum 89.17
Ab Attila deſtructum 62.25
Maguncíaci urbis deſcriptio 180.4
Magunciacenſis dioceſis incrementa 124.27
Moguncíacenſis epiſcopatus 124.2
Magunciacenſis epiſ. olim ſub Treuirenſi 125.29
Magũciacẽſis tẽpli diuitię unde 97.18
Magunciacenſis pons 41.26 & 46.6
Magunciacenſes duces 9.15 & 124.8
Maguntinenſium antiquitates 160.32
Maior domus 130.20
Maioriani contra Francos res geſtæ 64.22
Malarichus Francorum dux 38.39
Mamertinus 11.13
Mandat 158.1
Mangones ẽ finibus Francorum abacti 95.10
Manimi pop. 2.29
Manlius Sa[illegible]ianus 5.29
Manli⁹ à Germanis fugat̃ 19.22 & 20.5
Mannus rex 192.27
Mannonis filij 122.25 & teſtamentum ibid.
Manthatum 97.6
Marauaha fl. 84.8 & 120.2
Marauania regio 84.8
Marchionum nomen unde 94.12
Marci Antonini res geſtæ 67.6
Marcoduri deſcriptio 186.6
Marcomanna uallis 25.34
Marcomanni pop. 2.28 & 3.6 & 16.15 & 24.2 & 193.36 Boierorum ſibi nomen induunt 134.8
uincuntur à Druſo 5.5
Marcomannicum bellum 69.38
Marcomannorum in Italiam irruptio 25.30 lingua 70.5
Marcomannorũ in Noricum & Rhetiam profectio 69.5 & 69.38
Marcomannorum reges 4.32
Marcomerus Franc. rex 36.34 et 37.1
Marga pro medulla 116.20
Marius dux contra Germanos declaratur 20.8
C. Marij contra Germanos res geſtæ 19.23
Marinana 14.31
Maringa 73.15
Mariſus fl. 25.6
Maroboduus Marcomannorũ rex 5.3 &

& 70.18.& 24.39.& 120.26.& 132
29. Bohemiam occupat 133.4
Marobodui genus 4.34
Marobudi regia 133.16
Marſi 2.24
Marſigni 2.28
Marſouia 15.7
Marſus rex 192.29
Martenacum op. 97.3.& 140.23
Martiana ſylua 6.16.& 66.20. Alemannorũ contra Ro.perfugiũ 41.7
Martianæ ſyluæ deſcriptio 126.32
Marus fl. 25.4
S.Maternus Alemannis primus Euãgelium prædicat 88.34.& 171.17
& 157 33
Matrice 14.28
Mattiaci pop. 2.27
Matrona fl. 194.16
Mauritania Cæſarienſis 17.10
Mauritania Sitifenſis 17.9
D.Mauritij cœnobiũ Aganenſe quando extructum 91.39
Maxima Sequanorum 7.28.& 32.83
& 123.18. Ab Alemannis occupatur 137.23.& 138.20
Maximæ Sequanorum latitudo 141
31. Limites 138 29
Maximæ Sequanorum præſes 151.40
Maximiani in Gallias ꝓfectio 139.19
De Francis uictoria 30.35. In Germania res geſtæ 41.25
Maximilianus Imp.ſtudioſus antiquitatis 113.12.& 131.30
Maximini Imp.natiuitas 24.14
Mediolanum 159.25
Mediolani primordia 18.36
Mediomatrici pop.9.2.& 21.34.& 124
5.& 152.10. Olim Galli 18 17
Mediomatricorũ nomen unde 182.15
Mediomatricorũ agri à Danis uaſtantur 78.21
Mediomatricorum deſcriptio 180.28
diœceſis 9.4. limites 21.29.& 181.36
Mediomatricorum potentia 182.12
Melchiori Egersheimio conſuli Seleſtadienſi ſtruuntur inſidiæ 167.39
Meldenſis ſynodus 78.12.& 96.33
Melibocus mons 57.20.& 132.7
Mempiſci uicus 79.20
Menapij 24.30
Menapiorũ militũ præfectura 160.27
Mendicitas lege prohibita 95.7
Mẽſibus nomina à Carolo Magno impoſita 113.38
Menus fl. 85.11
Meroueus 98.30
Merouingorum apud Frãcos familia 98.30.& 112.6
Meruuichus 98.31
Meſopotamia 17.13
Metellorum triumphi 20.1
Metenſis epiſcopatus 124.5
Metij ducis contra Mediomatricos bellum 182.16
Metis ibidem
Mironis præpoſiti cum Seleſtadienſibus diſcordia 163.39
Miſni pop. 57.9
Mœnus fl. 118.16.& 180.12
Mœſia prima 17.23. Secunda 17.22
Mœſia ſuperior à Sarmatis depopulatur 67.12
Mœſia à Gotthis uexata 98.11
Moganus fl. 180.12
Moguntiacum à Randone direptum 180.16. Vide Magontiacum.
Mogus fl. 180.12
Monaſtica uita tędio ſeruitutis à Germanis amplexata 93.38.& 94.28
Moreſuuiler 178.24
Morini pop. 17.33.& 64.31.& 152.12
Moſa fl. 119.32
Moſella fl.5.36.& 9.31.& 32.35.& 117.1
Mugilones 133.24 (& 179.16
Mulhuſii Heluetiorum clientes 183.5
L.Munatius Plancus 145.6
Munta 79.21
Murſa 15.8
Muſacius rex à Priſco captus 83.35
Mutatæ nomen unde 158.27

N

Naharuali pop. 2.29
Nanetenſem urbẽ Nortmanni expugnant 77.38
Nantuates populi 140.16

Narbo-

Narbonenſis ciuitas à Gotthis expugnata 60.10
Narbonenſis prouincia 16.31
Narciſſus Rhetorum apoſtolus 89.17
Narciſci 134.7
Nariſci pop. 2.28.& 70.11. & 193.36 in Noricum & Rhetiã proficiſcuntur 69.5
Narſes 73.16
Narſes falſo apud Iuſtinianum accuſatur 73.28
Naſium op. 146.12
Neccari fl. deſcriptio 127.31
Nemetes populi 10.17. & 22.2. & 116 15. & 123.40. & 125.36. & 126.10. & 145.4. & 160.27
Nemetes bilingues 18.15
Nemetum 96.24
Neomagus 96.24. & 181.1
Nepotianus 50.8
Neronis cum Germanis bellum 4.17
Nerua imperator Germaniæ ueteris caſtra reſtaurat 45.9
Neruij pop. 17.33. 18.8. 22.15. 124.3
Neuita equitum magiſter 12.30
Neuſtria 77.35
Nicea oppugnatur 48.14
Nicrus fl. 5.10
Nicri fluuij deſcriptio 127.31
Noracum op. 13.39
Nordgauium 129.13
Nordlingia 129.13
Noreia à Boijs depopulatur 69.13
Noricum 11.26
Noricum Mediterraneum 13.26.17.8
Noricum Ripenſe 17.8
Noricum Ripenſe cum Pannonia prima, communi adminiſtrationi ſubiecta 13.35
Norici deſcriptio 13.16
Norici agri frigiditas 13.37
Norici terminus 12.18
Norici Ripenſis præfectura 13.28
Norici à Tiberio ſubacti 15.34. & 16.1
Noricorum duæ prouinciæ 13.27
Nortmannia unde dicta 78.12
Nortmanni 77.22. Germaniam depopulantur 77.31
Nortmannorum origo 58.3
Nortmannorũ nomen unde 77.25
Nortmannorũ in Galliam profectiones 77.24
Nouempopulana prouincia 16.37
Noueſium op. 35.24. 181.30. & 187.6 à Iuliano captũ 35.16 ab Attila deſtructum 62.24
Noui 15.5
Nouidunus 151.37
Nouientum inſula 157.32
Nouiomagũ & Nouiomagus op. 35.23. & 182.25
Nouiomagũ Neruiorũ caput 124.4
Nouiomagus oppidũ ab Attila deſtructum 62.25
Nouiomum 182.26
Nouoburgum Auſtriaco duci pignoratum 155.15
Nouoburgenſis traiectus 153.17
Nuitlandia 60.37. & 142.7
Nuithones 2.27 & 60.34 & 146.16
Nuithonum regionis deſcriptio 142.3
Numidia 17.9

O

Obrinca fl. 9.31. & 179.16
Obrincani tractus deſcriptio 179.16
Ochſenfurdia 132.1
Octodori deſcriptio 139.18. & 139.38 & 140.5. & 140.12
Octodorenſe monaſterium 140.4
Octodurus 139.4
Octodurenſis epiſcopatus 97.2
Octodurẽſis epiſcopatus in Sedunenſem translatus 139.5. & 139.40
Octodurenſis tractus 136.33
Odiabo 14.27
Odoacer Saxo inſignis pirata 55.39
Odoacer Herulorũ copijs in Italiã cõtendit 72.14. Italiam occupat 72.17 deletur à Gotthis 72.26. & 73.20
Oenus fl. 12.17. & 12.25
Olino 152.4. & 152.15
Olinonis caſtelli rudera 8.26
Olinonis præſidia 147.17
Olybrius 72.12
Oneſtrut fl. 57.6

Oppidum

Oppidum & ciuitas in quo differant 129 32
Orbicius epiſcop. Veſoncienſis 139.12
Orcynheim 127.8
Orcynia ſylua 127.9
Orcynia ſylua à Tectoſa. occupata 80 28
Orientis quindecim prouinciæ 17.10
Oreſtes imperator in Liguria fugatur & captus obtruncatur 72.17
Oſi pop. 2.28. In Germaniam proficiſcuntur 83.4
Oſrhoena 17.13
Oſtburgi uicus 79.21
Oſtrogotthi ab Hunnis ſubacti 112.2
Oſtrogotthorum regnum 60.2
Ottho Saxoniæ dux Germanorũ rex 49.1.& 100.10. Briſiacum obſidione cingit 154.12
Othonis imperatoris memorabile dicterium 154.28
Othonis Germanorũ regis res geſtæ 100 15
Othonis Germanorum regis de Vngaris uictoria 100.15
Othmarsheim 153.18
Oudarij hiſtoriæ 141.39

P

PÆmani pop. 22.16
Pacatiana 17.17
Pacis uiolatæ pœna 31.32
Palas regio 47.7.& 52.35.& 130.13
Palatina auxilia 155.23
Palatini nomen unde 47.8.& 53.5 & 130 13
Paleſtina 17.11
Paleſtina ſalutaris 17.12
Paleſtina ſecunda 17.12
Pamphylia 17.16
Pannonia prima & ſecunda 2.12.& 11 25.& 17.8.& 111.34
Pannonia ſecunda à Quadis depopulata 15.11
Pannonia à Romanis ſubacta 2.20 & 16.14. Ab Antonino Cęſare liberatur 67.6
Pannoniæ Correctores 15.2
Pannoniæ fertilitas 16.18
Pannoniæ præfecturæ 15.3
Pannoniæ primæ deſcriptio 14.6
Pannoniæ ſecundæ deſcriptio 14.34
Pannonij ſupplices à Tyberio pacem impetrant 16.4
Pannonica lingua 115.25.& 116.5 & 83 6
Pantalus primus Baſilieſis epiſcopus 150.31.& 351.4
Pantzenheim 153.23
Papia obſeſſa 93.18
Pariſienſis ager uaſtatur 78.1
Parthenius Phocenſis 192.8
Paſſel. 147.10
Paterniacum 156.27
Pathiſſus fl. 25.20
Paulinus Treuirorũ metropolitanus 183 27
Peucini pop. 2.30.& 119.30.& 122.7
Petilius Cerealis 181.33
Petrus Langobardus Pariſiorum antiſtes comam apud Francos tondendi conſuetudinem inducit primus 105 39
D.Petri apud Rom. celebritas 3.37
Petrogorij 59.15
Pfalzia regio 130.15
Pfin caſtellum 135.30
Pfortzheim op. 127.10
Pfullendorff 126.28
Pharamundi nomen unde 189.37
Phebiana caſtra 188.17
Pheniana caſtra 188.19
Philagrius 48.6
Philiberti nomen unde 189.35
Phœnicia 17.11
Phœnicia Libani 17.13
Phrygia 18.17
Phrygia Pacatiana & Salutaris ibid.
Phrygius lapis 196.19
Picenum 17.3
Picti in duas gentes diuiſi 74.21
Pictorũ in Britanniam profectio 74.7
Pictorum ritus & mores 76.4
Pipinus Italiæ rex 93.24
Pipini Francorum regis contra Langobardos res geſtæ 93.16
Pippa Galieni Cæſaris filia 24.7

Piratici belli ſedati gloria cui adſcribenda 29.28
Piſidia 17.16
Plinius ſub Veſpaſiano militauit in Germania 118.26
Pœnina iuga 140.30
Pœnina uallis 65.21. & 140.22. & 141 4. & 141.13
Pœnina uallis ab Alemannis occupatur 65.22
Pœninæ uallis deſcriptio 139.1
Pœninæ alpes 140.23
Petouia ſiue Petouio op. 188.32
Pola ci. 189.6
Polonia à Sclauinis occupatur 84.13
Poloni 2.38
Pontus Polemoniacus 17.19
Ponticæ diœceſeos prouinciæ 17.18
Præfectus prætorio Italiæ 12.38
Præfecti militares Germaniæ primæ 10 16
Præfecturarũ uolumẽ antiquiſſimum 15 9
Præpoſitus theſaurorum in Vindelicia 12.34
Præualitana prouincia 17.23
Principum apud Germanos ueteres qualis electio 3.17
Probi Cæſaris felix uaticinium 32.11
Procopius in Oriente res nouas molitur 50.25
Proculus à Probo Imp. uincitur 188.15
Prouinciarum lingua 115.23
Pruſii 57.38
Prutheni 57.38
Ptolemæus poſt Tacitũ ſcripſiſſe creditur 2.31. & 24.35
Pyrenæi montis deſcriptio 134.11
Pyrenæi montes unde dicti 134.38

Q

Quadi pop. 2.28. & 122.15. Finibus ſuis eiecti 16.15. In Pannoniam primam & Valeriam proficiſcuntur 67.5. Rhetias inuadunt 68.27. Ab Auguſto Cæſare uincuntur 68.35
Quadi per nudos enſes iurant 68.13
Quadorum armatura militaris 67.19
Quadorum ſedes 57.29
Quadorũ regionis immenſitas 67.40
Quadorum equi cur caſtrati 67.22
Quadorum reges 4.32
Quadriburgium op. 14.11. & 14.30 & 187.7. A Iuliano captum 35.16
Quintarium 15.7

R

Ragayſus Francorum rex à Conſtantino uictus & captus 31.14
Radagaiſus uincitur 58.16
Radboton Friſiorum dux nauali prælio à Carolo Martello uictus 93.2
Radeuichi nomenclatura 191.35
Rando Moguntiacũ expugnat 180.16
Ratherius Veronenſis 100.28
Ratzenburgij 88.29
Raudinus campus 19.24
Raudis campus 20.13
Raurica ſylua 152.39. & 153.2
Raurici pop. 123.16
Raurici ſub Maxima Sequanorum 151 33
Raurici Sequanis quãdo adiuncti 8.11
Raurici montes 153.3
Rauracorum deſcriptio 142.33
Rauracorum tractus 7.34
Rauricenſe caſtrum 146.35. & 151.40
Regales 130.30
Regalis Viduarij filius 68.8
Reginoburgum 188.23
Reginorum caſtra 188.22
Regum apud ueteres Germanos electio 3.17
Reimundus Marlianus 193.13
Remorum urbis potentia 64.13
Rheudigni pop. 2.27
Rhenus fl. 119.32
Rheni alueus mutatus 153.32
Rheni fons 1.5. Cataractæ 136.34
Rhetia Romanorum prouincia 6.22
Rhetia Atheſina 11.39
Rhetia prima ſiue ſuperior 1.23. & 11 36. & 12.1
Rhetia prima ab Alemannis occupatur 65.22
Rhetia prima Sueniæ nomen accipit 66 25

Rhetia

Rhetia ripenſis 12.27
Rhetia per Tiberiū & Druſum in prouinciæ formam redacta 13.5
Rhetia ſecunda à Vithungis depopulatur 45.40
Rhetiæ diuiſio 11.30. Limites 12.18
Rhetię Alpeſtris deſcriptio 12.3.12.26
Rhetiæ primę deſcriptio 11.28. Præſidium 1.13
Rhetiæ ſecundæ deſcriptio 12.16
Rhetiæ ſecundæ præſides 12.37
Rhetiæ duces & præfecti 12.40
Rhetiarum ducatus 88.1
Rhetiarum ducis imperium quàm latum 1.12
Rhetica iuga 11.33
Rhetica lingua 70.5.& 115.35
Rhetici agri feracitas 12.14
Rheti Alpeſtres 11.32
Rheti prouinciales facti Romanā dicerunt linguam 18.5
Rhodanus fl. 11.35.& 139.24.& 139.32
Rhodani fl. ortus 140.18
Rhodope 17.21
Rigoldulum op. à Petilio obſeſſum 181 33
Rinfeldia ciui. 144.23. Auſtriaco duci pignoratur 155.15
Rinfeldenſium arx à Baſilienſibus demolita 144.24
Riochamus 77.20
Ripa alta 14.27
Roccenburgum 188.5
Rollo Normandorum dux 78.6
Rollo ex Ethnico Chriſtianus factus, Robertus nominatur 78.10
Romakeſſel 188.27
Roma à Gotthis cur direpta 58.22
Romani Germanos ad diſcordias incitant 4.28. Apud lacum Brigantinū ab Alemannis fugantur 43.17
Romanarum prouinciarū ſors 74.17
Romanorū prouinciæ iuxta Rhenum 7 25
Romanorū in Occidente duces duodecim 12.39
Romanorū dexteritas ac felicitas 117 11. In legatos munificentia 50.13
In Alemannos crudelitas 44.10
Romanæ linguæ per Germaniam frequentia 115.25
Romershorn uicus 126.22
Romoaldi nomen unde 189.39
Rotenburgum op. 5.18
Rotomagum 180.11
Rotomagenſes 77.37
Rubeaquenſis tractus 97.5
Rufachum ſiue Rubeaquum Alſatiæ ſuperioris op. 63.35.& 97.5.& 128 39.& 158.2
Rufaci, uel Rubeaci oppidi deſcriptio 155 31
Rufus epiſcopus Octodurenſis 139.10
Rudolphus Alemānię dux ambit imperium 99.20
Rudolphus Burgundię rex, coronam ſuā Conrado Auguſto mittit 102.12
Rudolphus Clobelouchus, theſaurū eccleſiæ Magunt. minuit 97.32
Rudolphi Cæſaris ad Seeleſtadienſes epiſtola 163.25
Rugi pop. 2.30
Rugi Italiam inuadunt 72.10. Ticinum Gotthorū ſedem uaſtant 72.28
Rugilandia 73.15
Runtetes pop. 11.39
Rupertus Tuitienſis 35.38
Ruteni 59.16
Ruuacum & Ruuahacum op. 97.5 128 39
Ruuaha fl. 128.39
Ruza fl. 138.17

S

SAbaudia 61.6
Sabaudia Arelatenſis regni pars 99 36
Sabaudiæ duces unde 99.36
Sacerdotes Germanorū ueterum 3.26
Sæligunſtadium 33.19
Saillus Mediomatricorum antiſtes à Nortman. occiditur 77.34
Sala fl. 33.17
Saleſia 178.30
Saletio op. 10.16.& 145.39.& 146.9 & 158.40.& 160.25. Ab Attila deſtructum 62.26

Saletio-

Saletionis deſcriptio 178.29
Salica lex 94.19.& 131.36
Salici 131.36
Salici Franci 94.20. & eorum priuilegia ibidem
Salij pop. 33.3.& 33.14.& 131.36
Salingi pop. 33.16. Vnde dicti 98.34
Salingoſtadij deſcriptio 131.32
Salodorum op. 142.28.& 147.1
Salonia Marcomanorum regis uxor 24 9
Saluſtius 11.13
Samium 17.5
Sanconna fl. 9.36.& 123.34
Sanctio op. 47.36
Sargetia fl. 71.26
Sardinia 17.5
Sarmatæ latrocinãdi peritiſſimi 67.12
Sarmatarum regio 3.7
Sarunetes pop. 11.38
Saua à Quadis depopulatur 15.11
Sauia 17.7
Sauiæ pro. deſcriptio 14.34
Sauiæ præfecturæ 15.3
Saumarum nomine Franci quid intelligant 95.33
Sauus fl. 12.25.& 14.37
Saxonia antiqua 56.8
Saxoniæ argentifodinæ quando primum apertæ 100.20
Saxones Francis cõfines 56.11. Chamauorum & Francorũ agros inuadunt 55.23. Mare Gallicum infeſtant 30.26. Regiones omnes circa Salam miſerè depopulantur 36.3
Saxones à Francis grauiter debellantur 92.18
Saxones in Francorum finibus à Romanis oppreſſi 55.17
Saxones Francorũ tributarij facti 92 22.& 92.31
Saxones à Theodoſio debellati 55.1 A Valentiniano oppreſſi 36.26
Saxones intonſi 109.25
Saxonum ſedes 55.15
Saxonum gens obſcura 53.20
Saxonum ſpecies 109.24. Galeri ſtramenticij 100.26
Saxonum ritus & mores 53.33.& 109 24. Idololatria 92.36
Saxonum inſulæ 53.24
Saxonum ſæuitia piratica 53.29. In Alemanniam irruptiones 53.18 & 79.10. Cõtra Carolum caluum bellum 92.15
Saxonum multitudo in Germaniam inferiorem à Carolo translata 92.35
Saxonum ſermo linguæ Francorum affinis 113.32
Scabini 94.10
Scandinauia 73.14
Scaurus conſul Ro. à Germanis trucidatus 20.7
Schefhuſia 147.31
Schefhuſia & Schifhuſium op. 136 37.& 147.31
Schiltaha fl. 128.38
Schnellonum uilla 161.20
Schuuinfurdia 132.1
Sclaueni pop. 27.7
Sclaui 83.36
Sclauini pop. 2.37.& 69.34.& 132.14 Illyricũ & Boiohemiam occupant 84.6. A Francis uincuntur 92.27
Sclauini regno Germanico tributarij facti 93.32
Sclauini in Toringiã irrumpunt 92.30 In Viſtulanam regionẽ proficiſcuntur 84.13
Sclauinorum gentis origo 83.25
Sclauinorum ſedes 8.41
Sclauinorũ in Boiohemum & Morauiam profectio 83.13
Scordiſci à Tiberio ſubacti 15.34
Scoringa 73.15
Scortatiõis apud Saxones pœna 56.4
Scotia olim Caledonia dicta 21.8
Scoti Piratæ 76.28
Scoti in prælio habent canes 76.23
Scotorũ in Britanniam profectio 74 7.& 75.7
Scudilo ſcutariorum rector 43.10
Scyri Italiam inuadunt 72.15
Scythia 17.22
Scythæ 3.8
Sebaſtianus Murrho 156.37

Sebuſium op. 179.6 ab Attila deſtructum 62.26
Sebuſii bilingues 18.15
Sebuſii deſcriptio 178.35
Sebuſiani 178.15.& 179.1
Seccinga ci. 47.37
Secundi 15.5
Sedunum op. 139.4
Seduni 140.26
Sedunenſis epiſcopatus primordia 139.5
Sedunenſis epiſcopatus ab Octodurenſi translatus 97.3
Selatiſtatum 157
Selaſtadium op. 145.34.& 146.39 & 147.3.& 157.15. A Bertholdo de Buochecg obſeſſum 167.15. Kirchenſi comitatui annumeratũ 162.6
Seleſtadij antiquitas 170.9.deſcriptio 161.10. encomium 167.24
Seleſtadienſium ſeditio 167.32. ſtratagema 165.17.uectigalia 101.10
Seltz op. 159.1
Seltzſtat 163.28
Semnones 133.25
Semij Saturninij facta 70.13
Senones 2.26
Senones qui Romã ceperunt non fuerunt Germani 82.6
Senonum ſedes 82.4
Senonenſis ager uaſtatur 78.1
Senoniẽſis Archiepiſcopus unde Germaniæ primas 11.16
Senonia Lugdunenſis 16.32
Septitius Prolegatus 141.5
Sequana fl. 194.16.& 196.6
Sequani 7.28.& 21.34.& 145.31
Sequani Campeſtres 153.6
Sequani Ciſmontani ſiue exteriores 7 34
Sequani olim Galli 18.6
Sequanorum præſides 8.19
Sequanorum termini 7.38.& 8.4
Seruatius Tungrorũ apoſtolus 89.17
Serui eccleſiaſtici, fiſcales & fiſcalini 87 23
Seruilius Lepio fugatus 19.22.& 20.5
Seruorũ in regionibus maritimis conſpiratio 94.5
Seuerus epiſcopus Treuirenſis 10.27
Seuo mons 121.22
Seuon mons 1.27
Sextiæ aquæ 19.24.& 20.10
Sextilius Felix 12.19. In Rhetiam irrumpit 138.15
Sibini 133.24
Sicambria 27.36.& 32.28
Sicambri comã promiſſam alunt 38.18
Sicambri à Romanis ſubacti 52.& 5.4
Sicambrorũ in Galliam migrationes 24 28
Sicambrorum ritus & mores 109.38 & 110 1
Sicilia 17.4
Sidonij Apollinaris genus ac parentes 58.34
Sidonij ad Domitium epiſtola 107.27
Sidonij ad Syagrium epiſtola 114.15
Sigebertus Dagoberti regis filius in uenatione uulneratur 157.10
Sigiſmundus Burgundus in puteum præcipitatur 91.19
Sigoueſus 80.18
Siluri piſces 118.27
Simultas aperta apud Francos punita 95 21
Sirmium 67.16.& 67.27
Siſcia 15.8
Sitones pop. 2.30
Sleceſtadium 158.39
Sleſiorum in Quados profectio 57.26
Solenſes milites 185.40
Solicommum 189.17
Sollij Appollinaris liberalitas 105.11
Sopianum op. 24.15
Solua 14.27
Sonno Francorum rex 36.34.& 37.1
Sophiæ Auguſtæ facinora 73.29
Sorabi pop. 84.26
Spira ci. 96.23
Spira cur inter Franciæ oppida numerata 63.30
Spirenſium antiquitates 160.30. Vide Nemetes
Stableſiani equites 187.34.& 188.12
Stabula 135.9

Stepha-

Stephani campus 178.22
Stilico 37.18
Stiliconis Vandali facta 58.13.& 75.38
Stobenſes milites 185.40
Stratura 95.29
Stratisburgum 174.37 Vide Argentoratum
Suardones populi 2.28
Suartzaha fluuius 128.40
Subſyluani Heluetiæ pop. 78.32
Suedi 78.38
Sueui 2.24.& 6.24.& 66.25.119.29 A Druſo profligantur 5.6. In Hiſpaniam irrumpũt 26.27. Syluas dijs conſecrant 90.23
Sueui interiores 193.36
Sueui Turgauiam occupant 66.30. Vbios uectigales ſibi faciũt 22.37
Sueui à Francis ſubiugati 91.9
Sueuorum terra ubi 52.2
Sueuorum populoſa natio 133.24
Sueuorum fortitudo militaris 26.29 lingua craſſa 191.3
Sueuorũ in Pannoniã profectio 25.35
Sueuorum reges 37.25
Sueuorum nomine ſignificãtur interdum Alemanni 51.31
Sueucunnorum clauſtra 80.8
Sueuus fluuius 122.36
Sueuus rex 192.29
Suiones pop. 2.31
Suitenſium uocabulum unde natum, 78. 24
Sungauia 7.35.& 142.37
Sungaui 153.6
Suniſci pop. 164.20
Sunomarius Romanorũ amicus 46.29
Sunomarij Alemannorum regis cum Iuliano pax 46.11
Suſenhart mons 152.32
Sueſſio op. 63.13
Syagrius Gallus, Burgundionũ Amphion & Solon cur dictus 114.10
Syllanus à Germanis fugatur 19.21. & 20.5
Syluanus 50.8. Francorum dux, 38. 39
Syria 17.11.& 13
Syrmium 15.7

T

Tabernæ 10.16.& 145.39. & 160.26
Tabernæ 44.20.& 177.11
Tabernæ Alſaticæ 176.32
Tabernæ Alſaticæ ſub præfecto Menapiorum militum 178.3
Tabernæ Montanæ 177.31
Tabernæ antiquitatibus abundant 160. 29
Tabernæ Rhenenſes 177.32.& 178.6
Tabularij ſerui Germanorum 93.4
Taciti ætas 20.20
Tachsfelden 152.27
Taiphali pop. 71.38.& 72.5
Tarbelli 178.15.& 179.12
Tarentaſia 141.3
Tarraconenſis prouincia 17.2
Taruana Morinorum 152.12
Taſſilonis rebellio 93.9
Tauni montis deſcriptio 186.27
Tauria fluuius 126.12
Tauriacus tractus 126.18
Tauraci pop. 125.38
Taurunum 15.5.& 15.28
Taurus fluuius 126.11.& 135.29
Teck 80.38
Tecteri pop. 2.25
Tecterorum ſedes 35.30
Tectoſages pop. 2.36. In Hercyniã ſyluam proficiſcuntur 80.21. Nicri ripam inhabitant 80.37
Tectoſagum laus 80.30
Tempe 127.25
Templa dederunt anſam reædificãdis in Alemannia oppidis 96.13
Tencteri 122.19
Teruana prouincia 17.34
Teruigi pop. 71.38
Teutiburgum 15.4
Teutones 2.23
Teutonarij pop. 2.33
Teutonum ſedes 121.32. In Galliã irruptio 19.3.& 20.25
ex Teutonibus qui primi in Galliã migrarint 21.11 Vide Alemannos
Thebæa legio 139.28

Thebais 17.15
Thermæ Helueticæ 137.1
Thermarum caſtellum 2.17
Theobaſſi 103.24
Theodebrechtus rex Galloru͂ 78.19
Theodebertus Germanos in ditione͂ accipit 90.9
Theodeberti regis contra Mediomatrices facta 58.6
Theodorus Gotthorum rex 56.34
Theodoricus Oſtrogotthoru͂ rex Alemannos à Francis fugatos tuetur, 86.12. Italiam liberat 72.24
Theodorici regis Oſtro. ad Francoru͂ rege͂ pro Alemannis epiſtola 86.18
Theodorici Viſigotthoru͂ regis commendatio 66.9
Theodorici Vuiſigotthorum regis deſcriptio 108.8
Theodoſii imp. cum Alemannis bellu͂ 51.6. Co͂tra Saxones facta 55.1
Theouualdus rex Francorum 90.35
Theſſalia 17.22
Theutuualdi nomenclatura 190.8
Thietrichi nomen unde 190.9
Thracia 17.21. Ab Armoricis gentibus direpta 74.13. A Gotthis uexata 58.11
Thraciarum prouinciæ ſex 17.21
Tiberij Cæſaris cum Marcoma͂nis bellum 70.13
Tiberij Cæſaris epiſtola 4.40. Contra Vindelicos bellum 136.19
Tiberij forum 136.25. & 146.10. & 148. 29
Tibiſcum 120.38
Tigurini Germanorum ſocij 19.18
Tigurinorum ueteres ſedes 20.38
Vide Turegum
Tingitania 17.2
Tolbiacum uicus 85.26. & 92.6
ad Tolbiacu͂ uicum Alemanni à Francis uincuntur 63.20. & 63.36
Tolbiacenſis uictoria 63.36. & 96.2
Tonſionis pœna 94.33
Toringia à Sclauinis uaſtata 92.30
Toringi Longobardis uicini 56.33
Carolum Caluum fugant 92.15
Toringi difficulter à Francis debellati 56.38. & uicti 29.1
Toringorum in Cheruſcos profectio 56. 14
Toringorum cum Fra͂cis amicitia unde nata 57.4
Toringoru͂ equi tribus uſib. apti 56.20
Toringorum idololatria 98.19
Tornacum 64.13. & 99.17
Totila rex 73.23
Toxiandria 33.20
Toxiandrum op. 35.4
Traiana colonia 35.23
Traiani arx 45.16
Traiani burgi deſcriptio 131.9
Traiani imp. co͂tra Alema͂nos bellum 45.13. In Dacia res geſtæ 70.29
Tranburg 131.9
Tranſſyluania 25.7
Tranſſyluanorum antiquitas 25.9
Treboci 22.5
Trecaſſi 182.25
Treuiri 152.11. & 182.9
Treuirorum colonia 182.40. Limites 10.31. pote͂tia 182.12. & 182.36
Treuirorum opp. principum ac imperatorum ſemper domicilium 183.38
Treuirenſis eccleſiæ amplitudo 184.5. Antiquitas 183.39
Treuirenſium deſcriptio 182.33
Tribochi 9.8. & 116.14. & 158.37
Tribochi Germani 21.35
Triboci pop. 21.32. & 123.23. & 173.36. & 175. 25
Triboci Lotharingia͂ inhabita͂t 179.36
Tribones bilingues 18.15
Triboni pop. 9.8. & 152.36. & 172.32. & 173.2. & 175.25
Tribonis munimentum 146.8
Tribonu͂ antiquitates et rudera 173.25
Tribonorum regio 145.33
Tripolis 17.10
Tronia 173.19
Tuadi pop. 2.34
Tudri genus 4.34
Tutelia arx 126.26
Tullum opp. 99.27. & 146.12. Vaſtatum 100.20. Reſtauratum ibid.

Tuiſco

Tuiſcō 192.26. & 121.32
Tuitium 185.32
Tuitium cœnobium 35.33
Tungri 18.9.& 116.16
Tungrorum ſedes 21.25
Tungrorū in Galliam profectio 21.12
Tungrorū oppidum ab Attila deſtructum 62.23
Turcilingi pop. 56.30. Italiam inuadunt 72.15
Turegum op. 67.2.& 126.14
Turegum oppidum Sueuiæ 66.29
Turegū in Turgauēſi pago ſitū 126.16
Turegum unde dictum 78.29
Turegienſis mōtis cœnobium 149.15 Vide Tigurum
Turgauia 65.21. A Sueuis occupata 66.30
Turgauiæ nomen unde 126.13
Turgaui pop. 126.11
Turogi pop. 2.33
Turonum à Normannis deſtructum, 77.39
Turus fluuius 126.14
Tuſcia 17.4
Tyberij Cæſaris in Germania res geſtæ 15.34

V

Vadomarius Alemannorum rex 42.39.& 46.22.& 47.10.& 130.37. In Hiſpanias relegatur 48.13. Rauracos debellat 47.10
Vadomarius exrex 48.15
Vadomarij ſcriba à ſtationarijs militibus captus 48.2
Valentinianus imperator 6.27
Valentinianus cur filium & germanū non Cæſares ſed Auguſtos appellarit 7.1
Valentiniani imperatoris in Alemanniam profectio 189.10 Contra Saxones facta 55.11
Valeria 11.26.24.2
Valeria Diocletiani filia 14.21.& 67.14
Valeria Pannoniæ pars 67.13
Valeria Ripenſis 14.24
Valeriæ præfectura 14.26
Valeriæ prouinciæ deſcriptio 14.19
Valerius Probus limitem Romanum ad Nicrum uſq; protulit 5.9
Valerij Probi in Germania res geſtæ, 5.8.& 21
Valeſia 65.21.& 139.3
Vallenſium ciuitas 141.2
Valliæ Gotthorū regi Aquitania conceſſa 58.27
Vandali populi 2.24.& 27.9.120.14.& 122.17. A Gotthis grauiter uexantur 120.18 In Hiſpaniā irrumpunt 26.39
Vandalorū in Scythiā migratio 26.8
Vando 26.6
Vangiones 22.2.& 104.23.& 116.15.& 124.1.& 145.40
Vangiones bilingues 18.15
Vannius Sueuorum rex 25.36.& 26.2
Vannianum regnum 25.24
Vannij fortitudo 26.20.& fuga ibidē exilium 25.& 36.26.2
Vapluarij populi 35.29
Vari in Germania legiones 5.8
T. Varij Clementis in Norico elogiū 11.8
Varini 119.26
Varini pop. 2.27
Variſtæ pop. 70.11
Varius Alemanniæ rex 46.22.& 47.13
Vaſates 59.16
Vbij populi 16.16. A Sueuis grauiter oppreſſi 22.37.& 23.4
Vbij tranſrhenani 22.30
Vbij cur in ulteriorem Rheni ripam ſedes poſuerint 23.1
Vbiorum Agrippina 10.36
Vbiorum colonia 184.33
Vbiorum deſcriptio 184.25 Vide Coloniam & Agrippinam
Vectigalia militibus remittēda 95.29
Vecturiones populi 74.21
Velatabi populi 84.24
Velleda 4.34
Vellius Paterculus quando ſcripſerit 132.27
Vendentium & ementium lex 95.13
Venedi pop. 2.30

Venedi Sclauini in Germaniam migrant 84,17
Venetes Rhetiæ populi 126.3
Venetia 17.3
Venetus lacus 126.4.& 135.37
Veneti lacus inſula 136.17
Vennones pop. 11.38.& 126.7
Venonetes 126.7
Veragri 140.26
Verbigenus Heluetiorũ pagus 142.13
Verocaſſes 18.8
Veromandui 22.15
Verona 18.39
Verſalpus Alemannorum rex 46.22.& 130.38
Veſi pop. 60.3
Veſontium 151.37
Veſontij 145.31
Veſontienſis epiſcopatus 139.13.& 141.6
Veſontienſes præſides 141.32
Vetera ci. 35.24. Ab Attila deſtructa 62.24
Vetulonia ci. 193.22
Vetuſalina 14.24
Vgri pop. 111.34
Vgrorum natio 79.27
Vibij res geſtæ 15.32
Vicarij 94.10
Victobali pop. 72.2
Victophali pop. 71.38.& 72.5. In Daciam proficiſcuntur 70.24
Victorinus tyrannus Coloniæ trucidatur 185.6
Vicus Iulius 145.39
Viduarius rex 68.8
Vienna 57.30
Vigeuones pop. 1.26.& 121.6.& 122.15.& 190.34.& 193.35
Vincentia 14.30
Vindelicia 2.11.& 11.26.& 12.30.& 141.4
Vindelicia in prouinciæ formã à Romanis redacta 13.5. A Vithungis depopulatur 46.1
Vindelici pop. 119.26. A Tiberio ſubacti 15.34.& 136.19
Vindelici Romanis ſubiecti 120.13
Vindelicorũ nomẽ cur obſoletũ 12.31
Vidicabius bello inſuperabilis 185.13
Vindices milites 160.27
Vindili pop. 120.24
Vindobona 57.29
Vindomana 14.12
Vindoniſſa 96.38.& 141.27.& 149.10 & 150.28.& 160.25
Vindoniſſa ab Alemannis uaſtata 138 20. Ab Attila deſtructa 62.27
Vindoniſſæ deſcriptio 138.12. Rudera 42.14
Vindoniſſenſe caſtrum 151.38
Vindoniſſenſis clades 42.16
Vindoniſſenſis epiſcopatus in Conſtantienſem translatus 96.40.& 136 8.& 138.23
Vinidæ pop. 2.37
Virdo fl. 129.2
Virtingi 45.36
Viſigotthi 60.1
Viſontio op. 99.27
Viſontiũ Sequanorũ olim caput 8.15
Viſontinus archiepiſcopatus 81.8
Viſtillus fl. 122.32
Viſtula fl. 119.31
Viſurgis fl. 119.32
Vitæ Saxones in Heluetiam proficiſcuntur 78.23
Vitarum natio 78.27.& 78.39
Viterbi nomenclatura 193.9.& 193.24
Vithungi pop. 45.34. Noricum agrum inuadunt 45.40
Vitudurũ op. 136.11. Ab Attila deſtructum 62.28
Vlma ci. 127.16.& 147.32
Vlpia Traiana ci. 45.19.& 71.1
Vmbria 71.4
Vmbri à Lingonibus & Etruſcis patria exuti 82.3
Vngarorum cum Othone ad Lycum pugna cruentiſſima 100.15
Vngarorum rapinis Boiaria Alemannia & utraq; Francia, deuaſtat̃ 79.38
Vnulo Boioariæ epiſcopus 98.10
Vocecius mons 2.18.& 123.19
Vocecij montis deſcriptio 137.38
Volradus abbas 66.33

Voltur-

Volturna ci. 193.22
Vormacia 176.16
Vortigernus Anglorũ regulus 76.37
Voſaginæ alpes 9.39
Vrba op. 142.22
Vrbigenus pagus 142.21
Vrbium ac aliorum locorum nomina à familijs diuerſis impoſita 129.8
Vri pagus Heluetiorum 78.29
Vricgauia 142.36
Vrij Heluetiæ pop. 20.39
Vrius Alemannorum rex 130.37
Vrſarienſiũ militũ præfectura 187.32
Vrſatius Cæſaris officiorum magiſter 50 19
Vrſicinus Alemanniæ rex 46.22 & 47.13.& 130.38
S. Vrſulæ ſcala apud Baſilienſes 151.13
Vrunci pop. 153.10
Vſipij pop. 2.25.& 122.19
Vſipij à Druſo domiti 5.4
Vſtriceſium op. 187.6
Vtrechtum op. 187.9
Vtriceſium cb Attila deſtructũ 62.24 A Iuliano captum 35.16
Vualamus Baſiliẽſis epiſcopus 151.20
Vualdo epiſcopus Friſingenſis 112.21
Vualffelarij ab Eccerich 164.19
Vuallenburgum 144.39
Vuandaluſia 27.2
Vuelphonum origo 88.4
Vuẽceslaus, aliquot oppida Ger. Auſtriaco duci, pro mutuo ſumpta pecunia dat pignori 155.15
Vuendi pop. 92.27
Vuendorum ritus & mores 84.20
Vuertha fl. 129.2
Vuertharda Caroli Magni mater 146 (40
Vueſtphalia 55.20
Vueſtricha 77.35.& 180.28
Vuig 121.1
Vuigbrodus apoſtolus 98.20
Vuigeuones pop. 118.31
Vuigeuones unde dicti 121.4
Vuilci pop. 84.23
Vuilteburgum op. 187.11
Vuinachten 3.32
Vuinidi uel Vuinidæ populi 27.6
Vuinilis 73.14
Vuinpinga ci. 5.18
Vuirtẽbergenſis ditionis nomẽ unde 45 35
Vuiſerij in Heluetijs inſcriptio 141.34
Vuiſigotthi 63.19
Vuiſſenburgum 158.2.& 179.1
Vuitikindus Saxonum princeps ad Chriſtum conuerſus 92.38
Vunefridus Archiepiſcopus Maguntinenſis 3.34
Vunefridi Angli ad Edoaldum Anglorum principem epiſtola 56.1
Vuolfaha fl. 128.38
Vuolfhardi nomen unde 190.5
Vuolphelinus Cæſareus præfectus 146.39. Colmariam muro cingit 156 33
Vuormatia ciui. 104.25.& 181.2
Vuormacienſis epiſcopatus 22.13

X

Xenodochia Gallorum & Scotorum monachorum 96.27

Z

Zabernia Alſatiæ ciui. 176.32 & 177.13. Ab Alemannis diruta 177.14. Vide Tabernas.
Zachariæ Pontificis ad Bonifacium Anglum epiſtola 98.5
Zarmiza colonia in Dacia à Traiano ducta 70.29
Zizais Quadorum regulus 67.34
Zuentebaldus Marauanorũ princeps 146.34. Ab Arnulpho debellatur 79 30
Zuenus fl. 122.37
Zuni pop. 133.23
Zurzach 136.30

FINIS.

LOCI EX AVCTORIBVS IN HISCE LIBRIS A RHEnano uel expoſiti melius, uel à mendis repurgati, atque in integrum reſtituti.

Abbatis Vrſpergenſis locus emendatus fol. 36. uerſu 10. & 66.16
Agathiæ 90.2
Ammiani Marcellini 9.34. & 10.5 & 11.14. & 24.14. & 33.20. & 34.10 & 43.40. & 44.38. & 47.2. & 48.17 & 50.31. & 52.39. & 67.11. & 67.36 & 68.29. & 74.8. & 173.6. & 183.31 & 185.34. & 187.17. & 187.22. & 189.25
Antoniniani Itinerarij 158.4
Beroſi & eius interpretis 39.23. & 191 7. & 192.4. & 192.16
Capitolini 70.9. & 72.2
Ciceronis 103.15. & 104.1
Claudiani 33.9. & 36.37. & 37.6 & 111 25
Decretorum locus 98.24. & 177.8
Eumenij 29.13. & 30.10. & 31.16 & 41 31
Eutropij 42.5
Flori 19.39
Herodoti 128.19
D. Hieronymi 55.27
Iſidori 76.3
Iulij Cæſaris 20.36. & 126.2. & 140.16 & 142.19. & 179.8. & 182.3. & 185.19
Libri de magiſtratuum Rom. inſignibus 182.29
Martiani Capellæ 128.11
Nazarij Panegy. 31.34. & 42.27. & 49 14. & 49.18. & 49.25. & 49.27
Oroſii 19.34
Pauli Diaconi 56.31
Plinij ſenioris 11.39. & 25.22, & 104.20 & 116.35. & 118.14. & 119.32. & 121 12. & 221.23. & 121.39. & 122.5. & 122 33. & 122.38. & 198.24. & 199.16. & 199.22
Procopij 120.31
Ptolemæi 176.10. & 176.24. & 188.18
Sexti Rufi 16.34
Sidonij Apollinaris 54.12. & 54.30 & 59.19. & 60.23. & 65.36. & 66.13 & 105.20. & 109.37. & 111.26
Stephani 13.40
Strabonis 133.26
Vergilij 9.40
Vopiſci 5.27. & 128.1

INVICTISSIMO CAESARI FERDINANDO, BOHEMIAE VNGARIAEQVE REGI ETC.

Beatus Rhenanus s. d.

HOMERVS ille parens omnis eruditionis, inuictiſsime Cęſar, non fruſtra conſultricem adhortatricēq; Telemacho Mineruā attribuit, innuens quantum expediat priuſquam negocium aggrediamur, ſapientiorem in conſilium adhibuiſſe. Proinde quod uulgo fieri uidemus ab hominib. prudentibus atq; cordatis, ut quoties in longinquas regiones profecturi ſunt, ac iter ignotū ingreſſuri, uel ſibi ducem aliquem aſciſcant, uel ſaltem uiam à gnaris locorum exquirant, nimirum ut citius perueniant quò uolunt, & iter ſuum cōmodius explicent, id utinā ſemper imitentur qui ſe ſtudijs literarum addicunt. Etenim ubiq; recta inſtitutio præmonitioq; magnum momentum habet, in literis lōge maximum. Neq; enim ſtatim adeſt diſcenti iudicium, quod uſu longo multoq; labore uix tandem contingit, non quidem omnibus paſsim, ſed felicioribus tantū ingenijs, ut non eſt, iuxta prouerbium, cuiuſuis adire Corinthum. Nam quoſdam uidere licet in ſtudijs tumultuantes nullum non mouere lapidem, quo propoſitam diſciplinam aliquam conſequantur, & tamen exactam ſiue mediocrē etiam cognitionē quotuſquiſq; eſt qui nanciſcatur. Idq; ſi uſpiam alibi, præſertim in hiſtoriarū lectione ſolet uſu uenire pleriſq;. Nam quis non è triuio populorū regionumq; nomina crepat, Germanos, Alemannos, Francos, Saxones, Sueuos, Heluetios, Germaniam ſuperiorem & inferiorem, Germaniam magnam, Franciam, Alemanniam, Sueuiam, Baioariam? Quod ſi roget quiſpiam, unde & quando natæ ſint hæ gentium & prouinciarum appellationes, hic uerò paucos reperias qui poſsint hiſce de rebus exacte diſſerere. Et tamen, ut ingenue quod uerìſsimum eſt fateamur, niſi hæc quis teneat neſcio quo cum fructu legendis hiſtorijs ſit uacaturus. Hoc uerò mirum, quòd in Romana antiquitate cognoſcenda diligentiſsimi ſumus, in media aut etiam uetuſtiori quæ ad nos maxime pertinet, negligenter ceſſamus. In cauſa fortaſsis eſt, quòd ex luculentiſsimis ſcriptoribus illa facile cognoſcantur, qui nuſquam non extant, hæc autem propter autorum inopiam iudicio magis colligere ſit neceſſe, quàm alio quouis præſidio. Quam ob rem bene mereri de ſtudioſis putandi ſunt, qui rem minime obuiam non ſine ingenti labore perquiſitā in medium

candide

candide proferunt. Haud deſunt fortaſsis qui ueterem adhuc rerum ſtatum ſomnient, qui Iulium Cæſarem, qui Ptolemæum mordicus teneant, nec aliter perſuaderi poſsint, quàm ab illis traditum eſt: ſed tamē propter iſtos, ſi qui tales erunt, non ſunt deſtituendi cæteri ſtudioſi, quo minus bonis ac candidis ingenijs ſuccurratur. Quę me res mouit maxime princeps, ut poſt meum nuper ex Auguſta reditum, rogatu quorundam amicorum, de prouincijs Romanis quas à ſiniſtra Rheni fluminis, à dextra Danubij ripa contra ueterem Germaniam uictores orbis poſſederunt, & illarum ſtatu quo uidelicet gubernatæ ſint modo pręſertim ſub poſterioribus Imperatoribus, qui uidelicet Conſtantinū illum Magnum inſecuti ſunt, aliquid annotarem adiutus libro uetuſto qui Præfecturas Romanas eius ſeculi recenſet: tum ut ſtilo proſequerer quemadmodū illæ prouinciæ ſint collabente iam imperio Occidentali non à Francis modo, ſed & ab Alemannis ſiue Sueuis, Marcomannis, Nariſcis, ac Quadis occupatæ. Proinde populorū iſtorum emigrationes, & mutatas in ipſa ante Germania ueteri ſedes quas nos demigrationes uocamus, quantum nobis poſsibile fuit, explicuimus. Nec ullos eſſe ſuſpicor quibus hic labor meus non futurus ſit utiliſsimus. nam doctiſsimos etiam uiros quoties de Prouincijs incidit ſermo uideo cæcutire. adeo nullum faciunt diſcrimen inter ueterem illam Germaniam, & eam quæ poſterius eſt occupata. Hinc Hermolaus apud Plinium de ueteri Germania loquentem pro Mœno Ænum legi poſſe putat, non hoc facturus ſi animaduertiſſet Germaniæ fluuiū Ænū eſſe non poſſe qui Noricum prouinciam à Rhetia diſtinguat. Itaq; quantū momenti ſit allatura, hæc mea lucubratio ſtudioſis hiſtoriarū non eſt facile dictu. plurimum enim erret neceſſe eſt, qui prouincias à ueteri Germania diſcernere neſciat. Equidē hinc ille ueterū error manauit putantium Varū Quintiliū cum legionibus Rom. apud Auguſtā eſſe cæſum, qui in Teutoburgienſi ſaltu trās Rhenū in ueteri Germania, uincente Arminio occubuit. Quod ſi ſciſſent Rhetiā primam in cuius fine ſita eſt Auguſta, Romanorū fuiſſe prouinciam, nemo hoc dicturus fuerat. Siquidem conſtat Varū in Germania trucidatū. at Rhetia ad Germaniā id temporis minime pertinebat, Romanis obediens. Iam litem illam ἄσπονδον quæ olim inter ciuem meum Iacobum Vuimphelingium & Murnarum me puero uiguit, de Galliæ Germanięq; terminis, promptum ſit hinc reſcindere. Fateor uerò non poſſe emigrationes iſtas Germanicarū gentiū tradi, ſic, ut curioſis per omnia ſatisfiat, puta qua parte anni, quot nauigijs tranſierint, quanto numero. ſed tamen ingenia candida non requirunt iſtiuſmodi minutias,

quibus

quibus abunde ſufficiet, iſta facta eſſe monſtraſſe. Porro quia de ueteribus Francis, Alemannis, Saxonibus, & cæteris quibuſdã parum admodũ in literis extat quod non ſit fabuloſum, de ijs populis paulo prolixius ago, nihil tamen afferẽs quod non ex autoribus ſit ſumptum, ſed quos multi non attingant propter deprauatam lectionem. Sed & ea perſecutus ſum quæ poſtq́ illi Romanorum inuaſere prouincias, accidiſſe comperi, tum de cultu ſpecieq́ earum gentium pauca. Quarum rerum cognitionem tuæ maieſtati gratiſsimam arbitror futuram, quæ nuper ad faſces regni Germanici quod hodie Romanum imperium appellatur, cõmunibus principum electorum calculis eſt euecta, approbante hoc fratre tuo CAROLO Auguſto. Siquidem eius imperij primordia cognoſcere iucundum erit, quod nunc ſuperis fauẽtibus ipſe feliciter es adminiſtraturus. Huc accedit quod maiores tuæ celſitudinis, à Germanis qui Rhenum olim tranſgreſsi ſunt, Francos & Alemannos intelligo, ſuam ducunt originem. Nam Habinſpurgios comites nihil aliud fuiſſe uideo quàm ueteris Vindoniſſæ dominos, quam uulgus Gallorũ Vindonẽ olim uocabat & Vendonẽ. unde Vendonenſem eccleſiã appellatã reperio, & Auendum fortaſſe caſtrum citra aſpirationem, quod Germani u in b uerſo Habinſpurgum, id eſt altam Vindoniſſæ ſiue Vindonis arcẽ dicebant. Quę res maiorum tuorum antiquiſsimã nobilitatem arguit, ut qui ante apud ſuos clariſsimi poſt illam primam Francorũ & Alemannorum tranſmigrationẽ merito celeberrimæ ciuitatis & tractus Heluetiorum imperium adepti ſint. Sed de Vindoniſſa abunde meminimus lib. III. Cæterũ uel hac de cauſa tuæ maieſtati inſcribi debuit hoc opuſculum, quòd nullus hodie Germaniæ principum eſt, qui plures prouincias poſsideat propriæ ſuæ ditioni ſubiectas, in quas olim tranſcenderint Germani. Nam & Pannoniam ſecundam proximis annis acquiſiuiſti, iuſtiſsimo titulo rex illius poſt affinis tui Ludouici mortem factus. Ergo FERDINANDE Cæſar inclyte lucubrationem iſtam tot nominibus tuæ maieſtati debitam animo beneuolo lubens accipito, uelut gratulatorium munus, quando nunc ab omnibus Cæſareo nuper auctus faſtigio, paſsim ſalutaris, adiris, donis etiam conceptam animo læticiam teſtantibus frequentaris. Quumq́ à maximarũ rerũ curis, & bellis contra graſſabundos Chriſtianæ religionis hoſtes Turcas ſuſceptis, pauliſper fueris feriatus, librũ hunc in manus ſumito, cuius te lectio multas magnasq́ rerũ mutationes docebit. Deus Opt. Max. felicitatẽ rebus tuis, & orbi Chriſtiano pacem largiatur. Bene ualeat Maieſtas tua, cui me cõmendo. Seleſtadij Calendis Martijs. Anno M. D. XXXI.

AVCTORVM CATALOGVS QVORVM TESTIMONIIS in hiſce libris Rhenanus utitur.

Abbas Vrſpergenſis.
Agathias.
Ammianus Marcellinus.
Annius.
Antoninus.
Arrianus Nicomed.
Aſinius Quadratus.
Auſonius.
Baſſus poeta.
Beda Presbyter.
Caſſiodorus.
Cicero.
Claudianus.
Diodorus Siculus.
Dionyſius.
Ebersheimenſis monaſterij Chronica.
Eratoſthenes.
Eumenius Rhetor.
Euſebius.
Eutropius.
Felix Hemmerlinus.
L.Florus.
Francorum annales.
Gratianus.
Herodotus.
D.Hieronymus.
D.Hilarius.
Ioſephus.
Irenæus.
Iſidorus.
Iulius Cæſar.
Iuſtinus.
Kalendarium martyrum.
Leo Pont.Max.
Liber de magiſtratibus & præfecturis Romanis.
T.Liuius.
Lucianus.
Luitprandus Ticinenſis.
Mamertinus Panegyriſta.
Martianus Capella.
Maximus Planudes.
Nazarius.
Oroſius.
Ottho Phriſingenſis.
Oudarius.
Pacatus Panegyriſta.
Paulus Æmilius.
Paulus Diaconus.
Plautus.
Plinius Iunior.
Plinius Senior.
Pomponius Mela.
Procopius.
Prouinciarum liber.
Prudentius.
Ptolemæus.
Ratherius Veronenſis.
Regino Prumienſis.
Sex.Rufus.
Rupertus Tuitienſis.
Senonenſis monaſterij Chronica.
Sidonius Apollinaris.
Solinus.
Stephanus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Cor.Tactus.
Theodoritus.
Vegetius.
Velleius Paterculus.
Fla.Vopiſcus.
Vunefridus epiſcopus Magontinenſis.

BEATI RHENANI

SELESTADIENSIS RERVM GERMANICARVM LIBER PRIMVS.

GERMANIA VETVS.

QVI GERMANIAM ueterẽ ad Alpeis uſq; extendũt, & Rheni fontẽ à meridie, de quorum numero præcipuus eſt Põponius Mela, Rhetiæ bonam partem in dextera Rheni ripa Germaniæ: in ſiniſtra Galliæ tribuere coguntur. At conſtat eos tractus qui Brigantinum lacum attingũt utrinq; & etiam ſuperiores, ſub adminiſtratione fuiſſe ducis Rhetiarum. Siquidẽ apud Arborem felicem, quam Arbonam hodie uocant, præſidium Rhetiæ primæ collocatum fuiſſe, nõ aliter quàm Bregantiæ ſiue Confluentibus in oppoſita ripa, ſuo loco docebimus. Nec abs re Strabo de Germania loquens lib. VII. Primæ huius regionis partes, inquit, ſunt Rheno proximæ, ab ipſius ferè fontis initio, quoad in pelagus infunditur. Dicit ferè. Ergo Germania nõ pertingebat ad Alpeis, & ortum amnis Rheni. Itaq; ſciendum ſupra Danubij fontem inter Germaniam ueterem & Rhetiam primam, limitẽ à Romanis fuiſſe conſtitutũ. Hũc à quibuſdam Impp. promotum legimus arridente uictoria. Fuit is ſanè terminus à meridie, partem hanc ueteris Germaniæ quæ & Alemannia poſtea dicta eſt, à prouincia Rhetia prima ſiue ſuperiori dirimens. Confinium Germaniæ Rhetiæq; hoc loci nõ latuit ueteres. Nam C. Solinus de Germaniæ terminis loquens, Vigeuonum qui ſinus maris & Seuonem montem accolunt facta mentione, extendi illam inter Hercyniũ ſaltũ & rupes Sarmatarũ tradens, Vbi incipit, inquit, Danubio, ubi deſinit Rheno perfunditur. Sicq; Danubij caput à meridie propemodum Germaniæ ueteris terminũ facit. Quæ res mouit cultiſſimum poetam Cl. Claudianũ, ut ſic caneret ad Mœcenatem ſuum Stiliconem Vandilum.

Sublimis in Arcton
Prominet hercyniæ confinis Rhetia ſyluæ
Quæ ſe Danubij iactat, Rheniq; parentem,
Vtraq; Romuleo prætendens flumina regno.

Fontem Danubij Rhetiæ, ceu uides, aſſignat propter uicinitatẽ.

Poſtremũ uerò carmen diligenter obſeruandum, Tranſdanubianas & Ciſrhenanas prouincias innuens: nam has intelligit Romulei regni nomine. Sane nũc melius uerba Taciti intelligẽtur, quum ſcribit, Germaniam à Gallijs Rhetijsq́; & Pãnonijs Rheno ac Danubio fluminibus ſeparari. Siquidẽ Danubius Germaniã ueterem, de qua ſcriptor ille loquitur, nec erat alia continentibus intra fines ſuos adhuc ſe Germanis, dirimit à Rhetiæ ſuperioris parte uerſus meridiẽ: nam ſupra fontem huius, ut dixi, confiniũ Germanię & Rhetiæ erat, loco non multum diſtanti, quem nos in ſequẽtibus certius indicabimus. Deinde ſeparat idem fluuius, de qua re minus ambigitur, Germaniã ueterem à Rhetia prima, & à ſecunda cui Vindelicię quoq; nomen, ſed uetuſtius. Itẽ á Norico ripenſi, tum ab utraq; Pannonia prima & ſecũda. A Gallijs ſecludit Rhenus. Enimuero Tacitus quũ pugnam Cecinæ cum Heluetijs deſcribit in hiſtoria Auguſta, commemorans nuncios ad Rhetica auxilia miſſos, & iuuentutem Rhetorum ſtatim affuiſſe, ſatis innuit qui nam utrãq; Rheni Brigantiniq́; lacus ripam tenuerint ſupra Danubij caput: nam res non procul à caſtello Thermarũ geſta eſt ſub mõte Vocecio. Aſcribẽdum huc limitem per Danubium eſſe ductũ ſub Auguſto, quemadmodũ Sextus Ruffus autor eſt, non quòd Rhetiæ, Noricũ, & Pãnonię Germanis fuerint adẽptæ, quas illi nunquã poſſederant, ſed quòd eas regiones quum uterentur libero iure, ſibi Romani ſubiecerint.

POPVLI VETERIS GERMANIAE.

VEterem Germaniã incoluere populi indigenę Teutones, Cimbri, Marſi, Gãbriuij, Sueui, Vãdali, Batavi, Caninefates, Mattiaci, Catthi, Vſipij, Tẽcteri, Bructeri, Chamaui, Angriuarij, Dulgibini, Chaſuari, Friſij, Chauci, Cheruſci, Foſi, Sẽnones, Lãgobardi, Reudigni, Auiones, Anglij, Varini, Eudoſes, Suardones, Nuithões, Nariſci, Hermũduri, Marcomãni, Quadi, Marſigni, Gothigni, Oſi, Burij, Lygij, Arij, Heluecones, Manimi, Elyſij, Naharuali, Gothones, Rugij, Lemonij, Suiones, Æſtiones, Sitones, Peucini ſiue Baſtarnæ, Fẽni ac Venedi. Ex Cor. Tacito. Ptolemęus qui poſt Tacitũ ſcripſiſſe creditur, ſed antiquioribus uſus tabulis, more Gręco mutãs ſubinde nomina, Teutonarios cõmemorat, Turogos, & pro Quadis Tuados, & cæteros: nam paſſim extat uolumen. Externi populi incoluere, ſed qui iam olim uel diſceſſerint uel euanuerint, pars Celtarum duce Elitouio in ſaltus Hercyniæ ſyluæ trãſgreſſa, Tectoſages, Boij, Heluetij. Hodie Sclauini ſiue Vinidæ, quos à ueteri loco Bohemos, & quos Polonos appellamus. Arrianus Nicomedienſis, qui libris octo uitam Alexandri Magni deſcripſit, accolas quoſdam Danubij

recenſet in ripa Germanica. Secundum hanc, inquit, pugnam triduo Alexander ad Danubium fluuium profectus eſt, omnium quidem longe maximum eorum qui in Europa ſunt: lõgiſſimo tractu per terras excurrit, gentes bellicoſas præterlabitur, & eas magna ex parte Germanas, ex quibus ipſius amnis fontes oriuntur. Earum gentium poſtremi ſunt Quades, ac Marcomanni, deinde Iazyges Sarmatarũ gens: poſt hos Getæ. Deinde Sarmatarum magna pars. Poſtremo Scythæ, ijq́ ad exitum fluminis pertinent, unde per quinq́ oſtia in Euxinum pontum effluit. Hæc ille lib. primo. Scripſit autem M. Antonino principe. Cæterum Plinij caput quo quinq́ genera ueteris Germaniæ populorum enumerãtur, caſtigabimus explicabimusq́ non indiligenter lib. tertio.

STATVS GERMANIAE VETERIS ANTE IVLIVM Cæſarem, & poſtea ſub Cæſaribus incolumi dum imperio Romano.

POpuli Germaniæ ueteris in ſumma libertate uixerunt. Ne tamẽ putes libertatẽ in anarchiam exiſſe, reges ex nobilitate queq́ natio, duces ex uirtute ſumebant, ut ſcribit Tacitus. Nec regibus infinita aut libera poteſtas. Duces exemplo magis quàm imperio prẹerãt, non ui ſed dexteritate ſuis commendati. De maioribus rebus principes conſultabant, de minoribus omnes, ſic tamen ut apud principes conſilia retractarentur, nam uulgus raro ſapit. Regibus uel principibus autoritas dignatioq́ ex ætate, nobilitate, ſeu laude bellica. In cõcilijs eligebantur principes, qui iura per pagos uicosq́ redderent, Centeni ſingulis ex plebe conſilij autoritatisq́ gratia aderant. Sacerdotes religio uenerabileis faciebat. Adulteria ſeuerè puniebantur. Noctes interdum epulando tranſmittebant, nõ ſolũ dies: nã diem, inquit Tacitus, noctemq́ continuare potando nulli probrum. Vnde quibuſdã adhuc feſtis diebus apud nos à nocte cognomẽtum, ut eſt ille ſub calendas Ianuarias, quo iuxta ritum Chriſtianum, ſeruatoris noſtri natalem celebramus, antiquo uocabulo, & haud dubie ex ethnicorum obſeruationibus relicto, Vuinnacht appellatur, à uino uidelicet conuiuijsq́. nam Vunefridus Anglus qui Bonifacius mutato nomine dictus eſt, Archiepiſcopus poſtea Maguntiacenſis, indicat in epiſtola ad Zachariam ſummum Pontificem, Germanos hanc ob cauſam reprehenſos, ſuæ conſuetudini prætexere, quòd Romani circa templum D. Petri calendis Ianuarijs ethnicorum more choros ducant, & acclamationibus ubiq́ perſonent, ac menſas eo die ac nocte onerent dapibus, nec quicquam ſupellectilis uicino roganti accõmodent, ne ignem quidem ipſum. Apparet igitur non ſo-

lum Germanos, ſed etiam Romanos hic maiorum ſuorum cõſuetu‑dinem diu retinuiſſe. Tametſi Zacharias in literis, quib. Bonifacio reſpondet, teſtatur præceſſorem ſuum Gregoriũ eius nominis ter‑tium, & ſe morem hunc damnabilem iam olim abolitum, ſed denuo repullulaſcentem ſuſtuliſſe. Proinde nõ eſſe quo ſe excuſent Germa ni quin idem faciant. Sed redeamus unde digreſſi ſumus. Bellabant olim Germani uagis incurſibus, & diſiectas per cateruas, deinde lõ‑ga aduerſum Romanos militia, inſueuerũt ſequi ſigna, ſubſidijs fir‑mari, dicta imperatorum accipere. Eos cõmercium cum prouinciali bus populis in ripa tantum uel Rheni uel Danubij habere permitte bant Romani, Hermunduris exceptis, quibus adeo fidebant, ut in‑tra Auguſtam nobilẽ illã Rhetiæ coloniam, è regione trans Danu‑bium ſitam, & penitiora loca admitterẽtur, ſine cuſtode trãſeuntes, quod alijs nõ licebat. Siquidem, ut alibi ſcribit Tacitus, quod cõtu‑meliosiſſimũ erat uiris ad arma natis, inermes ac propè nudi ſub cu‑ſtode & precio cũ prouincialib. coibant. Porrò poſtq̃ armis Druſi Neroniſq́ & Germanici ſub Auguſto ac Tyberio ſuis in ſedib. ob‑ruti ſunt Germani ueteres, aliquãdiu magis ſeipſos mutuis bellis at‑triuere, q̃ quòd prouincias Romanorũ trãſrhenanas uel tranſdanu bianas incurſarẽt. Hoc eſt quod Tacitus ait, Inde otiũ, donec occaſio ne diſcordiæ noſtræ & ciuiliũ armorum, expugnatis legionũ hyber nis etiam Gallias affectauere. Catthi Cheruſcos ſibi ſubiecerũt. Anſi barios pepulere Chauci. Alios alij impetebant. Quæ inter ipſos di‑ſcordiæ exitiales in cauſa fuerunt, ut Germanorum reges, ad Roma‑nos ſubinde reſpicere cogerẽtur. Vnde uis, inquit Tacitus, & potẽ‑tia regib. ex autoritate Romana: raro armis noſtris, ſæpius pecunia iuuantur. Vbi diligẽter obſeruãdũ, id ſtudio fuiſſe Romanis, ut Ger manos ad diſcordias illicerent. Claudius Aug. Arminij nepotem ex fratre nomine Italum Romæ educatum, Cheruſcis petentib. regem dedit. Is auum maternũ habebat Catumerũ Catthorũ principẽ. Ami ſerant aũt Cheruſci tum nobileis ſuos per inteſtina bella, hoc uno re liquo ſtirpis regiæ. Marcomannis, Quadiſq́, inquit Tacitus, uſque ad noſtram memoriam reges manſerunt ex gẽte ipſorũ, nobile Ma‑robodui & Tudri genus, iam & externos patiuntur. Velledam uir‑ginem nationis Bructeræ tradit idem latè imperitaſſe, uetere apud Germanos more quo pleraſq́ fœminarũ fatidicas, & augeſcente ſu‑perſtitione arbitrẽtur deas. Atq́ hoc eſt quod paulo poſt apud eun dem Bataui Romanorum cliẽtes notant, quum inquiunt, Si domi‑norum electio ſit, honeſtius principes Romanorum quàm Germa‑norum fœminas tolerari. Tyberius Aug. Germanico Cæſari reditũ

ſua‑

ſuadẽs in quadã epiſtola ſcripſit, ſe nouies à D. Auguſto in Germaniam miſſum, plura conſilio quàm ui perfeciſſe: ſic Sicambros in deditionem acceptos, ſic Sueuos, regemq́ Maroboduum pace obſtrictum. Quemadmodũ uero per Druſum domitis Vſipijs & Sicambris, Tencteris, Catthis, Cheruſcis, Marcomanniſq́, & Sueuis inter Rhenum ac Albim profligatis, & ad Albim uſq; promoto limite, Germaniam conatus eſt in prouinciæ formam redigere D. Auguſtus, impoſito Varo cum tribus legionibus: ſic Valerius Probus Cæſar deuictis Alemãnis in Germania prima, limitem Romanum uſq; ad Nicrum fluuium, qui uulgo Neccer dicitur, protulit, exædificatis in eius amnis ripa uarijs munimentis, in quibus præſidia locarentur: æmulatus in hac re Druſum, qui in tutelam nouæ prouinciæ per Viſurgim & Albim ſtationibus diſpoſitis, per Rheni ripã quinquaginta amplius caſtella erexerat. Vlteriorem iſtum Nicri limitem diutius Probus tenuit, quàm ueterem illum D. Auguſtus. nam occiſo mox Varo rebellauit Germania. Proinde in ripa Nicri quibuſdã in locis mira adhuc antiquitatis Romanæ ueſtigia cernuntur, ut apud Vuimpinam, Rotẽburgum, & alibi. Bis itaq; Germania uetus redigi in formam prouinciȩ cœpit, ſemel ſub Auguſto prouectis ad Albim uſq; Romanorum exercitibus, deinde ad Nicrum promoto limite Probi Cæſaris principatu. Tradit enim Fl. Vopiſcus, Probũ quum poſt Aureliani mortẽ à Germanis Galliæ planè poſſiderent, & in ripa Rheni Romana ſecuri uagarẽtur, receptis ſexaginta per Gallias nobiliſſimis ciuitatib. & propè infinitis millibus hoſtium occiſis, reliquias ultra Nicrũ fluuium & Albim remouiſſe. Tu intellige reliquias Germanorũ ultra Albim, Alemannorũ ultra Nicrũ fuiſſe ſubmotas. Tametſi mendoſe legitur in Vopiſci codice excuſo, Nigrum pro Nicrũ, & Albam pro Albim. Ita accipiẽda Manlij quoque Statiani uerba quum apud eundẽ autorem paulo ante ſic loquitur: Teſtes ſunt, inquit, Germani & Alemanni lõge à Rheni ſubmoti littorib. Inter poſteriores porrò Cæſares tũ ferro tum incẽdio Gratianus qui in occidente imperabat, Alemãnos trans Rhenũ perſecutus, ultra Nicrum propulit, cæſis illorũ amplius quàm xxx. milibus apud Argentuariam, quæ Colmariæ proxima eſt, nunc obſcurus uicus, olim oppidũ illuſtre. Quam rem Auſonius in luculento carmine quod de Moſella luſit, his uerſiculis celebrauit,

Fl. Vopiſcus emendatus

Dicamus læto per rura uirentia tractu
Felicem fluuium Rheniq́ ſacremus in undis,
Sola ſub Auguſtæ ueniens quod mœnibus urbis
Spectauit iunctos natiq; patriſq; triumphos,

Hoſtibus exactis Nicrum ſuper & Lupondum,
Et fontem Latijs ignotum annalibus Iſtri.

Significat autem triumphum in Auguſta Treuirorum habitũ fuiſſe, quam præterfluit Moſella ueterem Romanorum principum ſedem. Deprauatum eſt Auſonij carmen, nam uulgò legitur,

Auſonij locus

nigrum ſuper & lupo nudum.

Quòd ſi quæras lector quid ſibi uelit Lupondum, ſcito quantum ego cōiectura aſſequi poſſum, Lupondum ſiue Lupodunũ, aut Luponum, eam arcem eſſe quæ noſtratibus hodie Lupff dicitur, à qua nobiliſſima tractus eius Comitum familia nomẽ ſortitur. Diruta fuit anno decimoſexto ſupra milleſimũ & quadringenteſimũ iuſſu Sigiſmundi Cæſaris & cōcilij Cōſtantienſis. Sed indicãt ruinæ quàm egregium munimentum fuerit, procul dubio olim à Romanis contra Alemannos pro militibus limitaneis cōſtructum. Ego nuper Auguſta Rhetorum, ubi comitia Ro. Imperij Carolus Aug. celebrabat, rediens per Martianam ſyluam, quum Nicrum tortuoſiſſimũ amnẽ propter perplexam uallium curuitatẽ toties tranſire cogerer, ſingula ſatis diligẽter ſum contemplatus. Ab origine Nicri & arce Lupondo nō ita procul abeſt ortus Danubij, trans cuius fontem pulſos Alemannos canit Auſonius: nam ſuper uſurpat pro ultra, confinium intelligens Rhetiæ & Germaniæ, quod eſt ſupra Danubij caput: neq; enim ultra Danubium ſubmoti ſunt, alioqui Rhetiã inuaſiſſent quæ Romanorum erat prouincia. Iam ſi ſcias Alemãnos collectitium populum, ex Sueuis partim conſtitiſſe, & ſe Sueuos appellaſſe, hoc eñ loco Sueuos Strabo quoq; ponit, intelliges ex ijs quæ diximus lepidiſſimum epigramma Auſonij quo Danubius Nilum alloquitur, & Valẽtinianum patrem ac Gratianum F. Augg. Id quia promoti imò propemodum reſtituti limitis meminit & uictoriæ cōtra Alemannos obtentæ, uiſum fuit huc adſcribere:

Super pro ultra

Illyricis regnator aquis tibi Nile ſecundus
Danubius lætum profero fonte caput.
Saluere Auguſtos iubeo, natumq́; patremq́;,
Armiferis alui quos ego Pannonijs,
Nuncius Euxino iam nunc uolo currere Ponto,
Vt ſciat hoc ſuperûm cura ſecunda Valens,
Cæde, fuga, flammis, ſtratos perijſſe Sueuos,
Nec Rhenum Gallis limitis eſſe loco.
Quòd ſi lege maris refluus mihi curreret amnis,
Huc poſſem uictos inde referre Gothos.

Nec uero quiſquam miretur quòd Auſonius Valẽtinianũ & Gratianum

num hic Auguſtos uocat, & alibi Valentem Auguſtum adhuc ſuperſtite Valentiniano. Nam is filium & fratrē nō Cæſares ſed Auguſtos appellauit. Quam rem Am. Marcellinus libro uigeſimoſeptimo, qui nondum eſt euulgatus, annotauit his uerbis, In hoc tamen, inquit, negocio Valētinianus morem inſtitutum antiquitus, ſupergreſſus, nō Cæſares ſed Auguſtos germanum nūcupauit & filium, beneuolè ſatis. Nec enim quiſquam antehac adſciuit ſibi pari poteſtate collegam, præter principem Marcum, qui Verum adoptiuum fratrem abſq; diminutione aliqua maieſtatis imperatoriæ ſocium fecit. Hactenus ille. Extat & alterum epigramma gratulatorium apud eundem poetam, de fonte Danubij per Valentinianum & Gratianū Augg. reperto occaſione uidelicet eius uictorię cōtra Alemannos. Id eſt huiuſmodi, Alloquitur amnis Valentinianū & Gratianū Augg.

Danubius penitis caput occultatus in oris
 Totus ſub ueſtra iam ditione fluo.
Quà gelidum fontem medijs effundo Sueuis,
 Imperijs grauidas quà ſeco Pannonias,
Et quà diues aquis Scythico ſoluo oſtia Ponto,
 Omnia ſub ueſtrum flumina mitto iugum.
Auguſto dabitur ſed proxima palma Valenti,
 Inueniet fontes hic quoq; Nile tuos.

PROVINCIAE ROMANORVM, VETEREM GERMANIAM utrinq; quum à Rheni tum à Danubij ripis attingentes, & illarum ſub Cæſaribus ſtatus.

PROVINCIAE IVXTA RHENVM.

PRouinciæ Romanorum à Gallica Rheni ripa ueterem Germaniam attingentes ſunt,
Maxima Sequanorum,
Tractus Argentoratenſis,
Germania prima, ac
Germania ſecunda.

MAXIMA SEQVANORVM

COmplectitur Maxima Sequanorū, Sequanos interiores, Heluetios, Rauricos, Sequanos exteriores ſiue ciſmontanos, ac, ut ſummatim dicā, totā diœceſim Baſilieſem, hoc eſt, Sungauiā & loca Colmariæ uicina uſq; ad foſſam illā terminalē Eccenbachi riui, ubi confinium eſt Maximæ Sequanorum & Tractus Argentoratenſis, uno milliario ſupra Seleſtadium. Nam hucuſq; Sequanos protendi ſatis indicat Ptolemæus, qui Sequanis Argentuariam tribuit, cuius ruinæ iuxta Colmariam uiſuntur. Tametſi ſuſpicor quicquid

trans Ellum amnem eſt & Marcam inter hunc & Rhenum, olim ad Sequanos, Ciſellanam uero partem ad Tractum Argentoratenſem & Germaniã primam potius attinuiſſe. Dicta Maxima, ſubaudi Prouincia: quòd ampliſſima ſit. Sequanorum ditio olim ad Rhenum uſque pertingebat, ut & Mediomatricorum ac Treuirorum. Hinc Iulius Cæſar ſcribit Rhenum fluere per fines Sequanorũ, Baſilienſem diœceſim & Sungauiam intelligens. Idem in Sequanis cum Ariouiſto conflixit, quę pugna ad D. Apollinaris facta putatur. is locus milliario Germanico à Rheno & Baſilea diſtat. Poſtea quum hæ regiones omnes in formam prouinciæ ceſſiſſent, & præfecturæ conſtituerentur, Heluetij Rauricięꝫ Sequanis ſunt adiuncti. Multum autem uetuſtatis Romanæ, quantum ad diſtinctionem prouinciarũ attinet reperire eſt in diœceſibus epiſcopalibus apud Chriſtianos, quemadmodũ libro tertio fuſius docebimus. Vtqꝫ iam olim Sequani, quorum fines præterlabitur Rhenus, Viſontionem caput habebant, & Viſontionenſem magiſtratum agnoſcebant: ſic hodie Sungaui totaqꝫ Baſilienſis diœceſis, quantum ad eccleſiaſticum imperium attinet, Viſontinum archiepiſcopum agnoſcunt. Regebat Maximam Sequanorũ ſuus præſes: nam inter triginta ac unum præſides quos Romani in occidente habebant, etiam Maximæ Sequanorum præſes enumeratur. Is, ut uidetur, apud Viſontionem habitabat, uiro ſpectabili Vicario ſeptem prouinciarum ſubiectus. Habebat hæc quoqꝫ prouincia ſuum Ducem militarẽ, qui Dux Sequanici, ſubaudi limitis uel tractus, ſiue prouinciæ Sequanicę, ſiue per Sequanicũ, appellabatur. Is apud Olinonem caſtellũ, ubi hodie nemuſculum eſt uulgo Holé dictum, & uiculus, ueteris uillæ nomine proxime Baſileam, præſidium perpetuum habebat pro cuſtodia limitis in Rheno contra Alemannos. Ibi loci liber præfecturarũ Romanarum milites Batauienſes commemorat. Porrò tum Præſes ipſe tum Dux ad diœceſim uiri illuſtris Præfecti Prætorio Galliarum pertinebant. De Sequanis interioribus intelligit Auſonius, quum Allobroges hijs iunctos eſſe dicit, ſic canens,

Auſonij locus — Inſinuant quâ ſe Sequanis Allobroges oris.

Tametſi uulgò mendoſe legitur, qua ſeſe Cauis.

TRACTVS ARGENTORATENSIS.

MAximam Sequanorũ excipit Tractus Argẽtoratenſis ad foſſam terminalem Eccenbachi fluuioli miliario ſupra Seleſtadiũ, ijſdem propemodum finibus olim incluſus quibus nunc diœceſis Argẽtoratenſis circũſcribitur, niſi quòd uerſus Moſellã fluuiũ huic multum deceſſiſſe uidetur, quouſqꝫ Germaniam ſuperiorem ſiue

primam

primam Ptolemæus extēdit,cuius hæc pars fuit.Cōtinebat Argentoratum,Brocomagum,& Elcebum.Hāc regionem olim Mediomatrici tenuerunt,quorum fines præterfluere Rhenum autor eſt Iulius Cæſar.Proinde & epiſcopalem Mediomatricorum diœceſim hucuſq; protenſam fuiſſe ſunt qui tradant,priuſq; Argentorati ſedes epiſcopalis per Frācorum regem Dagobertum cōſtitueretur. In hūc Mediomatricorum tractum qui poſtea Argentoratenſis dictus eſt, olim ante Iulij Cæſaris aduētum immigrarant Tribocchi,qui & Triboni Ptolemæo,è ueteri Germania uenientes,ceu Strabo prodit,& nos infra rurſus cōmemorabimus.Argētoratenſi tractui præerat,ut arbitror,Cōſularis Germaniæ primæ,præerat & Comes Argētoratenſis,qui inter ſex Comites rei militaris quos Romani in occidente habebant,quarto loco refertur.Quem facilis eſt coniectura non ſolum Magiſtro peditum in præſenti, quem & Præſentalem uocant, ſed & Magunciacenſi Duci,Cōſularíq; Germaniæ primæ paruiſſe, quando Argentoratenſis antiſtes hodie Maguncíacēſem agnoſcit, ut ſic ſciamus ad Germaniam primā hunc tractū pertinuiſſe. Alſatia uulgo Prouinciæ nomen eſt, ab Alſa fluuio qui mediam interfluit, olim Elli nūc Illæ nomenclatura celebratus. Alſæ & Alſatiæ uocabula rudi ſeculo Francorum regum debemus: quorum domeſtici ſcribæ & ab Epiſtolis homines Gallici, quiduis quolibet uocabulo nominabant,modo latinam formam imitaretur:nam hac lingua omnia tum diplomata ſcribebantur.Sincerior eſt apud nos uulgaris appellatio Elſes,quæ ab Elcebo originē habet, quaſi Elces c in ſ mutato. Elcebus,ab Ello fluuio quem Alſam uocari diximus, & Cebo riuo. Eius oppidi meminit Cl.Ptolemęus.Nō procul abfuit à Seleſtadio.

GERMANIA PRIMA

HInc Germania prima quam elegātiores ſuperiorem uocāt, limitibus Argētoratenſis diœceſeos,Nemetēſis, Borbetomagēſis & Maguncíacēſis pręcipuè finitur, Mediomatricos ac Treuiros attingēs.Siquidem hanc ad Obrincā amnē,hoc eſt,ad Moſellæ ripam Ptolemæus extēdere uidet.Magnā itaq; Lotharingiæ partē olim cōplectebat.Vt minus mirādū ſit quòd Ammianus fontē Araris Germaniæ primæ tribuit,ſic lib.xv.ſcribens ubi de Rhodano loquitur, Et emenſus,inquit,ſpacio flexuoſo Ararim, quem Sanconnā appellant inter Germaniā primā fluentē ſuum & nomē adſciſcit. Vbi aut legēdum in fluentum ſuum & nomē adſ.Aut, ſuum ei nomen adſciſcit. Oritur autē Araris proxime Voſaginas Alpeis in collimitio Sequanorū & Germaniæ primæ.Proinde & Maro de hac Germania prima locutus uideri poteſt in carmine Bucolico quum inquit, Ammiani locus

Aut

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Igitur libenter dicerem Germaniam primã olim à Belgica prima fuiſſe diremptam fluuio Moſella: à Maxima Sequanorũ, parte Araris & fortaſſis amne Ello. Cæterum Argentoratos & tractũ Argentoratenſem Ammianus apertè Germaniæ primæ tribuit, Dein, inqt, prima Germania, ubi prçter alia municipia, Magonciacus, & Vãgiones, & Nemetes, & Argentoratus, Barbaricis cladibus nota. Appellata Germania à Vangionib. Nemetibus & Tribocis Germanis, qui in hanc Belgicæ regionem à ueteri Germania tranſito Rheno immigrarunt. Atq; hoc eſt quod Tacitus ait, Ipſam, inquit, Rheni ripam hauddubiè Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes. Rexit Germaniam primam ſuus Conſularis, quem arbitror Magonciaci ſedem ſuam habuiſſe ſubditum Vicario ſeptem Prouinciarum. Dux certe limitum Rheni Magonciacenſis eſt dictus, quòd illic fortaſſe domicilium haberet. Huic parebant Præfecti militares undecim, hijs locis, Saletione, Tabernis, Vico Iulio, Nemetibus, Alta ripa, Vangionib. Maguncíaco, Bingio, Bodobriga, Confluentibus, & Antonaco. Verum ipſe Magiſtro peditum Præſentali ſubiectus erat, qui porrò Præfectum prætorio Galliarum reſpiciebat. Superiorem Germaniam, inquit Marcellinus, Belgasq; duæ iuriſditiones ijſdem rexere temporibus. Quod uero D. Hilarius, qui ſub Conſtantio Aug. Valentinianoq; & Valente floruit, ac Theodoſiani ſeu Marcianici ſeculi Romanus pontifex Leo, ſcribunt ad Epiſcopos Germaniæ primæ & ſecundæ, uetuſtatem Chriſtianiſmi in hijs prouincijs arguit, de quibus & Irenæus antiquiſſimus autor loquitur libro primo, nosq; in ſequentibus mentionem faciemus. Seuerum D. Lupi Trecaſſenorum antiſtitis diſcipulum, epiſcopum apud Treuiros ordinatum primæ Germaniæ uerbum prædicaſſe Beda tradit. Idq; Valentiniani principatu factũ, eius qui huius nominis tertius fuit. Cæterum inter primam Germaniam & ſecundam Treuiri mediam adhuc ditionem tenent ad Rhenum, nõ excluſi quemadmodum Mediomatricis cõtigit. Præterit autore Cæſare fines Treuirorum Rhenus.

GERMANIA SECVNDA

SEquitur Germania ſecunda ſiue inferior quæ ripam Rheni finit. Habebat urbes maximas Vbiorũ Agrippinã, quæ hodie eſt florẽtiſſima, priſcã magnificẽtiam opib. & magnitudine lõge ſuperans, & Tungrorũ oppidũ, cui uerſa uice multum de ueteri ſplendore deceſſit, adempta etiam epiſcopali ſede, quæ Leodium hinc in Eburonas fertur translata. Secundam Germaniam ab occidentali exordientem

dientem cardine ſcribit Ammianus Agrippina & Tungris munitã eſſe ciuitatibus amplis & copioſis. Hanc quoq; rexit Conſularis. Nã hæ ſex Galliarũ prouinciæ gubernabãtur à Cõſularibus, Viennenſis, Lugdunẽſis, Germania prima, Germania ſecũda, Belgica prima Belgica ſecunda. Cõſulares Vicario ſeptẽ Prouinciarũ parebãt. Libellus qui De prouincijs inſcribitur, inter Galliarũ prouincias nonam facit Germaniam primam ſuper Rhenũ: decimã Germaniã ſecundã uerſus Britanniam. In elogio quod ciuitas Treuirorum optimo Præſidi T. Vario Clementi, in Norico poſuit, inter cætera aſcriptum eſt illum Proc. prouinciar. Belgicæ, & utriuſq; Germaniæ ac Rhetiæ fuiſſe. Marcellinus Germaniarũ prouinciarum meminit libro XXVI. ſic ſcribens, Et Orientem quidem regebat poteſtate Pręfecti Salluſt. Italiam uero cum Africa & Illyrico Mamertinus, Gallias & prouincias Germanias Agentes. Sic lego diſtinguoq;. Agentium autem nomine Procuratores intelligit. Titulũ primatus Germaniarum Archiepiſcopus Senoniẽſis hodieq; retinet. De duabus iſtis prouincijs accipiendum prima ac ſecunda. Enumerauimus Romanorum prouincias quæ Rhenum à ripa Romana attingũt, quàm longus fluit à confinio Rhetiæ & Germaniæ ad occidentem, nunc Prouincias alteri ueteris Germaniæ limiti Danubio proximas indicemus.

Agentes

PROVINCIAE IVXTA DANVBIVM

ROmanam Danubij ripam è regione Germaniæ ueteris attingebant Prouinciæ Romanæ, Rhetia prima, Rhetia ſecunda, ſiue Vindelicia, Noricum, Pãnonia prima, Valeria, ac Pannonia ſecunda.

RHETIA PRIMA

TRans Danubium, & etiã huius fontem à meridie ſtatim occurrit Rhetia, quæ in primam & ſecundam diuiditur, hoc eſt, ſuperiorem ac inferiorem. Prima Alpes etiam cõplectitur quas Griſonũ uocant, qui ſunt Rheti alpeſtres ſupra Curiam: Tacitus Rhetica iuga appellat de Cecina loquens, In Alpe, inquit, Graia ipſe paululum cõctatus, num Rheticis iugis in Noricum flecteret. Sed & trãs Rhenum & Lacum Brigantinum uerſus occidẽtem & Rhodanum fluuium, partẽ ſuã habet Rhetia prima. Nam non ſolum Bregantia ad hanc prouinciam pertinet, ſed & Arbor felix. Plin. libro tertio Nat. Hiſt. Vennones, inquit, Sarunetesq; ortus Rheni amnis accolunt: ſiue quemadmodum ego legendum arbitror, Vennonetes, Runtesq;. Complectitur inſuper bonam partem eius regionis, quam Atheſinam Germani uocant, quæ latinè Rhetia Atheſina dici poteſt.

Plinij locus

Lycus

Lycus fluuius primam à ſecūda diſterminat. Rhetia prima numeratur inter dioeceſes ad uirum illuſtrem Præfectū prætorio Italiæ pertinentes. Habuitꝗ; præſidem ſuum. Alpeſtrem Rhetiam elegantiſſime deſcribit Cl. Claudianus ad Stiliconem his uerſiculis,

Sed latus Heſperiæ quo Rhetia iungitur oræ
Preruptis ferit aſtra iugis, panditꝗ; tremendam
Vix æſtate uiam. multi ceu Gorgone uiſa
Obriguere gelu, multos hauſere profundæ
Vaſta mole niues, cumꝗ; ipſis ſæpe iuuencis
Naufraga candenti merguntur plauſtra barathro.
In tergum ſubitam glacie labente ruinam
Mons dedit, & trepidis fundamina ſubruit aſtris
Pendenti male fida ſolo.

Rheticum agrum Solinus tradit optimum & feracem eſſe, Brigantino lacu nobilem.

RHETIA SECVNDA

A Lyco Rhetia ſecunda ad Oenum uſꝗ; fluuium porrigitur, qui Rhetiæ Noricîꝗ; terminus eſt. Apud Tacitum in hiſtoria Augusta lib. xix. legitur, Igitur Sextilius, inquit, Felix cum ala Auriana & VIII. cohortibus ac Noricorum iuuentute, ad occupādam ripam Rheni fluminis, quod Rhetos Noricosꝗ; interfluit, miſſus. Vbi ſcribendum eſt Oeni fluminis, non Rheni. De fluuijs in Danubium ex euntibus agens Arrianus Nicomedienſis libro octauo, pauca dicit eſſe quæ nauigationem recipiant. Ex quibus, inquit, Oenum uidi ac Sauum. Oenus in confinio Noricorum ac Rhetiorum ipſi Danubio ſe immiſcet. Vtraꝗ; Rhetia uerſus Italiam alpeſtris eſt, ad Danubium planior. Pars quæ Danubij ripam attingit ripenſis uocatur. Quod interiacet, Mediterranea ſunt Rhetiæ. Ammianus lib. xix. Miſit alios, inquit, per mediterranea Rhetiarum Magiſtro equitum Neuitæ cōmiſſos. Secunda Rhetia Vindeliciam cōprehendit: quæ res fecit ut Vindelicorum nomē obſoluerit, id quod & Heluetijs accidit in Maxima Sequanorum. In libro De præfecturis Romanis tantum mentio fit Auguſtæ Vindelicenſis in Rhetia ſecunda, Nam illic Præpoſitus theſaurorum erat eius prouinciȩ, Comiti ſacrarum largitionum ſubiectus, aut potius Comiti largitionum Italicianarū. Autores pluratiue nonnunquam uſurpant Rhetias primam & ſecundam intelligentes. Rhetiam ſecundam ſuus quoꝗ; Preſes rexit, pertinebatꝗ; ad dioeceſim prȩfecti Prætorio Italiæ. Iam inter duodecim Duces quos Romani in Occidente habebāt, annumeratur etiā Dux prouinciæ Rhetiæ, primæ & ſecundæ, qui plerūꝗ; Prȩfectos

Taciti locus

militum

militum & legionum hijs utriuſq; prouinciæ locis habebat, Auguſtanis, Fabianis, Ponte Oeni, Submontorio, Caſtris Regenis, Vallato, Cambiduno, Guntia, Fortibus, Teriolis, Quintanis, Batauis, Abuſina, Venaxamodoro, Parroduno, Pinianis, Cælio, Confluentibus ſiue Bregantia, Vimania, ac Arbore. Porrò de Rhetia Vindeliciaq; in prouinciæ formam redacta per Tiberiū & Druſum Auguſti iuſſu, ſic meminit Velleius Paterculus, Reuerſum inde Nerone, inquit, Cæſar haud mediocris belli molem experiri ſtatuit, adiutore operis dato fratre ipſius Druſo Claudio, quem intra Cæſaris parietes enixa erat Liuia: quippe uterq; diuiſis partibus Rhetos Vindelicosq; adgreſſi, multis urbium & caſtellorum oppugnationibus, nec non directa quoq; acie feliciter functi, gentes locis tutiſſimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, maiore cum periculo quàm damno Romani exercitus, plurimo cum earū ſanguine perdomuerunt. Hæc Velleius.

NORICVM

NOrici initium eſt ab Oeno fluuio, qui Rhetiam ſecundā à Norico, ceu diximus, diſterminat. Huius pars quæ Danubio imminet, & ueterem proſpicit Germaniam, Noricum ripenſe dicitur. Idem nomē tractibus interiora quoq; flumina attingentibus datum. Nam in Kalendario perueteri quod natales martyrum per mēſes indicat, legitur, apud Laureacū in Norico ripenſi D. Florianus decollatus iuſſu Præſidis, & in Aniſum fluuium poſtea præceps fuiſſe cōiectus. Alpinis omnibus uictis Noricorū prouincias acceſſiſſe Sex. Rufus tradit. Id ſub Auguſto factum eſt. Inter ſex Illyrici prouincias Noricum Mediterraneum, & Ripenſe Noricū annumerātur. Nam duas faciunt Noricorum prouincias. Gubernabatur Noricū ripenſe per ſuum Præſidem, qui inter præſides Illyrici quarto loco recenſetur. Noricis, inquit Florus, animos dabant Alpes atq; niues, quò bellum non poſſet aſcendere. Sed omneis illius cardinis populos, Brennos, Senones atq; Vindelicos, per priuignum ſuum Claudium Druſum pacauit Auguſtus. Quæ fuerit callidarum gentium feritas facile uel mulieres oſtendere: quæ deficientibus telis infantes ipſos afflictos humo, in ora militum aduerſa miſerunt. Hæc ille. Porrò Noricum ripenſe cum Pannonia prima communi Ducis unius militaris adminiſtrationi ſubiecta erat: quemadmodum mox commemorabimus. Noricum agrum frigidum eſſe ſcribit Solinus, & parcius fructuoſum: quà ſubducitur à iugis Alpium, admodum lætum. Noracum Stephanus eſſe tradit oppidum Pannoniæ, citans Epaphroditum, qui in commentarijs in Homerum dicat in Pannonia proue

nire ferrum, quod ſi quis perpoliat, ſplendidiſſimum reddatur, Vn-de Poeta dixerit νώροπα χαλκόν, quaſi νωράκιον pro ære ualde ſplen-dente. Carnuntẽſem chalybem intelligit cuius inclyta fama hodieq́ durat, & uſus apud nos creberrimus exiſtit. Nam Carnuntum No-rici locus eſt.

PANNONIA PRIMA

HÆc ad montem Cæcium Norico coniungitur. Habebat ſuum Præſidem. Inter Illyrici prouincias quartum obtinebat locum. Huic uero prouinciæ & Norico ripẽſi Dux unus militaris præerat, qui milites & legiones ſub ſe habebat huiuſmodi nõnunq́ ſtatiuis collocatas, Flexo, Arrabone, Quadriburgio, Ala noua, Æquino-ctio, Adherculẽ, Gerolata, Quadrato, Vindomana, Carnunto, Ar-rianis, Caratis, Ad Mauros, Lentiæ, Lacu felicis, Arlape, Auguſta-nis, Comagenis, Iouiaco, Laureaco, Faſiana, Boiodoro, & Cannabia co. Porrò quiuis poterit multis oppidis & uicis ſua uetuſta nomina reddere, cui ſint iſtæ prouinciæ paulo exactius cognitæ, Dux idem ſub ſe habebat Præfectum claſſis Arlapenſis & Maginẽſis ſiue Cõ-magenenſis, & Præfectum claſſis Laureacenſis.

VALERIA

INter Danubium & Drauum Pãnoniæ pars eſt Valeria, ſic in ho-norem Valeriæ Diocletiani filię tum inſtituta tum cognominata, quẽadmodum Marcellinus memoriæ prodidit. Huius & alibi men-tio fiet hoc primo libro. Croatiam hodie uocãt. Hæc prouincia Va-leria ripẽſis appellata Præſidem habuit, & proprium Ducem milita rem, qui inter duodecim Romanorum duces quinto loco refertur. Is militares præfectos equitum & peditum hijs plerumq́ locis ha-buit, Solua, Intercíſa, Luſſonio, Ripa alta, Conradcuza, Altino, O-diabo, Crumero, Ad Herculem, Cirpo, Conſtantia, Campona, Ma trice, Vetuſalina, Ad ſtatuas, Florentia, Burgo contra Florentiam, Cardabianca, Bregetione, Acinco, Vincẽtia, Quadriburgio, Iouia, Burgo centenario, Aleſta, ac Marinana. Liber præfecturarum Ro-manarum aſcribit Valeriam ad diœceſim Italiæ, quo Rhetiæ etiam utræq́ pertinebant.

PANNONIA SECVNDA AC SAVIA

VLtima prouinciarum quæ è regione ueterem Germaniam ſpe-ctant in Danubij ripa, eſt Pannonia ſecunda. cuius pars Sauo flumini imminens Sauia dicta eſt Romanis, & Sauienſis regio. Sex-tus Rufus uir Cõſularis ad Valentinianum Aug. Amãtinis, inquit, inter Sauũ & Drauũ proſtratis, regio Sauienſis ac ſecundorũ loca Pãnoniorum obtenta ſunt. Pannonia ſecunda præſidem ſuum ha-

buit

buit, Sauia Correctorē, qui unicus per Pannoniā erat. Nec Italia plures Correctores habuit q̄ duos. Porrò dux Pānoniæ ſecundæ ripa= rienſis ſiue Sauiæ præfectos militares oppidis diuerſis collocatos habebat, hijs nempe, Cornaco, Teutiburgio, Burgenijs, Cuccis, Secundis, Nouis, Albano, Bononia, Acimirco, Rictis, Tauruno, Ad Herculem, Arſacianis, Caſtello Onachrino quod eſt in Barbarico cōtra Bononiā, Caſtris Herculis, Marſouia, Aureo monte, Quintario, Syrmio, Graio, Murſa, Siſcia, ac Leonata. Hæc locorū nomina quæ hic & alibi retulimus, cōtinet uolumē de Præfecturis Romanis, elegantiſſimum antiquitatis monumētum. Porrò Pānoniam ſecundā & Sauiam, Sarmatæ & Quadi ſubinde rapinis exhauriebāt, & fatigabant obſidione, ſic ut nō liceret miſeris Pānonijs uel agros colere uel uineas, præſertim in ripa Danubij. Itaq; Claudianus Stiliconem Vandilum ſuum etiam à liberatis Pannonijs commendat, his uerſiculis,

Hinc obſidione ſolutus
Pannonius potorq; Saui, qui clauſa tot annis
Oppida laxatis auſus iam pandere portis,
Rurſum cote nouat nigras rubigine falces,
Exeſosq; ſitu cogit ſplendere ligones.
Agnoſcitq; caſas, & collibus oſcula notis
Figit, & impreſſo glebis non credit aratro.
Exectis inculta dabant quas ſecula ſyluis
Reſtituit terras, & opacum uitibus Iſtrum
Conſerit, & patrium uectigal ſoluere gaudet
Immunis qui clade fuit.

Tradit Arrianus Nicomedienſis libro octauo De geſtis Alexandri Magni, Danubio Sauum apud Pæonas immiſceri. Locumq; ubi hæc duo flumina cōfunduntur uocari Taurunum. Addit, ſe nō modo Sauum uidiſſe, ſed & Oenum. Recenſet ex Liuio Florus, Pānonios duobus ſaltib. ac tribus fluuijs, Drauo, Sauo, Hiſtroq; uallari: qui populati proximos, intra ripas ſe recipiebant. In hos domandos Vibium miſſum, cæſosq; in utriſq; fluminibus. Arma uictorum nō ex more belli cremata, ſed capta & in profluētes iacta, ut cæteris qui reſiſtebant uictoria ſic nunciaretur. De Tyberio Cæſare loquēs Velleius, Rhetiam autē, inquit, & Vindelicos ac Noricos, Pānoniamq; & Scordiſcos nouas imperio noſtro ſubiunxit prouincias. Scribit Tranquillus, D. Auguſtum domuiſſe partim ductu, partim auſpicijs ſuis Cātabriam, Aquitaniā, Pannoniā, Dalmatiā cū Illyrico omni. Quòd niſi maturè debellatum fuiſſet, Germani Varo occiſo cū legionibus inſolētes, ſe cum Pānonijs proculdubio iuncturi fuerāt.

Idem autor eſt, Pannonico bello Breucos & Dalmatas à Tyberio Cæſare ſubactos. Paulo poſt tamẽ iterum Pannonia cum Dalmatia rebellauit. Sed quum Pãnonios eius rei pœnituiſſet, depoſitis & collatis apud amnem Bathinum armis, ſupplices à Tyberio pacem impetrarunt, Pinete duce capto, Batoneq́ſ ſe dedente. quem ingentibus donatum præmijs Rauennam tranſtulit, gratiam referens, quòd ſe quondam cum exercitu iniquitate loci circumcluſum paſſus eſt euadere. Iam indicatis iſtis ad Danubij ripam prouincijs quas Romani ſuo ſubdiderunt imperio, facile eſt intelligere, quod Sex. Rufus de hac ipſa re ſcribit hunc in modum, Sub Iulio, inquit, & Octauio Cæſare per alpes Iulias iter factum. Alpinis omnib. uictis, Noricorũ prouinciæ acceſſerunt. Batone Pannoniorum rege ſubacto, in deditionem Pannoniæ uenerunt. Amãtinis inter Sauum & Drauum proſtratis, regio Sauienſis & Secundorum loca Pannoniorum obtenta ſunt. Marcomanni & Quadi de locis Valeriæ quæ ſunt inter Danubium & Drauum, pulſi ſunt. Et limes inter Romanos & Barbaros ab Auguſto per Vindeliciã, per Noricum, Pannoniam ac Mœſiam eſt conſtitutus. Hæc ille. Pannoniam uiro fortem, & ſolo plano lætam atq; uberem eſſe Solinus aſſerit, Drauo Sauoq́ſ inclytis amnib. circumfluam. Nunc ut alijs quoq; nationibus gratum faciamus, puta Gallis, Britannis, Italis, & orbis Romanus quaqua uerſum ſtudioſis innoteſcat, aliarum regionum prouincias obiter commemorabimus. Nam ad cognitionem autorum qui hiſtorias poſterius ſcripſerunt, hæc res nonnihil afferet momenti.

ENVMERATIO CAETERARVM VBILIBET PROuinciarum, integra dum re Romana.

PRæter prouincias illas ad Rhenum proxime uergẽtes interior Gallia habuit, Viennenſem, Lugdunenſem primã, Belgicã primam, Belgicã ſecundã, Alpes maritimas, Alpes Pœninas & Graias, Aquitaniã primã, Aquitaniã ſecundã, Nouempopulanã, Narbonenſem primam, Narbonenſem ſecundã, Lugdunenſem ſecundã, Lugdunenſem tertiã, ac Lugdunenſem Senoniã. Britanniarum quinq; erant prouinciæ, Maxima Cæſarienſis, Valentia, Britannia prima, Britannia ſecunda, ac Flauia Cæſarienſis. Subſcribit nobis Sex. Rufus ad Valentinianum Aug. Sunt, inquit, Galliæ cũ Aquitania, Britannijs, prouinciæ xvij, Alpes maritimæ, Prouinciæ, Narbonenſis, Viennenſis, Nouempopulana, Aquitaniæ duæ, Alpes Graiæ, Maxima Sequanorũ, Germaniæ duæ, Belgicæ duæ, Lugdunẽſes duæ, in Britãnia, Maxima Cæſariẽſis, Britannia prima, ac Britãnia ſecunda. Hactenus ille. Sed in eo libello nomina hæc ſunt ualde corrupta.

Sex. Rufi locus

Prouin

Prouinciæ Hiſpaniarum quinq; fuerũt, Betica, Luſitania, Gallecia, Tarraconẽſis, Carthaginẽſis, Tingitania, ac Balearis. Italiæ prouinciæ XVII. Venetia, Æmilia, Liguria, Flaminia & Picenũ, Annonorium, Tuſcia & Vmbria, Picenum ſuburbicariũ, Campania, Sicilia, Apulia, Calabria, Lucania, Brutij, Alpes Cottiæ, Samniũ, Sardinia ac Corſica. Rhetiam primã, Rhetiã ſecundam & Valeriã enumerauimus ſuprà. Habebat Illyricũ præter Pãnoniam ſecundam, Sauiam, Pannoniã primã, Noricũ Mediterraneũ ac Noricum ripenſe, etiam Dalmatias. Aphricæ prouinciæ, Byzaciũ, Numidia, Mauritania Sitifenſis, Mauritania Cæſarienſis, ac Tripolis. ORIENTIS uero prouinciæ quindecim extiterunt, Paleſtina, Phœnice, Syria, Cilicia, Cyprus, Arabia, Iſauria, Paleſtina ſalutaris, Paleſtina ſecunda, Phœnice Libani, Euphratenſis, Syria ſalutaris, Oſrhoena, Meſopotamia, ac Cilicia ſecũda. Prouinciæ Ægypti quinq;, Libya ſuperior, Libya inferior, Thebais, Ægyptus, ac Arcadia. Aſianæ diœceſeos prouinciæ decem, Pamphylia, Helleſpontus, Lydia, Piſidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Phrygia ſalutaris, Lycia, Caria, ac Inſulæ. Põticæ diœceſeos prouinciæ decem, Galatia, Bithynia, Honorias, Cappadocia prima, Cappadocia ſecunda, Pontus Polemoniacus, Helenopontus, Armenia prima, Armenia ſecunda, ac Galatia ſalutaris. Thraciarum prouinciæ ſex, Europa, Thracia, Hemi mons, Rhodopè, Mœſia ſecunda, ac Scythia. Illyrici prouinciæ octo, Theſſalia, Epirus uetus, Epirus noua, Dacia ripenſis, Mœſia prima, Præualitana, Dardania, ac Macedonia ſalutaris. Sed hæc narratio uelut interiecta putetur ſtudioſorum gratia. Nos ad Germaniam noſtram, unde digreſſi ſumus, reuertamur.

GERMANIA POSTERIVS OCCVPATA AC RECENTIOR.

A Parte Rheni portiunculã Rhetiæ ſupremã, deinde magnã partẽ Maximæ Sequanorũ, mox Germaniã primã cum Argentoratenſi tractu, & nõ minimã portionẽ primæ Belgicæ Mediomatricorum uidelicet & Treuirorum, item Germaniã ſecundam cũ toto tractu qui à Morinis, Neruijs, & Eburonib. hoc eſt à Teruana, Tornacoq; & Leodio ſumens initium uerſus Oceanum Septentrionalem porrigitur: Similiter à parte Danubij Rhetiã primam & ſecundam, Noricum cum Carnunto, Pannoniam primam & ſecundam cum Valeria & Sauia, Germaniam uocamus poſterius occupatam & recentiorem. Nam omnes hæ prouinciæ à D. Auguſti principatu Romanæ ditionis fuerũt, donec ſub Valentiniano tertio inclinatis Romani imperij reb. à Germanis è ueteri inter Rhe-

num & Danubiũ Germania agminatim erumpẽtibus occuparẽtur, & prorſus Germanici iuris fierẽt. Porrò Rheti, Norici & Pãnonij, nihil unquã cum Germanis commune habuerũt, præter Danubiũ, qui utriſq; limitis loco fuit, proprio ſermone, cultu, inſtitutiſq; ſemper diſtincti. Hij prouinciales poſtea facti Romanam linguam edidicerunt, qua alpeſtres Rheti etiamnum utuntur. Heluetij uero, Sequani atq; Mediomatrici Galli fuere. & hij ſimul cum iugo Romanorum, etiam linguã acceperũt. Neruij, Veromandui, Cõdruſi, Verocaſſes, Eburones, Bethaſij, Tungri, & cæteri Belgarũ populi qui longe ante Iulium Cæſarem è ueteri Germania Rhenum tranſgreſſi fuerant, nõ tam ſua lingua, hoc eſt Germanica, putãtur uſi quàm Gallica, præſertim interiores. Sed tamẽ poſtquam in Romanorum ditionem cõceſſerunt facti Prouinciales, certum eſt pòſt Romanè locutos. Nam planè bilingueis fuiſſe ſuſpicor ad Rheni ripam habitãtes Germanos prouincialeis Tribonos, Nemetas, Sebuſios, ac Vangionas, prius Gallicè, deinde Romanè & Germanicè loquentes. Hæc propterea dicere cogor hoc loco, ne quis Germaniã ueterem in prouincijs ſomniet aut quærat, etiam antequam prouinciæ factæ ſunt. id quod de tranſdanubianis, & Sequanis uériſſimum eſt. Nunc facile eſt uidere quanta Germaniæ ueteri facta ſit acceſſio. Siquidem ut ſummatim dicamus, quicquid terrarũ hodie uel tranſdanubium uel cis Rhenum utitur Germanico ſermone, totum id à Germanorũ populis occupatum eſt, ereptum Romanis. Sed hoc manifeſte docebũt emigrationes nationum, quas operæpretium erit indicare.

GERMANOR. VETERVM EMIGRATIONES

TAmetſi Germaniæ populorum illæ primæ emigrationes de quibus in literis aliquid extet, nõ propriè ad hoc argumẽtum pertineant quod nos præcipue tractamus, nempe diſtinctionem ueteris Germaniæ & prouinciarum: tamen ut abſolutior euadat libellus, primum uetuſtiſſimos ueterum Germanorũ exitus breuiſſime commemorabimus.

GERMANI IN ITALIAM CISPADANAM, VBI NVNC Brixia ac Verona urbes ſunt.

LIuius ab Vrbe cõdita lib. v. de Belloueſo locutus Ambigati Celtarum regis ex ſorore nepote, qui beneficio ſortium in Italiã ingentibus peditum equitumq; copijs profectus, Mediolanium condiderat, Alia ſubinde manus Germanorum, inquit, Etytouio duce ueſtigia priorum ſecuta, eodem ſaltu fauente Belloueſo quũ trãſcendiſſet Alpeis, ubi nunc Brixia ac Verona urbes ſunt, locos tenuere Libui, conſidunt. Hoc factum Priſco Tarquinio Romæ regnante,

aut non diu poſt. Ab hijs tum conditum Bergomũ. Nam Berg Germanis montem ſignificat.

CIMBRI TEVTONI'QVE IN GALLIAM

DVas olim fuiſſe cauſas uideo propter quas populi nouas ſedes quærerent, unam ut melius atq; uberius ſolum haberent, alterã ut prægrauãte multitudine regio patria leuaretur. Eadem, inquit Cerialis apud Tacitum Gallos alloquens, ſemper cauſa Germanis tranſcendendi in Gallias, libido, atq; auaritia, & mutandæ ſedis amor, ut relictis paludib. & ſolitudinib. ſuis fœcundiſſimũ hoc ſolũ uosq́; ipſos poſſiderẽt. Igit̃ Cimbros Teutonosq́; è Germania ueteri in Galliam trãſiſſe reor bonitate agri illectos; nã illos auitarũ ſediũ ad Germanicũ mare prope Saxonas iam tædebat. Proinde facto per Chaucos & Friſios itinere trãs Rhenũ in ultimis Galliarũ oris ad Septentrionalem Oceanum cõſedere. Vbi quũ diutius manere nõ poſſent ob maris Gallici inundationẽ, quod uelut lõgius extrudebat nouos hoſpites, per Galliã errabundi ad Rhodanũ uſq; uenerũt, ibiq́; ſedes figere cõſtituerant. Dum autẽ uagarentur in Gallia, cõiunxerant ſe illis Tigurini Ambronesq́; Gallicæ nationes, & ipſæ regnis ſuis pulſæ ſedes nouas quæritantes. Itaq; ferociores facti uiriũ incrementis, quũ terram à Romanis tanquã ſtipendiũ ſibi dari poſtulaſſent, & repellerentur, cõtra legatos armis inſurrexerũt, Syllanoq́; & Seruilio Cepione ac M. Manlio fugatis, caſtrenſi præda & quidem ingẽti potiti ſunt. Hos poſtea uicit C. Marius, partim in tractu Cotiarũ alpiũ ad Aquas Sextias, partim in Italia in campo Raudino. Sed hæc ex hiſtorijs nota ſunt. Noſtrum eſt oſtendere Cimbros Teutonosq́; Germanos fuiſſe, & è ueteri Germania in extremas ad Oceanum Belgicæ Galliæ terras tranſgreſſos. nam uulgus eruditorum Flandros hoc nomine uocat, quum tranſiſſe magis quàm multis illic ſeculis habitaſſe Cimbros ſatis appareat. Cauſam errori prębuerũt hæc L. Flori uerba perperam intellecta, Ab extremis Galliæ profugi, quũ terras eorum inundaſſet Oceanus. Neq; enim de primis & auitis Cimbrorum Teutonorumq́; ſedibus loquitur, ſed de his quas in Galliæ uacua parte trãſito Rheno occupauerant, niſi nauigijs oſtia Rheni circũuectos credere libet. Deinde quũ legimus apud Paulũ Oroſiũ, Cimbri & Teutones Tigurini & Ambrones Gallorũ gentes, ſic diſtinguenda uerba ſunt, ut Tigurinos & Ambrones tantum, Gallicas fuiſſe nationes intelligamus, quæ ſint à Cimbris in commilitium aſcitæ. Apud Iuſtinum Mithridates orans ait, A Germania Cimbri co bello immenſa millia ferorum atq; immitiũ populorũ, more procellę inũdaſſe in Italiã. Velleius Paterculus de Metellis fratribus lo-

quens,qui uno die triumpharint,Tum, inquit, Cimbri & Teutoni trãſcendere Rhenum, multis mox noſtris, ſuiſq; cladibus nobiles. Idem paulo pòſt,Effuſa,inquit,ut prædiximus,immanis uis Germanorum,gẽtium quibus nomẽ Cimbris ac Teutonis erat,quũ Cepionem Mãliumq; Coſs.& antè Carbonẽ Syllanumq; fudiſſent fugaſſentq; in Gallijs,& exuiſſent exercitu, Scaurumq; Aurelium Cos. & alios celeberrimi nominis uiros trucidaſſent,Populus Romanus nõ alium repellẽdis tãtis hoſtibus magis idoneũ imperatorẽ q; Marium eſt ratus. Tum multiplicati cõſulatus eius. Tertius in apparatu belli cõſumptus. Quarto trãs alpeis circa Aquas Sextias cũ Teutonis conflixit, amplius CL. M priore ac poſtero die ab eo trucidatis. genſq; exciſa Teutonũ quinto citra alpeis, in campis quibus nomẽ erat Raudis. Tacitus quoq; ueterem Germaniã deſcribẽs,Eundem, inquit,Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenẽt, parua nũc ciuitas,ſed gloria ingens.ueteriſq; famæ lata ueſtigia manent,utraq; ripa caſtra ac ſpacia, quorũ ambitu nũc quoq; metiaris molem manuſq; gẽtis,& tam magni exitus fidem. Sexcẽteſimum & quadrageſimum annũ urbs noſtra agebat, quũ primũ Cimbrorũ audita ſunt arma.Intellige tam magni exitus fidem,hoc eſt,tam magnæ emigrationis.Scripſit autẽ Tacitus ſub Traiano,ſenectæ uicinus. Huc adde quod & Ptolemæus & Pomponius Cimbrorum ac Teutonorũ maritimarũ nationum in deſcriptione Germaniæ meminerũt. Quin & hodie reliquias alterius gentis ſupereſſe ferunt Imbrorum nomine. Huc aſcribenda D. Hieronymi uerba,qui in Epiſtola ad Gerontiam,Gens Teutonũ,inquit,ex ultimis Gallorum Oceani atq; Germaniæ profecta littoribus omnem Galliã inundauit, ſæpiuſq; cæſis Romanis exercitibus apud Aquas Sextias Mario pugnãte ſuperata eſt. Claudianus ad Stiliconem ſuum de Italia ſic canit,

Sæpe laceſſitam ſed non impune fatemur
Auſoniam. Hæc Senonum reſtinxit ſanguine flammas,
Hæc & Teutonico quondam patefacta furori
Colla cathenati uidit ſqualentia Cimbri.

Tradit Iul. Cæſar Cimbros Teutonoſq; quũ iter in Prouinciam atq; Italiã facerẽt,hijs impedimẽtis quæ ſecum agere ac portare non poterant,citra flumẽ Rhenum depoſitis, cuſtodiæ ex ſuis ac præſidio ſex milia hominum unà reliquiſſe, ex quibus Aduatici ſint procreati. Pro Catuacis libro ſecundo comm. fortaſſis, Atuaci ſcribendum. Porrò Tigurinorum ueteres ſedes tenere uidentur, qui in Heluetijs hodie uernaculo ſermone Vrij uocantur, quaſi dicas gurini. Sed de hac re fortaſſis alio loco commemorabimus.

Cæſaris locus

GERMANI IN BRITANNIAM

INuictã Caledonum in Britannia gentem, à Germanis originẽ duxiſſe, ſatis indicat Cor. Tacitus in uita ſoceri ſui Iulij Agricolæ, quem ei inſulæ regundæ Domitianus Cæſar præpoſuerat. Eius hęc ſunt uerba, Britanniam deſcribentis, Habitus, inquit, corporum uarij, atq; ex eo argumenta. namq; rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem aſſeuerãt. Caledonia poſt à Scotis occupata, Scotia dicta eſt, quum ante Romanum agnoſcẽs imperium Britannia minor, & ſecunda Britannia appellaretur.

TVNGRI TRANS RHENVM

EX Teutonibus, qui primi trãs Rhenum in Galliam migrarint, reperio fuiſſe Tungros. Eosq; quũ res ſucceſſiſſet, ob tam egregiũ facinus ſuſpicor nouo tum uocabulo Germanos eſſe dictos. Nã Germanus Teutonica lingua prorſus uirilem ſignificat, ut Gerhardus prorſus durum, & Gerbrechtus prorſus celebrẽ. Atq; hoc Germanorum nomen eſt quod Tacitus ab ipſis Teutonibus inuentum aſſerit, id eſt excogitatum & ſibi inditum. nam cũ uictricis Tungrorum nationis peculiare uocabulum nõ omnibus commilitonibus fortaſſis uſurpare liberet, proprium ſibi nomen excogitarunt inſignem audaciam exprimẽs. quo deinde Teutones omnes in patrijs adhuc ſedibus agentes ſe plauſibiliter appellarũt. Itaq; Tacito Germaniæ uocabulum recens & nuper additum. Intellige recens ſi cum priſcis illis Marſorum, Gambriuiorum, Sueuorumq; appellationibus conferatur. Alioqui Germania nomen uetuſtiſſimum eſt & multis ante Iulium Cæſarem ſeculis auditum. Porrò Tungri eo tractu conſederunt, ubi hodieq; eius nominis oppidulũ eſt. quæ regio poſteà appellationẽ ſecundæ Germaniæ acquiſiuit, pluribus uidelicet Germanorum nationibus, Tungrorum exemplo tranſgreſſis.

TRIBOCI IN MEDIOMATRICOS

INdicauimus antè Mediomatricorum ditionem olim ad Rhenum uſq; fuiſſe porrectam, unde Cæſari Rhenus per Mediomatricorũ fines fluat. In horum tractu Tribochos quos Tribonos Ptolemæus uocat, Cæſar Triboces, cõſediſſe Rhenum è ueteri Germania tranſgreſſos autor eſt Strabo lib. iiij uerbis huiuſcemodi, Poſt Heluetios, inquit, Sequani & Mediomatrici Rhenũ incolũt, in quibus Tribocchi natione Germani, relicto natali ſolo Rhenoq; traiecto ſedes poſuerunt. Hæc ille. Conſtat Ariouiſtum à Tribocis adiutum aduerſus Iulium Cæſarem. Hic tractus poſtea ſub poſtremis Cæſaribus, Argentoratẽſis eſt dictus, hodie Elſatiã appellamus, uino non uulgari nobilem. Vulgus Elſes uocat, quaſi dicas Elcebs ab Elcebo oppido quod Seleſtadio propinquum fuit, ceu ſuprà meminimus.

NEMETES

NEMETES ET VANGIONES IN GALLIAM

EX ueteri Germania Nemetes & Vangiones Rhenum trāſcendere fixis ad ripā ſedibus. Tacitus exponēs quæ nationes è Germania in Gallias cōmigrarint, Ipſam, inquit, Rheni ripā haud dubie Germanorum populi colūt, Vangiones, Treboci, Nemetes. De hijs intelligit Cæſar quum apud hunc libro ſecundo Comm. Remi narrant Germanos qui ripas Rheni incolūt ſeſe cum Belgis cōiunxiſſe. Proinde hæ nationes Ariouiſto cōtra Cæſarem pugnaturo ſuppetias miſerūt. De quibus & cæteris Belgis elegāter ad Atticum Cicero, Hos tu, inquit, exiſtimas cōfidere ſe illa habituros ſtantibus nobis? Implent autem hodie qui in Nemetum & Vangionum loca ſuccesserunt Alemanni duas diœceſeis epiſcopaleis, Spirenſem uidelicet & Borbetomagenſem, id eſt Vuormacienſem, inſtar Romanæ & ueteris olim adminiſtrationis, de quo nihil dubito.

NERVII, ATREBATES, EBVRONES, VEROMANDVI, CONdruſi, Verocaſſes, Cæræſi, Pæmani, qui uno nomine Germani appellant autore Cæſare, trans Rhenum.

IVlius Cæſ. libro ſecūdo Com. de ueteribus Germanis qui in Galliam olim commigrarint ſic ſcribit, à Remis ſe eſſe edoctum, pleroſq; Belgas eſſe ortos à Germania, Rhenumq́; antiquitus tranſductos propter loci fertilitatem ibi cōſediſſe, Galloſq́;, qui ea loca incolerent, expuliſſe, ſoloſq́; eſſe, qui patrum noſtrorum memoria omni Gallia uexata, Teutonos Cimbroſq́; intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent. Qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnā ſibi autoritatem, magnoſq́; ſpiritus in re militari ſumerent. De hijs Auſonius loquitur in Narbone,

Germanaq́; nomina Belgas.

Auſonij locus Sic enim legendum arbitror, non, panaq́; nomina Belgas

VBII TRANS RHENVM

VBij ripam Rheni Germanicā olim tenuerūt, ſicut poſtea aduerſam in Gallia. De hijs Cęſar libro quarto Cōmentariorum, Ad alterā, inquit, partem, hoc eſt uerſus Rhenum ſuccedūt Vbij, quorū fuit ciuitas ampla atq; florēs, ut eſt captus Germanorum, paulo, qui ſunt eiuſdem generis etiā cæteris humaniores, propterea quòd Rhenum attingunt, multiq́; ad eos mercatores uentitant, & ipſi propter propinquitatem, quòd Gallicis ſunt moribus aſſuefacti. Hos quum Sueui multis ſæpe bellis experti, propter amplitudinē grauitatemq́; ciuitatis, finibus expellere non potuiſſent, tamen uectigales ſibi fecerunt, ac multo humiliores infirmioreſq; redegerunt. Hactenus Cæſar. Nihil autem magis eos mouiſſe reor ut in ulteriorem ripam traijci

traijci cuperent, quàm quòd multarum nationum ſed præcipue Sueuorum iniurijs illac in Gallias incurſiones facientium perpetuo forent obnoxij. Id quod Cæſar ſatis indicat, quum ait: Vbij magnopere orabant, ut ſibi auxiliũ ferret, quòd grauiter à Sueuis premerent. Deinde refert Vbios à ſe obſidione liberatos, illiſq́ꝫ cõtra Sueuos auxilium pollicetur. Equidem hæc hauddubie cauſa fuit, cur patriã eiurarint, nõ Vbios, ſed Agrippinenſeis ſeſe uocãtes. Hos Rheno trãſgreſſos in fidem accepit Agrippa auus Agrippinæ eius quæ Claudio Cęſari poſtea nupta fuit quum Neronẽ antè peperiſſet. In Vbiorum oppido genita Agrippina quum apud Claudiũ maritum nihil nõ poſſet, ueteranos coloniamq́ꝫ deduci illuc impetrat, cui nomẽ inditum ex uocabulo ipſius. Poſterioribus annis ſub Vitellio Cæſare quum rebellarent Galliæ, Agrippinenſes poſt longam obſidionem adigente fame ſe dedentes hoſtibus, in oratione qua Tencteris iniqua petentibus reſpondent, ſe Tencterorum cæterorumq́ꝫ Germanorum cõſanguineos profitẽtur. At illi rediſſe eos in corpus nomẽq́ꝫ Germaniæ, communibus deis ſed præcipuo deorum Marti grates prius egerãt. Vbij, inquit Tacitus, quanq́ꝫ Romana colonia eſſe meruerint, ac libentius Agrippinenſes cõditoris ſui nomine uocentur, origine erubeſcunt, trãſgreſſi olim & experimento fidei ſuper ipſam Rheni ripam collocati, ut arcerent, nõ ut cuſtodirentur. Vt arcerent ſubaudi Germanos ingruentes.

BATAVI IN INSVLAM RHENI

QVum Catthi inteſtino bello laborarẽt, una horum natio rebus ſuis cõſultura, ad Rhenũ longius digreſſa eſt, ibiq́ꝫ in inſula conſedit. Bataui, inquit Tacitus, nõ multũ ex ripa ſed inſulã amnis Rheni colunt, Catthorũ quondã populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes trãſgreſſus, in quibus pars Romani imperij fierent. Manet honos & antiquæ ſocietatis inſigne. nam nec tributis cõteruntur, nec publicanus atterit, exempti oneribus & collationibus, & tantum in uſum præliorum ſepoſiti, uelut tela atq́ꝫ arma, bellis reſeruãtur. Idẽ autor hiſtoriæ Auguſtę libro decimo octauo ſic de ijſdem ſcribit, Bataui, inquit, donec trans Rhenum agebãt pars Catthorum, ſeditione domeſtica pulſi, extrema Gallicæ oræ uacua cultoribus ſimulq́ꝫ inſulam inter uada ſitã occupauere, quã mare Oceanum à frõte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit, nec opibus Romanis, ſocietate ualidiorum attriti, uiros tantum armaq́ꝫ imperio miniſtrant, diu Germanicis bellis exerciti, mox per Britanniam gloria, tranſmiſſis illuc cohortibus, quas ueteri inſtituto nobiliſſimi popularium regebant.

MARCOMANNI ET QVADI IN VALERIAM

MArcomannos & Quados olim occupaſſe Valeriam quæ hodie Croatia dicitur, ſatis ex eo conſtat, quòd auſpicijs D. Augusti ex ijſdē locis inter Danubiū & Drauū autore Ruſo pulſi ſunt. Quin & poſtea ſæpe eam prouinciam repetierunt, quemadmodum infra narrabimus. Marcomannorum Rex partem ſuperioris Panno niæ per pactionem obtinuit à Gallieno Cæſare, quòd ei filiam matri monij ſpecie tradidiſſet, nomine Pipam, quam tamen ille concubinæ loco ſemper habuit, Saloninam coniugem repudiare nolens. Fecit hoc Gallienus magis firmandæ pacis gratia cum Marcomannis, quos ualde timebat.

CARPI IN PANNONIAM

DIocletianus Cęſar Carpos in Pannoniam, hoc eſt Valeriam traduxit, autore Marcellino, qui ſic ſcribit libro 27. Maximinus, inquit, regens quondam Romæ uicariam præfecturam, apud Sopianum Valeriæ oppidum obſcuriſſimè natus eſt, patre tabulario Præſidialis officij orto à poſteritate Carporum, quos antiquis excitos ſedibus Diocletianus tranſtulit in Pannoniam. Hactenus ille. Nimirum hoc eſt quod Euſebius in opere Chronico refert, Carporum & Baſtarnarum gentes in Romanum ſolum eſſe translatas. Vbi obſeruandum, quod de Baſtarnis addit ſimul traductos fuiſſe cōmemo rans. Apparet Carpos Quadis uicinos fuiſſe, & è Baſtarnarū nationibus unam. Porrò transferebātur externæ nationes intra fines Romanæ ditionis, tum ut uacuatæ prouinciæ cultoribus non carerent, tum ut quieſcerent agros nacti fertiliores & negata ſubinde erumpendi copia.

SICAMBRI IN GALLIAM

FAtetur ad Germanicum ſcribens Tiberius, conſilio ſuo potius quàm ui effectum, ut Sicambri ſeſe dederent. Hi fuere traiecti in Galliam, & iuxta Menapios collocati. Quæ res facit ut illorum in deſcriptione Germaniæ non meminerit Tacitus, qui ſub Traiano ſcripſit. In loca Sicambrorum arbitror immigraſſe Chamauos & Angriuarios. Quòd autem eorundem mentionem facit Ptolemæus, argumento eſt prima Germaniæ chorographia uetuſtiſſimaq; quæ unquam Romam perlata ſit uſum fuiſſe, quum tamen Tacito recentior exiſtat & aliquanto pòſt ſcripſerit, nempe ſub Antonino.

MARCOMANNI SIVE SVEVI, ET GOTTHONES, inter Marum & Cuſum fluuios.

FLorentiſſimus ille Marcomannorum rex Maroboduus cōſpiratione ſuorum autore Catualda, quem Gothones exulem recepe

rant

rant,regno pulſus ad Tiberium Cæſarem perfugit.Idem fecit paulo poſt Hermundurorũ opibus eiectus Catualda.Barbari utrumq; comitati,ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium ultra inter flumina Marũ & Cuſum locantur,dato rege Vannio gẽtis Quadorum.Tacitus hiſtoriæ Auguſtæ libro ſecundo. Marũ & Cuſum ſuſpicor eſſe fluuios qui hodie Mariſus & Chryſa dicuntur in Daciæ parte quæ hodie uulgo Tranſſyluania appellatur, ut fortaſſis apud Tacitum Cruſus ſcribi debeat.Quæ ſi uera coniectura eſt, cognoſcere licebit antiquitatem Septemcaſtrenſium, qui tot ſeculis etiã antequam in prouinciam à Traiano redigeretur Dacia, tractũ eum incoluerint.Equidem uocantur Saxones ab accolis nõ ob aliam cauſam,niſi quòd Saxonũ legibus utuntur,ut quidam putant.Satis autem conſtat trans Germanicam ſiue ſiniſtrã Danubij ripam deportatos,ſi quis rem exactè perpẽdat. Nam Germani tam Maroboduũ ipſum quàm poſtea Catualdã ultra Danubium comitati fuerant in Noricum uel longius.Vnde ex prouincialium agris trãslati ſunt ultra Danubium,proxime Sarmatas Iazyges & Dacos,& Vannio natione Quado ſubiecti.Porrò cõfirmat opinionem noſtram Plinius ſcribens libro quarto Nat.hiſt.cap.xij. Iazyges Sarmatas & Dacos Pathiſſum amnem accolentes à Sueuis & regno Vanniano ſeparari interlabente amne Amoroi ſiue Duria.Verba illius hæc ſunt à nobis ſic emendata ac diſtincta,Campos,inquit,& plana Iazyges Sarmatæ,montes & ſaltus pulſi ab his Daci ad Pathiſſum amnem.Amorois ſiue Duria eſt,à Sueuis regnóq; Vanniano dirimens eos. Hæc Plinius. Vbi animaduertendum quòd Marus ſiue Mariſus fluuius ipſi Amorois dicitur.Et Sueuos illos uocat,Nam conſtat Maroboduum aliquot Sueuorum nationibus imperaſſe.Regnũ autem Vannianum eleganter appellat à Vannio qui illis rex impoſitus eſt.

Marus flu. Cuſus flu.

Taciti locus

Antiquitas tranſſyluanorum

Plinij locus

Regnũ Vannianum aliquam magnæ Sueuorum gentis, conterminũ Dacis

MARCOMANNI IN ITALIAM

IVlius Capitolinus ſcribit, à M. Antonio Marcomannos in deditionem acceptos fuiſſe eo bello quod aduerſum illos geſtũ eſt, plurimis in Italiam traductis.Porrò reor eo tempore hæſiſſe quoſdam inter Pœninas alpeis,ubi uallem aiunt adhuc eſſe quæ Marcomanna uocetur.

SVEVI IN PANNONIAM

VAnnium Druſi Cæſaris beneficio Sueuorum,de quibus modo meminimus,regem,quum ſuis xxx. annis præfuiſſet à Iubillio Hermũdurorum rege pulſum,Claudius Cæſar unà cum clientibus & parte populariũ ſuorum in Pannoniam datis agris recipi iuſſit.Quã rem elegantiſſime deſcribit Tacitus hiſtoriæ Auguſtæ lib.

duodecimo, cuius uerba apponere libet quòd ad Germanicas res id pertineat. Per idem, inquit, tempus Vannius Sueuis à Druſo Cæſare impoſitus, pellitur regno, prima imperij ætate clarus, acceptusq; popularibus, mox diuturnitatem in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordijs circumuentus. Autores fuere Iubillius Hermundurorũ rex, & Vando ac Sydo ſorore Vannij geniti. Nec Claudius quanquam ſæpe oratus arma certantibus Barbaris interpoſuit, tutum Vannio perfugium promittens ſi pelleretur, ſcripſitq; P. Attilio Hiſtro, qui Pannoniæ præſidebat, legionem ipſaq; è prouincia lecta auxilia, pro ripa componeret ſubſidio uictis, & terrori aduerſus uictores, ne fortuna elati noſtrã quoq; partem turbarent. nam uis innumera Lygij aliæq; gentes aduentabant fama ditis regni quod Vannius xxx. per annos prædationibus & uectigalibus auxerat. Ipſi manus propria pedites, eques è Sarmatis Iazygib. erat, impar multitudini hoſtiũ, eoq; caſtellis ſeſe defenſare, bellumq; ducere ſtatuerat. Sed Iazyges obſidionis impatientes, & proximos per campos uagi, neceſſitudinem pugnæ attulere, quia Lygius Hermundurusq; illic ingruerant. Igitur digreſſus caſtellis Vannius funditur prælio, quanquam rebus aduerſis laudatus, quòd & pugnam manu capeſſuit, & corpore aduerſo uulnera excepit. Cæterũ ad claſſem in Danubio opperientem perfugit. Secuti mox clientes, & acceptis agris in Pannonia locati ſunt. Regnũ Vando ac Sydo inter ſe partiti ſunt egregia apud nos fide. ſubiectis ſuóne an ſeruitij ingenio, dum adipiſcerentur dominationes multa charitate, & maiore odio dum adepti ſunt.

SVEVI IN HISPANIAM

SVeui plerunq; magis transdanubianas prouincias uexabãt propter uiciniam. Vnde etiã olim Germanicus Cæſar ueteranos milites ex Vbijs in Rhetiam miſit ſpecie defendẽdæ prouinciæ, ob imminenteis Sueuos. Id quod de illis etiã Sueuis accipi poteſt qui prope Danubij fontem habitabãt. At tandem Rheno quoq; tranſgreſſi, ſed lõge maxima manu Gallias miſere euaſtarũt, & Pyreneis alpibus ſuperatis omnia depopulantes in Gallecia poſtremo ſedes fixerunt, ubi regnũ nouũ ſeptimus Sueuici ſanguinis rex adminiſtrauit. Et hoc nimirũ eſt quod Oroſius ſignificat, quũ inquit, Germani ulteriores abraſa potiũtur Hiſpania. Quotieſcunq; enim aliquis populus emigrarat, nõ emigrabat totus, & multi ſe ex uicinis nationibus adiungebant. Id factum ſub Valeriano & Gallieno.

VANDALI IN HISPANIAM

HOnorij principatu Vandali in Hiſpaniã penetrarũt, iuxta fluuium

uium

uium Hiſpalim Beticæ tractū occupant, qui ab ipſis olim Vandalia, ab Hiſpanis uulgo Vuandaluſia appellatur. Inter Honoriū Aug. & Gogidiſcum Vandalorum ducem cōuenit, ut occupatam Hiſpaniæ partem tenerent cæteris incolis nihil incommodantes. Nec uero cō-ceſſa Vandalis etiam triginta annorum præſcriptio contra ueteres dominos. Autor Procopius. Vandali diuerſa gens fuit à Vuinidis, quos Sclauenos appellant. Tametſi fateor aliquot Vandalorum nationes in Scythiam olim immigraſſe, fortaſſis à uicinis propulſas. In catalogo Germanicarum gentium apud Plinium Vandili primas obtinent.

CATTHI ET ALANI IN HISPANIAM

CATTHI cum Alanis iuncti in Hiſpaniam prorupere, regno illic conſtituto, quod uernacula lingua à conſociatis nationibus occupatricibus hodie Cathaloniam uocāt. Tametſi quidam à Gothis & Alanis deriuent. Cuius cauſa eſt quòd minus noti ſunt Catthi uulgo, quàm Gotthi. Poſsibile eſt Catthos à Francis uexatos aut pulſos Alanis illàc in Gallias iter facientibus ſe coniunxiſſe.

GERMANORVM QVORVNDAM SEPTENTRIONALIVM Orientaliumqꝫ ex inſulis & maritimis locis ac ultimis uerſus Sarmatiam terris in mediam Germaniam emigrationes.

FRANCI IN LOCA TENCTERORVM ET PARTIM Catthorum uſqꝫ ad Mœni ripam & Salam fluuium.

QVANQVAM nō eſt noſtri inſtituti gentes ipſas deſcribere, nā hæc notitia ex Cæſare, Strabone, Mela, Ptolemæo, Plinio, hiſtoricisqꝫ cōparanda, Tamē hic quādo de Francis dicendum, cōmittere nō potui, quin de origine nobiliſſimæ gentis lōge compertiora traderē quàm à quoquam in hunc uſqꝫ diem prodita ſciam. Nihil autem huc afferam quod nō teſtimonijs autorū fide dignis ſim cōprobaturus. Neqꝫ enim Hunnibaldos & ſimiles ſcriptores, ſi dijs placet, ſequar, quorum ſomnijs nihil inanius. Primū omniū, ſatis demirari nequeo ueterū iſtorū licentiā, qui quoties de origine rei cuiuſpiā parum conſtaret, ſtatim ad fabulas cōfugerint, fortaſſis in hoc Romanos & alias nationes imitati. Hinc eſt quòd Francos nobis ex Troia deducūt, & de ſæpe mutatis horū ſedibus atqꝫ extructa tandē Sicambria meras ineptias cōminiſcuntur. Nec mirū ſi rudibus illis ſeculis olim auſi ſunt talia confingere haud dubiè monachi, nam præter hos tū nemo norat literas. Hoc magis demiror, Gregoriū illum Turonenſem

non indoctum uirum, Annonium, & cæteros qui Frãcorum res de-ſcribere ſunt aggreſſi, eaſdem fabulas amplexos fuiſſe, quibus conſtare poterant omnia, nimirum uiuentibus apud Gallos ea tempeſtate qui à maioribus ſuis certiſſima accepiſſent. Sed hæc fuit illorum temporum infelicitas, ut obſcurè res traderent. Sic quum Iornãdem qui de Gothis ſcripſit, Paulum item Diaconum, & Luitprãdum de Langobardis legimus, iuret quis fabulas ab illis narrari. ita parum explicant unde gentes ſuæ progreſſæ ſint, & quas olim tenuerint ſedes. Quo magis nũc nobis opera danda eſt, ut ſtudioſos hic adiuuemus, ac ſimul ad alia quærenda extimulemus. Igitur Franci maritimus populus fuit, Oceani Septentrionalis littus colens iuxta Chaucos ut arbitror & Saxones. Poteſt autem fieri ut aut ex inſula ſe effuderint in cõtinentem, aut olim ſua fortuna contenti & proinde ignobiliores, tandẽ bellis inclaruerint. Id quod & Catthis accidiſſe uidemus, qui primum obſcuri, neq; enim horum meminit Ptolemæus, ſub Domitiano & Traiano Cheruſcis nobiliſſimæ genti præferebantur. Fuere autem apud Germanos multæ nationes, quæ tamẽ quòd celebres minime eſſent, à ſcriptoribus nõ ſunt commemoratæ, qui tantum inſignia perſequuntur præſertim de externis tractãtes. In Panegyrico qui dictus eſt Cõſtantino Aug. quẽ Magnũ uulgus uocat, de Frãcis ſic legimus. Quid loquar rurſus, inquit Panegyriſtes, intimas Franciæ nationes, nõ iam ab his locis quæ olim Romani inuaſerant, ſed à proprijs ex origine ſui ſedibus, atq; ab ultimis Barbariæ littoribus auulſas, ut in deſertis Galliæ regionibus collocatæ pacem Romani Imperij cultu iuuarent, & arma delectu. Hæc ille. Proinde facile eſt uidere quæ nam propriæ Frãcorum ſedes fuerint, & quidem auitæ: ſiquidem nõ fruſtra addit Panegyriſtes, ex origine ſui, ſiue ex originis ſuæ ſedibus, nempe tractus littoralis Oceani Germanici. Hinc quum in Galliã itinere pedeſtri incurſare libuiſſet, præcipue Batauiam per Chaucos & Friſios infeſtabãt, & extrema Galliæ. Significat hoc aperte Eumenius Rhetor in Auguſto Cliuienſium oppido ſcholis præfectus, in oratione quã pro ludi inſtauratione habuit ad Præſidem Gallicanum. Aut hæc ipſa, inquit, quæ modo deſinit eſſe Barbaria, nõ magis feritate Frãcorum uelut hauſta deſederat, quàm ſi eam circumfuſa flumina & mare alluens operuiſſet. Id præcipue factum ſub Conſtantio Aug. patre Conſtantini. Batauiæ liberationẽ omnes Panegyriſtæ Conſtantio ferunt acceptam, quorum unus ad Maximianum & Conſtantinum orans ſic Conſtantij patris meminit, Multa ille, inquit, Francorum milia, qui Batauiã aliaſq; cis Rhenum terras inuaſerant, interfecit, depulit, abduxit. Alius ad Conſtan-

tinum

tinum rurſus, Purgauit ille, inquit, Batauiam aduena hoſte depulſo. Tertius ſimiliter ad Conſtantinum, de patre Conſtantio loquens, Terram Batauiam, inquit, ſub ipſo quondam alumno ſuo, à diuerſis Francorum regum gẽtibus occupatam, omni hoſte purgauit: nec contentus uiciſſe, ipſas, in Romanas tranſtulit nationes, ut nõ ſolum arma ſed & feritatem pònere cogerentur. Hoc nimirum eſt quod Panegyriſtes alibi dixit, Tuo, inquit, Maximiane Aug. nutu, Neruiorum & Treuirorum arua iacentia lætus poſtliminio reſtitutus & receptus in leges Francus excoluit. Idem autor liberatæ ſemel Batauię laudem ad Maximianum Cæſarem quem ſibi collegam in imperio Diocletianus aſciuerat, referre uidetur ſic ſcribens, Quanquam, inquit, illa regio diuinis expeditionibus tuis Cæſar uendicata atq; purgata, quã obliquis meatib. Scaldis interfluit (uulgò callidis mendoſe legitur pro Scaldis) quamq́; diuortio ſui Rhenus amplectitur: penè ut uerbi periculo loquar, terra nõ eſt: ita penitus aquis imbuta permaduit, ut nõ ſolum quà manifeſtè paluſtris eſt, cedat ad nixum, & hauriat preſſa ueſtigium, ſed etiam ubi paulo uidetur firmior, pedũ pulſu tentata quatiatur, & ſentire ſe procul mota pondus teſtetur. Ita ut res eſt ſubiacentibus innatat, & ſuſpenſa latè uacillat, ut merito quis duxerit, exercendum fuiſſe tali ſolo militem ad nauale certamen. Sed neq; illæ fraudes locorum, nec quæ plura inerant perfugia ſyluarum, Barbaros tegere potuerunt, quo minus ditioni tuæ diuinitatis omnes ſeſe dedere cogerentur, & cum coniugibus ac liberis cæteroq́; examine neceſſitudinum ac rerum ſuarum, ad loca olim deſerta tranſirent, ut quæ fortaſſe ipſi quondam deprædando uaſtauerant, culta redderent ſeruiendo. Porrò quòd Franci piraticam exercuerunt, ſatis arguit illos littus Oceani Germanici coluiſſe. Mamertinus ad Maximianum, ſedati piratici belli gloriam quod Franci gerebant, Diocletiano aſcribit, Itidem hic, inquit, gens Chabionũ Herulorumq́; deleta, & tranſrhenana uictoria edomitis oppreſſa Francis bella piratica Diocletianum uotorũ compotem reddiderũt. De hac uictoria haud dubie Panegyriſtes ad Maximianũ & Diocletianum alibi loquit̃, Quorũ, inquit, ductu proximè quũ feliciſſimis ueſtris auſpicijs uterent̃, lubrica illa fallaxq; gens Barbarorũ ut merebatur affecta eſt. Nõ alienum arbitror hoc loco referre, exiguũ olim Francorũ numerũ quos captos Probus Aug. in Pontũ procul tranſtulerat, arreptis nauibus totã ferè Europã circumuectos eſſe, & Aſiæ Libyæq; littoribus depopulatis per Oceanum tãdem ad ſuos reuertiſſe. Vnde Francorũ admirabilẽ in piraticis bellis audaciã colligere licet, id quod cũ Saxonib. uicinis habuerũt cõmune. Quã rem

Panegyriſtæ locus

Panegyriſtes ad Maximianum Aug. eleganter hijs uerbis cõmemorat, de Britannis loquens, Recurſabat quippe, inquit, in animos illa ſub diuo Probo & paucorũ ex Francis captiuorũ incredibilis audacia, & indigna felicitas, qui à Ponto uſq;, correptis nauibus Græciã Aſiamq; populati, nec impune pleriſq; Libyæ littoribus appulſi, ipſas poſtremo naualibus quondam uictorijs nobiles ceperãt Syracuſas, & immenſo itinere peruecti, Oceanũ quâ terras rupit, intrauerant, atq; ita euentu temeritatis, oſtenderant nihil eſſe clauſum piraticæ deſperationi, quò nauigijs pateret acceſſus. Nec dubito quin de Francis intelligat quod idem Panegyriſtes paulo ſuperius cõmemorat, Statim itaq; Gallias, inquit, tuas Cæſar ueniendo uiciſti. Siquidem illa celeritas qua omnes ortus atq; aduentus tui nuncios præuertiſti, cepit oppreſſam Geſſoriacenſibus muris pertinacem tũc errore miſero manum piraticæ factionis, atq; illi ſoli mari fretis alluente, portus ademit. Quæ uerba deprauatiſſime leguntur in uulgatis exemplaribus. Quin & Nazarius oſtẽdit Francos etiam Hiſpaniarum extrema uexaſſe, nimirum piraticis incurſionibus quum ſic loquitur ad Conſtantinum: Franci, inquit, ipſi præter cæteros truces, quorum uis quum ad bellum efferueſceret, ultra ipſum Oceanum æſtu furoris euecta, Hiſpaniarum etiam oras armis infeſtas habebat. ij igitur ſub armis tuis ita conciderunt, ut deleri funditus poſſent, niſi diuino inſtinctu quo regis omnia, quos ipſe affeceras, conficiendos filio reſeruaſſes. Vbi cogitandum quãtum calamitatis Galliarum populis ad Oceanum habitantibus incurſatione cotidiana attulerint Franci, à quibus nec Hiſpaniæ tutæ erant tanto diſtantes interuallo. Sed & Eutropius in Diocletiano refert Frãcos & Saxonas mare Gallicum infeſtaſſe, Per hæc, inquit, tempora etiam Carauſius, qui uiliſſimè natus, in Serenæ militiæ ordine famam egregiam fuerat conſecutus, quum apud Bononiam per tractum Belgicę & Aremoricę pacandum mare accepiſſet, quod Franci & Saxones infeſtabant, multis Barbaris ſæpe captis, nec præda integra, aut Prouincialib. reddita, aut Imperatorib. miſſa, quũ ſuſpitio eſſe cœpiſſet, cõſultò ab eo admitti Barbaros, ut trãſeuntes cũ præda exciperet, atq; hac occaſione ditaret ſe, à Maximiano iuſſus occidi, purpurã ſumpſit, & Britãnias occupauit. Gratulatᷣ Panegyriſtes Maximiano Cæſari uictoriam de Frãcis. Enimuero Cæſar, inquit, inuicte, tanta deorũ immortaliũ tibi eſt addicta cõſenſu uictoria, omniũ quidẽ quos adortus fueris hoſtium, ſed præcipuè Francorũ, ut illi quoq; milites ueſtri qui per errorem nebuloſi, ut paulo antè dixi, maris abiuncti ad oppidũ Londinienſe peruenerãt, quicquid ex mercenaria illa multitudine Barbarorum

Panegyriſtæ locus

rum prælio ſuperfuerat, quũ direpta ciuitate fugã capeſſere cogita-
rēt, paſſim tota urbe cõfecerint, & nõ ſolã Prouincialibus ueſtris in
cæde hoſtiũ dederint ſalutē, ſed etiã in ſpectaculo uoluptatē. Et ad-
dit, O uictoria multijuga & innumerabiliũ triumphorũ, qua Britan
niæ reſtitutæ, qua gentes Francorũ penitus exciſæ, qua multis præ-
terea gētibus in cõiuratione illius ſceleris deprehenſis, impoſita eſt
neceſſitas obſequēdi. Mamertinus ad Maximianũ & Diocletianũ,
Prætereo Francos, inquit, ad petendã pacem cũ rege uenięntes, Par-
thumq́ꝫ uobis munerũ miraculis blandientē. Iam Cõſtantius utcũqꝫ
Francos compeſcuerat. ſed quũ digreſſus eſſet in illas prouincias, &
alijs bellis occuparet, obliti fœderũ Franci rurſum in Galliã incurſio
nem fecerũt. Itaqꝫ Cõſtantinus adhuc adoleſcens patrem imitatus,
Frãcos depellere eſt aggreſſus, & affuit fortuna, Siquidē duos Fran
corum reges cepit, Aſcarichũ & Ragayſum, qui primi ſunt quorum
apud idoneos autores fiat mentio, nec illorũ uitæ pepercit, ſed in ter
rorē Francorũ, diris excruciatos ſupplicijs trucidari iuſſit. Atqꝫ hoc
eſt quod Panegyriſtes ad Conſtantinũ loquitur, Sciũt, inquit, poſ-
ſe Franci trãſiri Rhenũ quos ad necem ſuã libenter admittas. ſed nec
uictoriã poſſunt ſperare, nec ueniã. Quid ipſos maneat, ex regũ ſuo-
rum cruciatibus metiunt. Ideóqꝫ tantũ abeſt ut amnis illius trãſitum
moliantur, magis ut coempta pace deſperent. Vbi eſt nũc illa fero-
cia? ubi ſemper infida mobilitas? Iam ne procul quidē Rhenũ aude-
tis accolere, & uix ſecuri flumina interiora petitis. Cõtrà hinc per in-
terualla diſpoſita magis ornãt limitem caſtella, quàm protegũt. Arat
illam terribilē aliquãdo ripam inermis agricola, tutò noſtri greges
flumine bicorni merſantur. Hæc eſt tua Conſtantine de Aſcarici Re
gayſiq́ꝫ ſupplicio cotidiana atqꝫ æterna uictoria, omnibus quondam
ſecundis prælijs anteponenda. Semel acie uincitur, ſine fine docu-
mento. Cladem ſuã quamuis multi pereant, uulgus ignorat. Cõpen
dium eſt deuincendorũ hoſtiũ, duces ſuſtuliſſe. Idem Rhetor paulo
ante Conſtantinum alloquens, Affeciſti, inquit, pœna temeritatis re
ges ipſos Franciæ, qui per abſentiam patris tui pacem uiolauerant,
nõ dubitaſti ultimis punire cruciatibus nihil ueritus gentis illius o-
dia, & inexpiabiles iras. Hoc eſt quod Nazarius apud eundē princi
pem uerba faciēs dixit, Vt Herculē, inquit, ferunt tenerũ adhuc atqꝫ
lactentē, duos angues manu eliſiſſe, ut iam infantulo indoles futuri
roboris immicaret: ſic tu Imperator in ipſis imperij tui cunabulis q̃ſi
geminos dracones necares, per ſęuiſsimorũ regũ famoſa ſupplicia lu
debas. Genus ſupplicij q̃ Francorũ reges affecit, explicat Eutropius
ſic ſcribens, Cõſtantinus, inquit, in Gallijs & militum & prouincia-

lium ingẽti iam fauore regnabat,cæſis Francis atq; Alemannis,captiſq; eorũ regibus quos etiã beſtijs quũ magnificũ ſpectaculũ innumeris paraſſet,obiecit. Ante modo nominatos Impp.etiam Aurelianus Cæſ.tum tribunus legionis ſextæ Gallicanæ apud Magontiacum, Frãcos irruentes quũ uagarẽtur per totam Galliã, ſic afflixit,ut trecentos ex his captos,ſeptingẽtis interemptis ſub corona uendiderit. Vnde de eo facta eſt cantilena militaris, Mille Francos,mille Sarmatas,ſemel occidimus, Autor Vopiſcus. Idem quoq; refert, Francos à Probo Cæſ. proſtratos in inuijs paludibus. Vnde acclamatum Romæ, Tu Francicus, tu Gotthicus. Ab eodem ſcriptum eſt, aruſpices prædixiſſe,ex Taciti familia naſciturum imperatorem,qui det Iudices Parthis ac Perſis,qui Frãcos & Alemannos ſub Romanis legib. habeat. Frãcos ferina uictitare ſolitos prodit Panegyriſtes. Trucem,inquit, Frãcum ferina ſola carne diſtẽtum,qui uitam pro uictus ſui uilitate cõtemnat,quantæ molis ſuperare,uel capere. Cæterũ ut ad id tandem ueniamus,quod hoc loco dicẽdum eſt: Franci quũ toties pedeſtribus incurſionib. intrata Galliarũ regio, nõ tam prædæ dulcedine quàm ubertate ſoli ſi ſedes in ea figere liceret,prorſus allubeſceret,relicto Oceano Germanico,ad Rhenũ in Tencteros iuxta Chamauos,ueteres illas Sicambrorum ſedes, uſq; ad Mœnum amnem & Salam etiam Catthorum locis partim occupatis demigrarũt: nimirum habitaturi propius,& commodius ad uexandam Galliam incurſionibuſq; cottidianis obruendam. Id quod ſub Conſtantio factum arbitror. Et iam hæc loca propter emigrationes gẽtium & excidia bellorum cultoribus deſtitui cœperant. A quo tempore relicta aliquantulũ piratica terreſtribus præcipuè bellis aduerſum Prouinciales uſi ſunt. Hæc autem Francorum in hos tractus demigratio quibuſdam ineruditis impoſtoribus anſam dedit, ut de Sicambria neſcio qua conſtructa ampulloſas nugas comminiſcerẽtur. Nec me fugit,à ueterum Sicambrorum ſedibus,quibus ſaltem proximi fuere Franci,ipſos etiam id nomen meruiſſe,quod illis non ineleganter reperio tributum à ſemidoctis illius æui poetaſtris,quorum uerſiculos hiſtoriographi recentes citant. Itaq; ſicut Vbij ſiniſtram Rheni ripam,ita Franci dextram tenuerunt. Hinc Auſonius exhortãs Rhenum ut Moſellam amnem libenter recipiat (fluit autem in Rhenum apud oppidum quod Confluentes uocant infra Bingium) ſic canit,

Accedent uires quas Francia,quaſq; Chamaues,
Germaniq; tremant,tum uerus habebere limes.

Et Claudianus Stiliconem effuſè laudans,quòd obſequẽtem haberet Germaniam,inquit,

Rhenumq;

Rhenumq́ minacem
Cornibus infractis adeo miteſcere cogis,
Vt Salius iam rura colat, flexosq́ Sicambri
In falcem curuent gladios, geminasq́ uiator
Quum uideat ripas, quæ ſit Romana requirat.
Vt iam trans fluuium non indignante Chayco
Paſcat Belga pecus, mediumq́ ingreſſa per Albim
Gallica Francorum montes armenta pererrent.

Porrò Claudianus Salij nomine Frãcum intelligit, quanquã ſciò lus quiſpiam auſus eſt pro Salius ſubſtituere Sueuus, quemadmodum in excuſis codicibus legitur. Sed nos manu ſcripti uoluminis fidem ſequimur nõ hic tantum. Sic Ammianus lib. xvij. de Iuliano Cęſare loquens, Quibus, inquit, paratis, petit primos omniũ Francos, eos uidelicet quos conſuetudo Salios appellauit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxiandriam locum habitacula ſibi figere prælicẽter. Vna ſanè præſtans Frãcorum natio Salingos ſua lingua, hoc eſt Germanica, die Saelĩng à Sala fluuio ſe nuncuparunt, unde condita ab ipſis colonia ad Mœni ripam poſtquam maritimã oram reliquerunt, Sæligunſtadium eſt appellatum, hoc eſt Salingorum oppidũ. Cæterũ Toxiandria, ad quam Francos ſedes fixiſſe ſcribit Marcellinus, nõ procul abeſt à Moſa amne ſub Tungrorũ oppido. Nam profligatis trans Rhenum Francis & Chamauis Iulianus Cæſar tres arces recta ſerie Moſæ fluuij ſupercilijs impoſitas quas ſubuerterant Franci, id temporis reparauit, pro tutela Prouincialiũ. Iam Frãci dextram Rheni ſub Cõſtantio Cõſtantini Magni F. uicinã ſibi ripam incolentes Coloniã Agrippinã ut à qua ſolo Rheno medio dirimerentur, quũ alia bella Romanos exercitus in Oriente diſtinerent, poſt lõgam obſidionẽ ceperũt euaſtaruntq́. Sed urbem poſtea Iulianus recepit firmata cum Francis pace. Prodit eam rem Marcellinus primam Iuliani noui Cæſaris militiã deſcribens hijs uerbis, Deductus, inquit, Iulianus ab Auguſto, uidelicet Cõſtantio, uſq; ad locum duabus columnis inſignem, qui Laumellũ interiacet & Ticinum, itineribus rectis Taurinos peruenit: ubi nũcio perculſus graui, qui nuper in comitatũ Auguſti perlatus de induſtria ſilebat, ne parata defluerent. Indicabat autẽ Coloniã Agrippinã ampli nominis urbẽ in ſecũda Germania, pertinaci Barbarorũ obſidione reſeratã, & magnis uirib. deletã. Ex hijs uerbis neſciat quis an de Frãcis intelligat, niſi infra aperte explicaret. Igit̃ Iulian. inquit, Agrippinã ingreſſus, nõ antè motus eſt exinde quàm Francorũ regib. furore miteſcẽte perterritis, pacem Reip. firmaret interim profuturam, & urbem reciperet muni-

munitiſſimam. Non ita diu poſt quum Iulianus illam memorabilem pugnam cum Alemannis apud Argentoratum adornaret, rurſum Franci Galliæ tractum qui ad Moſam fluuium eſt ſupra Iuliacū, depopulati ſunt. quare Iulianus Caſtellum oppidum quod Moſa fluuius præterlabitur, obſedit quatuor & quinquaginta dies hyemali tẽpore, nempe Decembri menſe & Ianuario: inediáq; fatigatos ad deditionem tandem compulit, ac ſeſe dedentes abduxit. Proinde è Germania fruſtra ſuppetias ueniens ingens Francorum exercitus, quum rem cognouiſſet, in ſua retroceſſit. Hoc factum deſcribit Ammianus mendoſa lectione ſic per nos reſtituta: Remos, inquit, Seuerus Magiſter equitum per Agrippinam petens, & Iuliacum, Francorum ualidiſſimos cuneos M. ſexcentis uelitibus, ut poſtea claruit, uacua præſidijs loca uaſtantes offendit: hac opportunitate in ſcelus audaciam erigente, quòd Cæſare in Alemannorum receſſibus occupato, nulloq; uetante, explere ſe poſſe præclara opportunitate ſunt arbitrati: ſed metu iam reuerſi exercitus munimentis duobus quæ olim extructa ſunt, occupatis, ſe quoad fieri poterat, tuebātur. Hac Iulianus rei nouitate perculſus, & conijciens quorſum erumperet ſi ijſdem tranſiſſet intactis, retento milite circumuallare diſpoſuit Caſtellū oppidum quod Moſa fluuius præterambit. Et ad uſq; quartum & quinquageſimum diem, Decembri ſcilicet & Ianuario menſe obſidionales tractæ ſunt moræ, obſtinatis Barbarorum animis incredibili pertinacia reluctatis. Tunc pertimeſcens ſolertiſſimus Cæſar, ne obſeruata nocte illuni, Barbari gelu uinctum amnem peruaderent, cotidie à ſole in ueſperā flexo, aduſq; lucis principiū luſorijs nauibus diſcurrẽtes flumẽ ultro citroq; milites ordinauit, ut cruſtis riparū diffractis, nullus ad erumpendi copiam facile perueniret. Hocq; commentato, inedia, & uigilijs, & deſperatione poſtremo laſſati ſponte ſe propria dediderūt. Statimq; ad comitatum Auguſti ſunt miſſi. Ad quos eximendos periculo multitudo Francorum egreſſa quum captos comperiſſet & aſportatos, nihil amplius auſa repedauit ad ſua caſtra. Hucuſq; Marcellinus. Apud eundem ſcriptorẽ in oratione quadam ad milites gloriatur Iulianus Cæſar quòd Francorum irruptiones fregerit. Non omittendum hoc loco, Anſibarios illos quos Tacitus libro xiij. hiſtoriæ Auguſtę pulſos à Chaucis, uacuos iuxta Friſiorum regionem agros inſediſſe ſcribit, ſed inde rurſum eiectos ab Auito inferioris Germaniæ legato, Francos fuiſſe. Vnde colligere licet, ueteres Francorum ſedes Chaucis extitiſſe uicinas, imò uerius Chaucorum gentem fuiſſe. Nam Chaucis immenſum terrarum inſularumq; ſpacium attribuunt autores. Anſibariorum reliquias,
nam

(nam ipſam gentem exciſam Tacito prodente cõſtat) aggreſſus eſt tranſito Rheno Iulianus. Sic enim Ammianus ſcribit, In limitem, inquit, Germaniæ ſecundæ eſt egreſſus, omniq́ꝫ apparatu, quem flagitabat inſtans negocium, communitus, Toxandro oppido propinquabat. Rheno deinde tranſmiſſo, regionem ſubitò peruaſit Francorum, quos Anſuarios uocant, incertorum hominum, licẽtius etiam perſcrutantium extima Galliarũ. Quos adortus ſubitò nihil metuenteis hoſtile, nimiumq́ꝫ ſecuros, quòd ſcrupoſa amniũ difficultate arcẽte, nullum ad ſuos pagos introiſſe meminerãt Principem, ſuperauit negocio leui, captiſq́ꝫ plurimis & occiſis, orantibus alijs qui ſuperfuere, pacem ex arbitrio dedit, hoc prodeſſe poſſeſſoribus finitimis arbitratus. Hæc ille. Refert idem ſcriptor, Iulianum Cæſarem priuſquam Alemannos inuaderet extructis horreis quæ incenſa erant, ubi annona reponi poſſet à Britannis ſolita adduci, ſeptem ciuitates multo ante exciſas recepiſſe communiſſeq́ꝫ, nempe has, Caſtra Herculis, Quadriburgium, Vtriceſium, & Noueſium, Bonnam, Antenacum & Bingium. Quas ciuitates Germaniæ ſecundæ nemo alius indubiè excidit, niſi Franci, propter ſitum gẽtis quem indicauimus. Huc adde, quod in charta prouinciali quam apud Chunradum Peutingerum amicum noſtrum Auguſtæ uidimus ſub ultimis Impp. depictam, & à Celte in quadam Bibliotheca repertam planè ueterem, ubi hæc oppida ſic leguntur ab Oſtijs Rheni aſcendẽdo, Caruo xiij. Caſtra Herculis viij. Nouiomagus vi. Burgiantium v. Colonia Traiana xl. Vetera xiij. Aſciburgium xiiij. Noueſium xvi. Agrippina, ſupra Rhenum fluuium quem linea protracta deſignat in dextro latere & à parte Germaniæ hoc uocabulum eſt aſcriptum,

F R A N C I A

uerſus oſtia Rheni uero, hæc nomina legunt̃, CHAMAVI QVI ELPRANCI. Item CHAVCI. VAPLVARII. CHREPSTINI. Vnde manifeſte liquet quod nos hic aſtruimus, in Tencterorum loca qui Rheno tantum ab Vbijs diſcernebantur, ut Tacitus inquit, & teſtatur in cõmentarijs Cæſar, demigraſſe Francos. Afferam adhuc aliud teſtimonium, In cœnobio Diuitenſi contra Agrippinã, uulgus Tuitium uocat corruptè, quum murus quidam dirueretur, reperta eſt tabula lapidea cum inſcriptione, quæ docebat, Diuitenſe munimentũ in terra Francorum ab Imp. Cæſ. M. Val. Conſtantino pro militibus illic in tutelam Galliarũ collocandis eſſe erectum. Cuius caſtelli mentionem alibi quoq́ꝫ faciemus. Hanc rem narrat Rupertus, quem uulgò Tuitienſem appellant, editis in ſacras literas commẽtarijs nemini ignotus. Veteres iſtos Frãcorum terminos de quib. nũc loquimur,

nuſquam

nuſquàm exactius deſcriptos reperi quàm in Chronicis quę titulum Abbatis Vrſpergenſis habent. In ijs ſcriptum eſt, Saxones quum Carolum magnum in Hiſpania abeſſe cognouiſſent, & tranſire Rhenum non potuiſſent, quicquid à Tuitio ciuitate uſq; ad fluuiũ Moſellam uicorum uillarumq; fuit, ferro & igni populatos eſſe. Nullum diſcrimẽ ſexus aut ætatis ira hoſtis fecerat, ut liquidò appareret, eos non prædandi, ſed ulciſcendi ſe gratia terminos Francorum introiſſe. Hæc illic. Quid autem hic facit Moſella, quũ præcedat, quòd Rhenum tranſire nequiuerint, quod tamen facere ſit opus ſi quis è Saxonia ad eum amnem accedere uelit. Tu pro Moſella ſcribe Salam, & habebis totum tractum quem è Chaucis progreſſi Franci priuſquã trans Rhenum in Galliam migrarunt, nõ paucis annis tenuere. Nec omittendum quod Oroſius ſcribit, Romanæ irruptionis excitatas per Stiliconem gentes, Alanorum, Sueuorum, Vandalorum, multasq; ex hijs alias, Francos protriuiſſe, Rhenum tranſiſſe, Gallias inuaſiſſe, directoq; impetu Pyrenæum uſq; perueniſſe, cuius obice ad tempus repulſæ per circumiacentes prouincias effuſæ fuerint. Vbi attendendum quod inquit, Francos proterunt, Nam quum gentes illæ Tranſalbianæ cuperent in Galliam penetrare, cogebantur tranſire Rhenum, quem illic Franci incolebant, quibus ueriſimile eſt nõ uſquequaq; placuiſſe quòd ſeptentrionales illæ nationes in Gallias irrumperent quas ipſi ſpe iam deuorauerant. nec uana ſpes fuit. Vnde inter illos natum bellum, nõ minus quàm ex maleficio tranſeuntis, ut fit, exercitus. Haud aliter accipiendum, quum legimus Saxones eruptionem magna mole meditanteis in ipſis Francorũ finibus à Valentiniano oppreſſos. Claudianus Franciam appellat fallacem, ſed laudi datur hoſtem fefelliſſe. reges præterea à Romanis accipere ſolitam ſignificat. Sic enim ad Stiliconem canit uerè poetã agens.

Prouincia miſſos
Expellet citius, fallax quàm Francia reges
Quos dederis.

Id uero quod ſubdit, magis ad hiſtoriam pertinet, captos uidelicet duos Francorum reges, tam ampla gens fuit, ut complures Principes haberet, Marcomerum uidelicet & Sonnonem, alterumq; exulaſſe apud Ethruſcos, alterum dimiſſum ut exulis interim ditionem uexaret, à ſuis mox iugulatum. Verſiculi hi ſunt, ſed incorrupti, quũ uulgo mendoſiſſime legantur,

Acies non iam pulſare rebelles
Sed uinclis punire licet. Sub iudice noſtro
Regia Romanus diſquirit crimina carcer.

Marcomer Sonnoq́ꝫ docet. quorũ alter Etruſcum
Pertulit exilium, quum ſe promitteret alter
Exulis ultorem, iacuit mucrone ſuorum.
Res auidi concire nouas, odioq́ꝫ furentes
Pacis, & ingenio ſcelerumq́ꝫ cupidine fratres.

Illud ad Stiliconem Vandalũ adulantius ab eodem dictum eſt, de domitis Frãcis, & Alemannis quos Sueuos appellat. utrorũqꝫ reges promiſſam cæſariem alebant, ſed prçcipue Francorum. unde dixit,
Crinigero flauentes uertice Reges.

Verſiculi illi ſunt eiuſmodi,
Miramur rabidis hoſtem ſuccumbere bellis,
Quum ſolo terrore ruant? Non claſſica Francis
Intulimus, iacuere tamen, non Marte Sueuos
Contudimus, queis iura damus. quis credere poſſit?
Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.
Cedant Druſe tui, cedant Traiane labores,
Veſtra manus dubio quicquid diſcrimine geſſit,
Tranſcurrens egit Stilico. totidemq́ꝫ diebus
Edomuit Rhenum, quot uos potuiſtis in annis.
Quem ferro, alloquíjs, quem uos cum milite, ſolus
Impiger à primo deſcendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus, & iuncta paludibus ora
Flumineum perſtrinxit iter. Ducis impetus undas
Vincebat celeres, & pax à fonte profecta
Cum Rheni creſcebat aquis. Ingentia quondam
Nomina, crinigero flauentes uertice Reges, Reges Francorum & Sueuorum, hoc eſt Alemannorum
Qui nec principibus, donis precibusq́ꝫ uocati
Paruerant, iuſſi properant, ſegniq́ꝫ uerentur
Offendiſſe mora. tranſuecti lintribus amnem
Occurſant ubicunqꝫ uelis. Nec fama fefellit
Iuſtitiæ, uidere pium, uidere fidelem.
Quem ueniens timuit, rediens Germanus amauit.
Illi terribiles quibus ocia uendere ſemper Germani, hoc eſt, Franci & Alemanni Romanis pacem uendebant
Mos erat, & fœda requiem mercede paciſci.
Natis obſidibus pacem tam ſupplice uultu
Captiuoq́ꝫ rogant, quàm ſi poſt terga reuincti
Tarpeias preſſis ſubeant ceruicibus arces.

Porrò Chaucorum nomine Claudianus Francos intelligit quibus olim erant non modo finitimi, ſed etiam, quod Græci dicunt ὁμοεθνεῖς, ſicut per Sueuos, rurſum Alemannos, quum inquit,

Tum forte decorus
Cum Stilicone gener pacem implorantibus ultro
Germanis, reſponſa dabat legesq́ꝫ Chaycis
Arduus, & flauis ſignabat iura Sueuis.
His tribuit leges, his obſide fœdera ſancit
Indicto, bellorum alios tranſcribit in uſus,
Militet ut noſtris detonſa Sicambria ſignis.

Apud eundem Rhoma gratias agit Honorio Aug. ob oppreſſos Francos & Alemannos: carmen ſic habet,

Ante pedes humili Franco, triſtiq́ꝫ Sueuo
Perfruor, & noſtrum uideo Germanice Rhenum.

Idē Galliā inducit quæ Stiliconē Vandalū hijs uerſiculis alloquat̃,

Qui mihi Germanos ſolus Francosq́ꝫ ſubegit,
Quur nondum legitur faſtis? quur pagina tantum
Neſcit adhuc nomen, quod iam numerare decebat?
Vſqꝫ adeo ne leuis pacati gloria Rheni?

Honorium Cæſarem idem Poeta laudibus ornans, rurſum canit,

Ante ducem noſtrum flauam ſparſere Sicambri
Cæſariem, pauidoq́ꝫ orantes murmure Franci
Procubere ſolo, iuratur Honorius abſens,
Imploratq́ꝫ tuum ſupplex Alemannia nomen.

Sidonius Apollinaris Francos natatu ualuiſſe teſtatur, in Panegyrico quodam de Auito ſic ſcribens,

Tibi uincitur illic
Curſu Herulus, Chunus iaculis, Francusq́ꝫ natatu,
Sauromatę clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

In eodē carmine Septētrionales populos multos enumerās addit tandem, Prorumpit Francus.

Idem Conſentium Narbonenſem celebrans qui legationibus obeundis clarus erat, ſic canit,

Hinc ſi fœdera ſoluerentur orbis,
Pacem te medio darent feroces,
Chunus, Sauromatæ, Getæ, Gelonus.
Tu Tuncrum, & Vachalim, Viſurgin, Albim,
Francorum & penitiſſimas paludes
Intrares uenerantibus Sicambris,
Solis moribus inter arma tutus.

Porrò militarunt etiam Franci ſub ſignis Romanis. Nam Marcellinus lib. xv. nominat Malarichum Francum & Syluanum pedeſtris militiæ rectorem, qui Cæſaris nomen uſurpans ſub Cōſtantio Conſtanti-

ſtantini F. interemptus eſt apud Coloniã Agrippinã in ſacello Chriſtiano. Puto iam ſatis conſtare ex tot autorum teſtimonijs, ubi primas ſedes ſuas Franci habuerint, quamq́ꝫ regionem poſt inuaſerint dextram Rheni ripam inhabitaturi. Conſtat præterea puros putos Germanos fuiſſe. quod alio loco magis cõfirmabitur, ubi de lingua Francorum diſputabimus. Iſti uero Barbari nobiliſſimum in Gallijs regnum conſtituerunt, quæ perpetua Germanorum laus eſt, multisq́ꝫ ſeculis tenuerũt, donec paulatim abſorberẽtur. At inter Gallos hodie ut quiſqꝫ procerum plus Francici ſanguinis à maioribus ſuis habet, ita regno fit propior. Et durat adhuc durabitq́ꝫ inclytum Francorum nomen. Quem enim pudeat à tam ſtrenua gente duxiſſe originem? Certe Romanis minus de ſui initio gloriari licet. Sed nunc de præſtantiſſima Alemannorum gente diſſeramus.

ALEMANNI IN GERMANIAM INTER MENVM Rhenum, & Danubium iuxta ſyluam Martianam.

FRancorum origo nõ multo pluribus hactenus nota fuit, quàm eſt & Alemannorum. De nomine uero ut paſſim ineptiunt ſcriptores, dum alius à Lemanno lacu trahit prorſus alienam etymologiam, feſtiuam alius ab ala magna. quod põtifex quidam Romanus feciſſe dicitur exhortaturus Germanos ad bellum cõtra Turcas. Nõ nulli à Limmaha amne qui è lacu Turegienſi profluit, deducere ſunt auſi. Sed omnium ineptiſſimus eſt Annius quidã in Beroſum, autoris fabuloſi fabuloſior interpres. nam quoties ille hircũ mulget, iuxta prouerbium, hic cribrum ſupponit. Non nego tamen doctum fuiſſe qui nobis Beroſum effinxit quiſquis fuit. nam ita rem tẽperauit, ut nõ cuiuis impoſtura ſtatim ſuboleat. Is legerat apud Tacitũ, Germanos dicere Herculem apud ſe fuiſſe, quare quum forte deeſſet nomen regis, aſcripſit, apud Tuyſcones regnat Hercules Alemannus, & hunc Teutanis filium facit. Annius nugis nugas cumulãs Hebraicam etymologiam, ſi dijs placet, affert ex Talmutiſtarum arcanis literis, אלין enim alueum ſignificare, & Mannum eſſe Rhenum. proinde dictos Alemannos, quod ad Rhenum habitent. O ſomnia. Nouum eſt Alemannorum nomen, & multo recentius quàm Germanorum. Auditum autem eſt primum, ut ſuſpicor, ſub Probo Aug. Fl. Vopiſcus in uita Proculi. Nam Alemannos, inquit, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non ſine gloriæ ſplendore contriuit. Cuius cauſa, quia Germanorum nomen uſitatius erat, Alemannorum uero nouum & ignotius, præſertim Prouincialibus. Itaqꝫ reperio longe antea Antoninum Caracallam Alemannici cognomen uſurpaſſe,

paſſe, quòd Alemannorum gentem uiciſſet. & Claudium Cęſarem, qui poſt Gallienum imperauit, legimus innumeras Alemannorum cohortes non procul Benaco lacu contudiſſe. Huius uocabuli etymologiam rectius explicat Aſinius Quadratus, qui apud Agathiã, collectitiam gentem fuiſſe teſtatur, quam rem ipſum nomen præferat. Nec ideo ἀπὸ τοῦ ἀλήμενου deduci debet, quod Græcis errare ſignificat, perinde ac Alemãni ſint ἀλήμονες, ſed Germanica dictio eſt. Enimuero ſuſpicor quum Germani illi Septentrionales ex magna parte Sueui Tranſalbiani cum aliquot ulterioribus nationibus, mutare ſedes & opportuniora ad deprædandas Romanorum prouincias occupare loca conſtituiſſent, nam illic præ multitudine potentiſſimorum populorum, hinc Francorum, illinc, Sueuorum, Quadorum, Marcomannorum uix ullus incurſioni patebat aditus, imitati priores Germanos, qui tranſito Rheno primi ſibi hoc nominis indiderunt, & ipſi nouo uocabulo ſe Alemannos appellarunt, glorioſo quidem nomine, ſed formidabili conſanguineis populis ac miſeris prouincialibus, nempe quòd fortiſſimi bellatores eſſent & uiri omnes. Nam hæc eſt huius uocis Germana interpretatio. Afferam huius rei ſimile exemplum. Noſtra ætate militũ manus in inferiori Germania ſe diabolos appellarunt, ad incutiendum terrorem ijs aduerſum quos mittebantur. Veſtes erant nigræ, haſtæ nigræ, uultus ipſi nihilo candidiores. & certè multis iuxta nomen perniciem attulerũt donec crebris bellis conſumerentur. Non aliter ambitioſum hoc uocabulum collectæ Germanorum genti fortunamq; nouam tentaturæ placuit. Et hactenus de nomine. Porrò Alemanni inter Mœnum amnem, Danubium, Rhenum, & fontem Danubij ſiue limitem qui Rhetiam ac Germaniam diuidit, nouas ſedes fixerũt. nõ quòd hanc latam Germaniæ partem antè nõ tenuerint Germani, ac partim Sueui, ſed quòd tum pauciores incolas haberet is tractus, & cõmodior eſſet illinc ad Rhetiam primam, hinc ad Maximam Sequanorum & Primam Germaniam incurſandã opulentiſſimas prouincias: quod unum ſpectabant Alemanni. Quo nomine nihil ambigo prioribus cultoribus gratum fuiſſe conſanguineorum ſuorum aduentum. Argumento nobis eſt illos à Septentrione ueniſſe, quòd quum Gothi Burgundiones adhuc in ſuis ſedibus agenteis excinderent, Alemanni profligatos reſtituere uoluerunt, nõ hoc facturi niſi aliquid uel amicitiæ uel fœderis inter ipſos interceſſiſſet, ex ueterum fortaſſis ſedium uicinia. Docet hoc quod dixi Mamertinus Panegyriſtes in Genethliaco ad Maximianum Aug. Gothi, inquit, Burgundiones penitus excindunt. Rurſum pro uictis armantur Alemanni. Adde huc

quod

quòd quum à Gothis eiecti Burgundiones, in Germania ſedis inopes uagarentur, ad Alemannos tanquam amicos cõceſſere. Sed quũ potentem gentem recipere nollent, illi ui & ferro in Alemanniam, non tamẽ citra damnum ſuum irrupere: & aliquot illic annis conſedere, donec in Sequanos maturius tranſirẽt. Nam diſcordiam inter Alemannos & Burgundiones pepererat illa uiolenta irruptio. Colligere licet hoc ex Mamertino: Burgundiones, inquit, Alemannorũ agros occupauere, ſed ſua quoq; clade quæſitos. Alemanni terras amiſere, ſed repetũt. Porrò Martiana ſylua ſiue Hercynia Alemannis tutum perfugiũ erat aduerſum Romanos inſequenteis, quod aliquoties accidit. Narrauimus ſuprà quum de ſtatu ueteris Germaniæ loqueremur, Probum Germanos ultra Albim, & Alemãnos ultra Nicrum ſubmouiſſe, emaculantes Vopiſci locũ & Auſonij carmẽ. Nec fruſtra Manlius Statianus apud Fl. Vopiſcũ in uita Probi, dixit, Teſtes Germani & Alemanni longè à Rheni ſubmoti littoribus. Nam cõmuni Germanorum uocabulo, nationes cis Albim habitantes intelligit, Bructeros, Cheruſcos, & Chattos. Per Alemãnos autem innuit eos qui Martianas ſyluas incolebant, quos Schuartzuualderos appellamus uulgo, quaſi nigræ ſyluæ cultores, quòd uernacula ſimplicitas Martianam in Schuartzam, hoc eſt nigram detorſerit. Ammianus de Iuliano Cæſare, Profecturus itaq; per Martianas ſyluas uiaſq; iunctas Hiſtri fluminis ripis, inter ſubiecta uehementer incertus id uerebatur, ne contemptus, ut comitantibus paucis, multitudinem offenderet repugnãtem. Erat autem tum Iulianus in Rauracis. Maximianus Herculeus regẽ quendã Alemannorũ cepit, & per põtem Magonciacenſem ingreſſus totam Alemanniã populando percurrit uſq; ad traiectũ Guntienſem, hoc eſt uſq; ad pontem qui apud Guntzeburgũ oppidum hodieq; ſeruatur. De qua re Panegyriſtes, Captus, inquit, rex ferociſſimæ nationis inter ipſas quas moliebatũ inſidias, & à ponte Rheni uſq; ad Danubij tranſitũ Guntienſem deuaſtata atq; exhauſta penitus Alemãnia. Sic enim illic legendũ, nõ, cõtinenſem. Idem ad eundẽ Maximianũ paulo pòſt, Nũc uero toto orbe terrarum, inquit, nõ modo quà Romanus limes fuerat, uirtute ueſtra recepto, ſed etiam quà hoſtilis edomito, quum toties proculcata eſſet Alemannia, toties obtrita Sarmatia, Vitungi, Quadi, Carpi toties profligati, ſubmittente ſe Gotho pace poſcenda, ſupplicante per munera rege Perſarum, urebat animos, quod nũc deniq; confitemur, una illa tanti imperij contumelia, eoq; nobis intolerabilior uidebatur, quòd gloria ſola reſtabat. Hæc ille. Facilis erat Alemannis iam ad Martianã ſyluam conſidentibus in Galliã interiorem per

Panegyriſtæ locus

Rauracos uel Tribochos irruptio. Proinde Conſtantius Cæſar pater Conſtantini Magni, prope Lingonas in Sequanis ingentem de Alemannis reportauit uictoriam principatu Diocletiani Aug. in eo conflictu grauiter uulneratus. Quam rem Eutropius hijs uerbis deſcribit, Per idem tempus, inquit, à Conſtantio Cæſare (ſic enim illic legendum, non, Conſtantino) in Gallia pugnatum eſt circa Lingonas, die una aduerſam & ſecundam fortunã expertus eſt. Nam quũ repente Barbaris ingruentibus intra ciuitatem eſſet coactus tam prę cipiti neceſſitate, ut clauſis portis per murum funibus tolleretur, uix quinque horis medijs aduentãte exercitu, ſexaginta ferè milia Alemannorum cęcidit. Panegyriſtes ad Conſtantinũ de patre Cõſtantio loquens non modo huius Lingonicæ uictoriæ meminit, ſed & alterius apud Vindoniſſam, quod Heluetiorum oppidum fuit, nunc exiguus uiculus, aduerſum Alemannos obtentæ. Quid cõmemorem, inquit, Lingonicam uictoriam, & Imperatoris ipſius uulnere glorioſam? Quid Vindoniſſæ campos hoſtium ſtrage completos, ſed adhuc oſſibus opertos? Indicat Nazarius in Panegyrico ſuo, quaſdam Germanorum gentes, & in hijs Alemãnos, primũ ſigillatim quãque, deinde coniunctis uiribus contra Conſtantinum mouiſſe. Quid memorem, inquit, Bructeros, quid Chamauos? quid Cheruſcos, Chabiones, Alemannos, Tubantes? bellicum ſtrepũt nomina, & immanitas Barbariæ in ipſis uocabulis adhibet horrorem. Hij omnes ſigillatim, dein pariter armati, cõſpiratione fœderatæ ſocietatis exarſerant. Addit Nazarius, collectum iſtarum gentium exercitum ab ipſo Conſtantino duobus tantum comitato, ſed priuato cultu confidenter aditum, feciſſe eum uerba, ſpem illorũ agitaſſe, & uerſaſſe credulitatem (ſic enim illic legendum) negaſſeque Cõſtantinum eſſe præſentem. Quæ res fecit ut Germani incurioſius agerent, faciliusque profligarẽtur. Nam Romanos propter abſentiam Imperatoris cõtemnebant. Hic fuit aſtus Conſtantini aduerſum Germanos. Imperiale faſtigium præcipuè debet Alemannis Cõſtantinus. Siquidem quũ in Britanniam ex Roma adiutus curſu publico profugiſſet, & tum forte pater ipſius Conſtantius illic uitam cum morte commutaret, præcipuus illi autor fuit capeſſendi imperij Rex Alemannorum Erocus qui in aula Conſtantij agebat. Id quod à Sexto Aurelio proditum eſt. de Conſtantino enim loquens, Mortuo patre cunctis, inquit, qui aderant adnitentibus, ſed præcipuè Eroco Alemannorum Rege auxilij gratia Conſtantium comitato, imperium capit. Huius filius Conſtantius quum aduerſum Gunomadum & Vadomarium fratres Alemannorum reges qui ſuperiorem partem ſyluæ Martianę te

Eutropij locus

Victoria Lingonica

Victoria Vindoniſſenſis

Nazarij locus

nęte

næ tenebant contra Rauracos bellum inſtituiſſet propter deuaſtatam Galliam, & Romani milites pontem cõiunctis nauibus in Rheno ſuſpendiſſent, ita reſtiterunt Alemanni, ut hoſtes retrocedere cogerentur. Quare tentarũt per uadum quod quidam oſtẽderat, Rhenum furtim tranſire. Sed illic uigilabant Alemanni. Mirũ autem eſt quòd tum à Conſtantio pacem orarunt, quam impetrare facillimum erat. putat Marcellinus aruſpices diſſuaſiſſe pugnam. Eodem autore conſtat Alemannos apud Conſtantium meruiſſe, & quoſdã ad ſumma honorũ faſtigia prouectos. nam Latinus (forte Altinus) domeſticorum Comes fuit, Agilo tribunus ſtabuli, Scudilo, rector ſcutariorum. Hij tũc, inquit ille, uelut dextris ſuis geſtantes rempublicam colebãtur. Vnde Alemannorũ ſigniferũ legimus ad Perſas diſceſſiſſe quòd ei parũ cõueniebat cum Iouiniano qui poſt Iuliani mortem imperiũ eſt adeptus. Paulo poſt rurſum ob eandẽ cauſam Alemannis indixit bellũ Conſtantius. Egreſſus tum in Rhetias quũ ad campos quos Cauinos uocant, ueniſſet, præmiſit Arbetionẽ iuſſum ut ripam Brigantini lacus emetiens, Alemannos ſi quos offendiſſet, mox inuaderet. At hij è latebris quibuſdam exilientes, Romanos in fugã uerterunt. Ob quam uictoriam elati, circa munimenta Romanorũ, quæ ad Rhenum & lacum Brigantinũ erant, ubi hodie Conſtantia uiſitur, caſtellũ ſiue munimentũ id temporis contra Alemãnos à Cõſtantio conditum, ſuperbè obambulantes à conuicijs in illos non abſtinebant. Sed quũ prædis inhiarent diſperſi, fugati ſunt & ipſi à Romanis. Coactus eſt deinde Conſtãtius Iulianum patruelem ſuum titulo Cæſaris ornatum ad defenſionem Galliarũ mittere contra Alemannos & Francos, qui propter abſentiam Imperatoris longinquis diſtenti bellis prouincias ſubinde uexabant, ſed præcipuè Gallias. Obſederant tum Auguſtodunũ in Heduis Alemanni. Iulianus nouus Cæſar primo ueluti rudimento depulit illos. Liberauit & Trecaſſes, Senonasq́ꝫ. Poſtea per Decem pagos (loci nomen eſt) in primam Germaniam profectus quam Alemanni iam poſſidebant, ciuitates omnes à Barbaris uẽdicauit, primam omniũ Brocomagũ, uulgò Bromat hodie uocatur frigidus uicus infra Argentoratum, nam per tres Tabernas ut puto uenerat Iulianus, deinde Argentoratum, Tarbellos, Sebuſianos, Nemetas, Vangionas, & Magonciacũ. Digreſſo Senonas in hyberna Iuliano rurſum cuncta uaſtabãt Alemanni. Quare Barbatio cũ xxv. milib. armatorũ miſſus eſt ad Rauracos. Proximo loco Seuerus exercitum habebat. Nihilominus Alemanni inter hoſtiũ gemina caſtra feliciter in Galliã irruperũt, & Lugdunũ depopulati ſunt. Forte legendũ apud Marcellinum, Ebredunum, Marcellini locus

quod oppidum nō procul aberat à Rauracis. Verum quum rediret onuſti præda, ab equitibus Romanis partim male ſunt accepti. Non tamē auſus fuit Barbatio illos aggredi, cum Bainobaude tribuno, & Valentiniano qui poſtea fuit imperator, equeſtrium turmarū recto ribus. Tantum uero terroris exercitus iſti Romanorum Alemānis incuſſerunt, ut qui trans Rhenum ſedes fixerant dum abſunt diu Romani, domicilia ſua alioqui ob difficultatē uiarum inacceſſa cęſis etiā arboribus communirent, & multi diffidentes ſe tueri poſſe in inſulas Rheni profugerent. Ad unam inſulam ſcutis in modum alueorū ſuppoſitis, nando Romani milites peruenere. Trucidati ibi uiri mulieresq́ꝫ, nec ab infantium cæde temperatum. Eam inſulā eſſe reor in qua cœnobium eſt hodie Benedictinorū quod Rheni augiā appellant prope cataractas eius amnis infra Scheffhuſium. Cæterū dum Romanus miles partim agrarijs ſtationibus occupatus eſt, ne uis inferretur illis qui frumēta colligebant, Alemanni Barbationem adoriuntur, & uſqꝫ ad Rauracos fugatum, captis calonibus ſarcinis iumentisqꝫ ſpoliant. Quæ uictoria commouit octo reges Alemannorum, ut coniunctis uiribus Rhenum cum Iuliano pugnaturi trāſcenderent. Apud Argētoratum fixere caſtra ſua. Cæſar relictis Tribus tabernis quod munimentum tum reparabat, Alemannis obuiā proficiſcitur. Cōſeruntur manus. Equitum cuneos primum noſtri diſiecere. Sed pedites fortiter reſiſtebant. Hos inclinatos, auxiliares Batauī reſtituunt. Itaqꝫ uincunt Romani. Capitur ingens ille & obeſi corporis Chōdomarius Alemannorū rex, qui cū Serapione eū exercitū duxerat. Is ab Iuliano primū miſſus ad comitatū Cōſtantij Aug. tū apud Mediolanū agētis. ſed ab illo Romā deductus, in Caſtris peregrinis quæ in mōte ſunt Cælio, morbo ueterni cōſumptus eſt. Iulianus occiſorū corporibus humari iuſſis per Tres tabernas, ubi aliquā diu cōmoratus eſt, prædā omnē cū captiuis in Mediomatricos aduehendam curauit. Ipſe mox cū exercitu Magonciacū eſt profectus, & illic ponte tranſito, terras Alemannorum intrauit. Qui pleni terroris ob cladē nuper acceptā, primum pacem petere uiſi ſunt. ſed ſubito mutatis animis bellum indicebant. Itaqꝫ Iulianus aſtu cum illis agēdum ratus, noctu manū militū nauigijs impoſuit, iuſſitq́ꝫ ut egreſſi tum ferro tum flammis omnia uaſtarent. Quū poſtero die fumum hinc inde uidiſſent Alemanni, perterriti, nam ingentem exercitum tranſiſſe ſuſpicabantur, & equites Romani paſſim diſcurſabāt, trans Mœnum amnem (ſic enim in Marcellino legendum, nō, Rhenū) aufugerūt. Multū damni tum Alemānis illatū eſt. nā abacta pecora, uillæ & domus ritu Romano cōſtructę exuſtę ſunt, frumēta aſportata,
abducti

abducti captiui. Iam ad decimum lapidem à Magonciaco in Alemãniam proceſſerat miles Romanus, quum repertis ſemitis quæ abiegno robore erant obſtructæ, nõ tam ob inclementiam cœli, præterierat enim æquinoctium autumnale, quàm ob uiæ difficultatem aſperitatemq́ꝫ, progredi nequiuit. Et timebãtur in ſeceſſibus auijs hoſtium inſidiæ. Cæterum nemine prodeunte rem egregiam Romani ſunt aggreſſi. Marcus Vlpius Traianus, is qui adoptatus à Nerua Cocceio, Traianus Nerua dictus eſt, quum Germaniã prouinciã ad miniſtraret, nã agens Agrippinæ eſt adoptatus & Cæſar factus, omnia munimẽta ac caſtra quæ olim Druſus Germanicus in ueteri Germania trans Rhenum ſub Auguſto cõſtruxerat, diligenter reſtituit, quædam à fundamẽtis erexit. Atqꝫ hoc eſt quod de eo prodit Eutropius, quũ inquit, Vrbes trans Rhenũ in Germania reparauit. Is Traianus etiã in Germania, quæ poſtea ceu docuimus Alemannia dicta eſt, nõ procul à Meno Rhenoq́ꝫ fluminib. arcẽ cõſtruxerat, dum Germanos perſequitur, quã à ſuo nomine Traiani arcem appellauit aut Traianum. Fuit autẽ ille nõ minus uir fortis quàm & laudis cupidus quod uel ſolæ inſcriptiones teſtentur quæ hodieq́ꝫ in Dacia extant innumeræ, & Vlpia Traiana ciuitas eius prouinciæ ſic nominata. ut hunc herbam parietariã nõ infeſtiuè uocarit iocans Cõſtantinus. Id munimẽtum partim à Germanis dirutum, partim ab ipſa uetuſtate cõſumptum quũ reperiſſent in iſta de qua nũc loquimur expeditione Romani milites, & nemo obſiſteret, iuſſu Iuliani primũ tumultuariè repararunt, & defenſores in eo collocarũt aduerſus Alemannos. deinde pace cũ hoſtibus firmata accuratius munierũt, nõ ſolum tormentis muralibus ſed & annona. Nam quũ tres Alemannorũ reges, ex hijs qui uictis apud Argentoratum ſuppetias miſerãt, tandem ueniſſent, ea cõditione pacem obtinuerunt, ut nõ minus fœdera quàm ipſum munimentum ſeruarent illæſum, ſi opus eſſet frumenta afferrent, locumq́ꝫ defenderent. Id munimentum eſſe conijcio quod hæc ætas Cronburgum uocat, quaſi Tronburgum, hoc eſt Traiani burgum, à Principe Catthorum ſuperioribus annis occupatum, quod Hartmannus loci dominus Siccingij partes ſequeretur. Porrò non poterãt quieſcere noſtri. nam Vithũgi Alemãnorũ pars, quos poſſibile eſt Vuirtenbergẽſi ditioni dediſſe nomẽ, ab illis profectos qui Trebellio Pollioni Virtingi dicũtur, Italiæ minãtes, Rhetias miſere deuaſtabãt, ita ut etiã oppida obſiderẽt, quod prioribus incurſionibus nõ erat factũ. Sed Barbatio magiſter peditũ poſt Syluanũ Francum, & Neuita præpoſitus equitũ, cũ ualida manu illos depulerunt. Sub Valentiniano tertio Vithungos rurſum, in Rhetiam ſecundam

Caſtrũ Traiani

dam

dam quæ Vindelicia prius dicta fuit,& in Noricum incurſaſſe conſtat,qui eoſdem ab Auito repulſos commemorat, hoc carmine,

Iam poſt Vithungos,& Norica bella,ſubacto
Victor Vindelico.

Cæterum quum Iulianus Francos & Chamauos in Germania ſecunda compeſcuiſſet,ſupra Magonciacum ponte facto Rhenũ tranſijt Alemãnis iugum impoſiturus. Vbi Marcellus Seuerus adeo cognitam ante uirtutem Alemannorum timuit,ut extrema ſit minatus indicibus uiarum qui præcedebant ni iurarẽt ſe penitus iter ignorare. Hoc faciebat ne progredi cum exercitu cogeretur . Et tamen quũ ſic cunctarentur Romani,ſuapte ſponte uenit Sunomarius Alemannorum rex,& cum Iuliano pacem inijt, redditis captiuis quos domi detinebat,& annonam mittere pollicitus. In Hortarij deinde regnũ itum eſt per occultam ſemitam indicio captiui cuiuſdã.nam uiæ cæſis arboribus interſeptæ erant.uici exuſti,pecora abacta,homines interempti. Quod uidens Hortarius rex & ipſe ueniam precaturus accurrit. Reddidit captiuos,& in uſum reparandarum urbium quas in Germania prima Alemanni exciderant,materias & ligna ſubuehere iuſſus eſt.nec enim frumenta dare potuit propter uaſtationẽ paulo ante factam & incendium. Reditum in hyberna. At quoniam nondum tota pacata erat Alemannia,nam adhuc ſex reges hoſtes erant, Macrianus,Hariobaudus,Vadomarius,Varius,Vrſicinus & Verſalpus,ineunte uere exploratorem Hariobaudem,Germanici ſermonis peritum , ſpecie legationis ad Hortarium regem iam pacatum miſit. Quo reuerſo quum totus exercitus Magunciaci collectus eſſet,noluit Iulianus illic ponte Rhenum tranſire , quanquam hoc faciendum Florentius & Lupicinus contenderent , ueritus ne fœderatorum regum terræ uiolarentur,quando tranſitus militũ citra maleficium nõ fiunt. Et iam Sunomarium regem amicum Romanis cuius pagi ulterioribus Rheni ripis adhærebant , Alemanni monuerant ne uenientem exercitum trãſire ſineret. Quum uero negaret ſe ſolum hoc poſſe,magnis illi uiribus Magonciacum properant , ipſi ripas obſeruaturi. Nõ placebat Iuliano conſiliũ cõtexendi põtis, q̊d nollet periculo ſuos exponere. Verũ noctu trecẽtos tantũ milites ad hoſtilẽ ripã ſummo ſilẽtio nauib. tranſuehi iubet. Qui cũ Alemãnos trãſeundo fefelliſſent,ad ignes hoſtiũ tantũ intẽtos, inciderũt adhuc ea nocte in reges,regaleis,& regulos quoſdã quos Hortarius rex nihil de Romanorũ traiectione ſciens,ne quis id actũ dolo putet,ad cõuiuium uocatos,uſq; ad tertiam uigiliã extentis epulis more gentili tenuerat.nec contingere ullo modo potuerũt, tenebrarũ & equorũ

Marcellini locus

a diu-

adiumento,quò dubius impetus truſit,abreptos. ſic enim caſtiganda Marcellini uerba.quos autem ex ſeruis nacti ſunt,occiderũt. Cognito Romanorum tranſitu,territi ſunt reges,& qui pōtem ne ſtrueretur obſeruabant,domum reuolant ſuis rebus cōſulturi. Quo tempore,ponte conſtituto cæteræ cohortes ſunt Rhenum tranſgreſſæ. Seruauit Hortario fidem miles nihil damni inferens. At ſecus actũ in hoſtili terra.In regione Cappellatiana,quæ à Palas nomen habet, cui hodie præeſt Comes hinc dictus Palatinus,caſtra ſunt poſita.nã expectabantur Macrianus & Hariobaudus germani fratres, & reges,qui pacem & fœdus petituri ueniebant. Superuenit & Vadomarius rex contra Rauracos habitans limiti uicinus,hoc eſt,è regione uiculi,cui Auguſtæ nomen eſt,miliario ſupra Baſileam,nō ſuam ſolum ſed & Varij, Vrſicini,& Veſtralpi ſociorũ regũ cauſam acturus. Macriano & Hariobaudo data pax,& Vadomario qui pridem in clientelã à Conſtantio fuerat receptus. Abſentibus regibus nihil reſponſum eſt. Sed paulo pòſt in ipſorum fines immiſſis populatoribus didicerũt,proprijs legatis pacem eſſe ſeriò petendam. Quam omnes ſimili conditione obtinuerunt,ut uidelicet captiuos redderent,quos crebris excurſionibus abduxerãt. Atq; hinc fama nata celebris de Iuliano,quòd Alemanniæ regna quædam proſtrauiſſet,recepiſſetq; oppida Gallicana antè direpta à Barbaris & exciſa, quos ipſe tributarios fecerit & uectigaleis. Quæ res illi non mediocrem inuidiam conciliauit apud Conſtantium arrogãtiſſimum principẽ, quem adeo non pudebat manifeſtæ uanitatis, ut Chonodomarium Alemannorũ regẽ à ſe captũ prædicaret,ſeq; ſtetiſſe inter ſigniferos: nam hæc in annaleis ſuos referri iuſſit,quum tamẽ nemo nō ſciret id horæ quũ cōmiſſa pugna eſt,quadrageſima manſione fuiſſe Cōſtantium ab Argẽtorato diremptũ. Is timens quòd poſtea accidit, ut eſt nulla fides regni ſocijs,ne diſcederet è Gallijs Iulianus ueluti re confecta,monet occultè per literas Vadomarium Alemannorũ regem ueterem clientẽ,qui,ceu diximus,è regione Auguſtæ Rauricę Martianam ſyluã accolebat,ut diſſimulans interim ſe eſſe hoſtẽ,nam nuperrimè cũ Iuliano fœdus ſanxerat, quemadmodũ mox retulimus, ſubmitteret aliquos qui collimitia uicina popularentur. Itaq; uidẽs Iulianus tum Rhetiæ cōfinia uaſtari, miſit Libinonem quendã qui populatores arceret. Is nō procul Sanctiōe oppido quod hodie Seccingã dici puto D. Fridolino nobile, niſi Veſontiōe legẽdũ illic eſt, cũ Alemãnis cōfligens occubuit, ex ſuorũ numero nō paucis deſideratis,& ob ducis mortẽ mox in fugã uerſis. Poſtea Vadomarius uaferrimus princeps cœpit Iuliano ſuſpectus eſſe, cui ſubolebat, illud

autore Conſtantio factum. Sed aperta res eſt, quum paulo poſt ſcriba Vadomarij à ſtationarijs militibus comprehenſus eſt literas ad Auguſtum perlaturus, in quibus & hoc inerat preter alia multa, Cæſar tuus diſciplinam non habet. Proinde Iulianus comprehendi Vadomarij conſilium init. Obſignatam ſchedam ob alia negocia quædam in Rauracos proficiſcenti Philagrio cuidam tradit, iubens ne aperiret niſi cis Rhenum uiſo Vadomario: nam in caſtra Romanorũ uel apud Auguſtam Rauricã uel apud Cõfluentes, Vindoniſſam, Forum Tiberij, item alijs locis ſubinde trans Rhenum commeabat. nec tum quicquam mali ſuſpicabatur. Forte contigit ut apud Præpoſitum militũ utriꝗ in cœna accumberẽt. Philagrius inſpectis prius literis, à conuiuio Vadomarium capit, comitibus ipſius dimiſſis. Ad Cæſarem inde ductus eſt, & mox in Hiſpanias relegatus. Hic poſtea Phœnicen rexit Ducis nomine, miſſus ad Nicæam oppugnandam ſub Valente. Exregem Alemannorum uocat Ammianus, quòd rex Exrex eſſe deſijſſet, ut ætas ea dixit, Expræfectum, Exconſulem, Exquæſtorem, Excomitem. Sic enim eius uerba legenda ſunt, Ad quam obſidendam, cũ huiuſmodi pugnarũ peritis Vadomario miſſo duce Exrege Alemannorum, Valens Nicomediam pergit. Quid igitur mirum ſi Iulianus Cæſar poſt tot bella cum Alemãnis geſta, apud Marcellinum milites pro concione alloquens ſic glorietur? Retexere ſuperfluum, inquit, puto, quoties hyeme cruda, rigẽtiꝗ cœlo, quo tempore terræ ac maria opere Martio uacant, indomitos antea, cum iactura uirium ſuarum repulerimus Alemannos. Id ſanè nec prætermitti debet nec taceri, quòd quũm prope Argentoratum illuxiſſet ille beatiſſimus dies, uehens quodammodo Gallis perpetuam libertatem, inter confertiſſima tela me diſcurrente, uos uigore uſuſꝗ diuturnitate fundati, uelut incitatos torrentes, hoſtes abruptius inundanteis ſuperaſtis, ferro proſtratos, uel fluminis profundo ſubmerſos, paucis relictis noſtrorum, quorum exequias honeſtauimus celebri potius laude quàm luctu. Et in alia rurſum oratione quã in Rauricis apud milites habuit per Martianas ſyluas profecturus ad Danubiũ, quod tutò licebat Vadomario rege iam capto: Arbitrio dei cœleſtis, inquit, uobis inter ipſa iuuentæ rudimenta permixtus, irruptiones Alemannorum aſſiduas & Francorum, populandiꝗ uigẽtem licentiam fregi, uigoremꝗ comminui. Romanis agminib. quoties liberet Rhenum peruium feci, contra murmura, fremitus, gentiumꝗ ualidarum uiolentos excurſus ſtãdo immobilis. Ammianus fautor pietatis Chriſtianæ ridet Iulianum, qui gaudens opinionum diſſidijs quæ inter Chriſtianos erant, quòd ſic uidelicet impius homo di-

mo diſcordē plebem minus timeret, exhortatus ſit Epiſcopos intra palatium ad ſe cum populo uocatos, ut ciuilibus diſcordijs conſopitis quiſq; nullo uetāte reginæ ſuæ ſeruiret intrepidus, exclamaritq;, Audite me quem Alemanni audierunt & Franci. Quibus uerbis alluſit ad Plautinum illud in Sticho, Suus rex reginæ placet, Sua cuiq; ſponſo ſponſa. Item ad id quod ex Attilio Tullius citat, Suam cuiq; ſponſam, mihi meam, Suum cuiq; amorem, mihi meum. Non tacuit Iuliani uictoriam de Alemannis apud Argentoratum Nazarius Panegyriſtes, addens cauſam offenſi Conſtantij. Florentiſſimas quondam, inquit, antiquiſſimasq; urbes Barbari poſſidebant. Gallorum illa celebrata nobilitas aut ferro occiderat, aut immitibus addicta dominis ſeruiebat. Porrò aliæ quas à uaſtitate Barbarica terrarum interualla diſtulerant, Iudicum nomine à nefarijs latronibus obtinebantur, ingenua indignè cruciātibus corpora. ſic enim illic legendū. Nemo ab iniuria liber, nemo intactus à contumelia, niſi qui crudelitatem prædonis precio mitigaſſet, ut iam Barbari deſiderarentur, ut præoptaretur à miſeris fortuna captorū. In hoc ſtatu Imperator noſter Gallias nactus, minimum (ſic enim legendum eſt) habuit aduerſum hoſtem laboris atq; diſcriminis. Vna acie Germania uniuerſa deleta eſt. Vno prælio debellatum. Sed emendatio morum iudiciorumq; correctio, & difficile luctamen & periculi plenum negocium fuit. Nam ut quiſq; improbiſſimus erat, ita maximè Cæſaris rebus inimicus, uitandis legum pœnis de nouo ſcelere remedia quærebat. & quia defendere admiſſa flagitia nō poterat, in autorem iuris (ſic enim legendum) inuidiam congerebat. Et quum ſancti Principis artes (ſic ſcribendum) atq; inſtituta, falſarum opinionum uituperationem licentem (ita lego) ſubmouerent, callido nocendi artificio accuſatoriam diritatem laudum titulis peragebant, in omnibus conuenticulis quaſi per beniuolentiam illa iactantes, Iulianus Alemanniam domuit, Iulianus urbes Galliæ ex fauillis & cineribus excitauit. Illæ prouinciæ obſeſſæ, expugnatæ, ferro igniq; uaſtatæ, beatiores ſunt hijs oppidis quæ habet ſine hoſte Cōſtantius. Æſtates omnes in caſtris, hyemes in tribunalibus degit. Ita illi anni ſpacia diuiſa ſunt, ut aut Barbaros domitet, aut ciuibus iura reſtituat, perpetuum profeſſus aut contra hoſtem, aut contra uitia certamen. De rebellante Alemannia rurſusq; ſuperata, ac de profectione Iuliani per Martianam Alemannorum ſyluam in Illyricum, ſubdit Nazarius, Mitto cunctā, inquit, Barbariam aduerſus uindicē Romanę libertatis in arma commotam, gentesq; recens uictas, ſed (ita namq; lego) aduerſus iugum nuper impoſitum ceruice dubia contumaces, rediuiuo furore, nefandis

Nazarij loci emendati

Pugna Argentoratenſis

dis ſtimulis excitatas. quæ omnia, obſtinatam & immobilem Principis tandem uicere patientiam. Itaqꝫ quum in ipſo molimine oppreſſiſſet Alemanniam rebellantem, qui paulo antè inaudita regionum, fluuiorum, montium nomina exercitu uictore peragrauerat, per ultima ferarum gentium regna, calcata regum capita ſuperuolās, in medio Illyrici ſinus apparuit. Quod autem dixit, nefandis ſtimulis, intelligit de Vadomario ad rebellionem incitato per Cōſtantium. Idē Nazarius Nepotianum & Syluanum Francū Imperialis faſtigij inuaſores ſub Cōſtantio, negat æſtate Alemannicū puluerem, hyeme pruinā Thraciæ intectis uerticibus perferre potuiſſe. Hactenus de Iuliani bellis aduerſum Alemānos. Sub Valētiniano rurſum in Gallias acerrimā incurſionē Alemanni fecere, cuius hæc fuit cauſa. Mos erat id temporis apud Romanos principes quarumlibet gentium legatos muneribus certi ualoris honorare. Miſerant tum, incertum cuius rei gratia, ad comitatum Cæſaris legatos ſuos Alemanni, quibus minus datum eſt quàm aliâs exhiberi ſolebat. quare munera accepta propter uilitatem coram Imperiali procuratore fruſtra ſuccenſente in terram abiecerunt, durioribus etiā uerbis expoſtulante cum illis Vrſatio Magiſtro officiorum. quæ res eos longe commotiores reddidit. Reuerſi domum contemptos ſe prædicant, & à Cæſareis miniſtris contumelioſius acceptos. Dignáqꝫ ea cauſa uiſa eſt quam bello ſtatim ulciſcerentur. Igitur Dagalaiphum miſit contra Alemannos Valentinianus, qui ingreſſus regionem illorum, parum hoſtes afflixit, copias ſuas cito reducere coactus. Agebat tum Pariſijs Valentinianus, & libēter Conſtantinopolim abiſſet propter Procopiū qui in Oriente res nouas moliebatur. Verum adeo Galli timebant Alemannos, ut rogarent etiam nobiles miſſis legatis ciuitates, ne ſe immanibus hoſtibus exponeret propugnatore carenteis. Itaqꝫ precibus Gallorum uictus manere decreuit, plus ſemel publice profatus, hoſtem ſuum fratriſqꝫ ſolius eſſe Procopiū, Alemannos totius orbis Romani. Quæ uerba mendoſiſſime leguntur apud Marcellinū, hoc modo, Hoſtem ſuum fratreſqꝫ ſolius eſſe Procopium Alemannico ſitu totius orbis Romani. Sic olim M. Aurelius Claudius prius Gothos perſequendos cenſuit Reipublicę hoſtes, quàm Tyrannos qui ſoli Principi inſidientur. Adhuc urebat Alemannorum animos uetus illa contumelia quam concoquere nō poterāt, ſimul incitabat nouum damnum quod inferēte Dagalaipho nuper perpeſſi erant. Proinde Galliā exercitu ualidiſſimo rurſum ingrediuntur. Sed hos aſſecutus Gratianus apud Argentuariā tum oppidum, nūc uicum agro Colmarienſi finitimū (diſtat autē tribus miliarijs à Seleſtadio) magna

Ammiani locus

gna

gna ſtrage deleuit,xxx. milibus profligatis. Cuius uictoriæ triumphum in carmine Moſella Auſonius cõmemorat,ultra Nicrũ fluuium Martianæ ſyluæ fugatos hoſtes canẽs, ut ſuprà citauimus. Poſt iſtam cladem acceptam aliquandiu ſe continuerũt.Pacatus tamẽ Panegyriſta ſcribit Alemannos omnes in auias ſolitudines compulſos à Theodoſio,ut Alemannicus merito dici poſſit.intelligit autem ſeceſſus Martiani nemoris.Redactum, inquit, ad paludes ſuas Scotũ loquar,compulſus in ſolitudines auias omnis Alemannus & uterq; Maurus occurrẽt.Claudian. ad Honoriũ de obſequio Alemãnorũ,

Imploratq; tuum ſupplex Alemannia nomen.

Idem in laudibus Stiliconis Vandili. Rheni calcator & Iſtri
Oſtentare ſuos priſco ſi more labores,
Et gentes cuperet uulgo monſtrare ſubactas,
Certarent utroq; pares à cardine laurus,
Hæc Alemannorum ſpolijs,auſtralibus illa Ditior exuuijs.

Scribit Eutropius,ſub Valeriano & Gallieno Impp. Alemannos exhauſtis Gallijs etiam in Italiam tranſiſſe. Idẽ accidiſſe reperio ſub Iulio Val.Maioriano qui Auito ſucceſſit.quo tempore ſpoliatis Gallis quos Romani nomine Sidonius intelligit,per Alpeis & Cauinos Rhetiæ primæ campos prædando domum rediere. Sic enim eſt apud Sidonium,

Conſcenderat Alpeis
Rhetorumq; iugo per longa ſilentia ductus
Romano exierat populato trux Alemannus,
Perq; Caui dictos quondam de nomine campos,
In prædam centum nouies dimiſerat hoſtes.

Idem de Alemannorum incurſione ſub ingreſſum Attilæ in Galliam,facta in partem Germaniæ primæ & Sequanos,ad Auitum,

Vt primum ingeſti pondus ſuſcepit honoris,
Legas qui ueniam poſcant Alemanne furoris.

Cæterum antè quoq; diximus,Sueuorum nomine ſæpe ſignificari Alemannos,nõ apud Claudianum modo ſed & apud hiſtoricos. Sic Marcellinus de Conſtantio Conſtantini Magni F.quem rumor Alemannorum in Rhetiam irrumpentium Romam coegit relinquere.Cupiens itaq;,inquit,auguſtiſſima omnium ſede morari diutius Imperator,ut ocio puriore frueretur & uoluptate, aſſiduis nuncijs terrebatur & certis,indicantibus Sueuos Rhetias incurſare. Paulus Diaconus in Mauritio.Iſte,inquit,ex Sueuorum, hoc eſt, Alemannorum gente oriundus, inter Longobardos creuerat. Cuius cauſa eſt quòd inter collectam Alemannorum gentem complures & pręcipue

cipue Sueuorum nationes eſſent, hæcq́ ad Danubiū uergebant, quæ ſe hodieq́ Sueuos nominãt. Eo uero loco ueteres etiam autores ponunt Sueuos. Accolarum Martianæ ſyluæ uerſus Rhenum uarians etiam inter ſe dialectus, ueterum nationum diuerſitatem arguit. Qui uero populi iſtos Alemannorum tractus olim incoluerint, in ſequẽtibus oſtendemus. Hoc poſtremo referendum, in charta itineraria illa quæ eſt apud Chunradum Peutingerum, trãs Rhenum ſupra Tenedonem, Iuliomagum, Brigobannem, & Aras Flauias, nemus eſſe depictum cum arboribus & aſcriptum maiuſculis literis,

S Y L V A M A R T I A N A

Et ſupra hæc uerba

A L E M A N N I A

In latere uero è regione Borbetomagi & Brocomagi, ſuperadditū

S V E V I A.

Sed poſuit in latere pictor ille quod trans ſyluam melius locaſſet, ni uetuiſſet anguſtia membranę, & Germanica uelut aliena duxiſſet modice attingenda, prouincias tantum deſcribens.

BVRGVNDIONES IN ALEMANNIAM ET IN REGIONEM quæ Capellatium ſiue Palas dicitur.

C. Plinius Burgundiones primi Germanorũ generis, hoc eſt Vãdalici facit, eos inter ultimos Septentrionis populos referens: ut planè uetuſtius nomen arbitrer, quàm quod primum Cęſaris. Tyberíjq́ ætate natum ſit, à Burgis, hoc eſt caſtellis limitum, quam opinionem ſecutus Oroſius innumeros qui ſubſcriberent reperit. Agathias Græcus author Burguziones uocat, & Gotthici generis eſſe tradit, nimirum propter uicinitatem. Autor eſt Mamertinus Panegyriſta, Burgundiones penitus à Gotthis exciſos, Alemannorum agros inuitis illis proinde nõ citra ſanguinem occupaſſe, qui oppreſſis antea auxilio uenire uoluerint. Cæterũ ignoraturi eramus quemnam Alemanniæ tractum inuaſiſſent Burgundiones, niſi Marcellinus hanc rem explicuiſſet. Is de Iuliano Cæſare ſcribens qui reges quoſdam Alemannorum caſtigaturus nolẽtes Romanum Imperiũ agnoſcere, primum nauigíjs, deinde ponte prope Magunciacũ conſtructo, milites trans Rhenum miſerit, Quum uentum, inquit, fuiſſet ad regionem cui Capellatíj uel Palas nomen eſt, ubi terminales lapides Romanorum & Burgundionum confinia diſtinguebant, caſtra ſunt poſita. Quid hic faciunt lapides Romanorum, quum Alemannia prouincia non fuerit, niſi quòd Probus Cæſar partem quæ cis Nicrum fluuium eſt, aliquot annis obſequentem habuit. Lego, ubi terminales lapides Alemannorum & Burgundionum confinia

Marcellini locus

diſtingue-

diſtinguebant. Nam ueriſimile fit, Alemannos quum aduenas Burgundiones ui repellere nō poſſent, quod tamen tentatum eſt, tandē, ubi inter eos cōueniſſet, in ſua regione ſedes ponere permiſiſſe, ſed limitibus diſtinctas. quæ res ad pacem populorum pertinebat. Obiter hinc animaduertere licet, principem Palatinum nō à palatio Cæſaris uel ædificiolo illo quod in Rheno oſtenditur, nomenclaturam ſuam poſſidere, ſed uetuſtiſſimam à regione eſſe natam appellationē. Innuit Apollinaris Burgundiones Belgicam uexaſſe, hoc eſt, ut arbitror, Germaniam primam, quum canit ad Auitum,

Belgam Burgundio quem trux
Preſſerat, abſoluis uinctum.

Inter populos Septentrionales, idem Burgundiones commemorat in eodem carmine, ſic ſcribens,

Gepida trux ſequitur, Scotum Burgundio cogit.

Et ad Iulium Valerium Maiorianum,

Bellonothus, Rugus, Burgundio, Veſus, Alites.

SAXONES IN LOCA SVEVORVM IVXTA ALBIM, ſed prius in ueterum Sicambrorum regionem proxime Francos.

SAxonum nō meminit Cornelius Tacitus ſicut nec Francorum, quòd incelebres eſſent & obſcuri, meminit Ptolemęus, qui tamē antiquiorem chorographiā eſt ſequutus, quod multis colligitur argumētis. Accolaſq; maris Germanici partim fuiſſe docet, ſed potiſſimum inſulares. Recenſet enim Saxonum inſulas. Itaq; Francis uicini fuere, eoſdem mores & inſtituta ſequentes. Piratę Franci quod ſupra docuimus, piratę & Saxones. Traditum enim eſt in hiſtorijs, Carauſium quendam tractui Belgicæ & Armoricæ tuendo præfuiſſe, quòd Franci & Saxones maritimas Galliarum oras infeſtarent Diocletiano principe. Piraticam Saxonū ſæuitiam uel ex eo animaduertere licet, quòd decimum quemq; captorum mactare ſolebant piaculari quodam ſacrificio priuſquam ſoluerent in patriā redituri. Verū prędſtat ipſius Apollinaris uerba aſcribere, qui rem iſtam & piratarū Saxonum mores ſuo quidem ſtilo graphicè depingit ad Nammatiū. Sed ecce, inquit, dum iam epiſtolam quę diu garrit, claudere optarē, ſubitus à Santonis nuncius: cum quo dum tui obtētu aliquid ſermocinanter extraximus, conſtanter aſſeuerauit, nuper uos claſſicum in claſſe ceciniſſe, atq; inter officia nunc nautæ modo militis, litoribus Oceani curuis inerrare cōtra Saxonum pandos mioparones, quorū quot remiges uideris, totidē te cernere putes archipiratas. ita ſimul omnes imperant, parent: docent, diſcunt latrocinari, ut nūc etiam ut

quãplurimũ caueas, cauſa ſubſit maxima monẽdi. Hoſtis eſt omni hoſte truculentior. Improuiſus aggreditur, prouiſus elabit̃, ſpernit obiectos, ſternit incautos: ſi ſequat̃, intercipit, ſi fugiat, euadit. Adhoc, exercent illum naufragia, nõ terrent. Eſt eis quædam cum diſcriminibus pelagi nõ notitia ſolum, ſed familiaritas. Namq; ipſa ſiqua tempeſtas eſt, hinc ſecuros efficit occupandos, hinc proſpici uetat occupaturos. in medio fluctuum ſcopulorumq́; confragoſorũ, ſpe ſuperuentus, læti periclitantur. Pręterea priuſquam de cõtinenti in patriã uela laxantes, hoſtico mordaces ancoras uado uellant, mos eſt remeaturis, decimum quemq; captorum per æquales & cruciarias pœnas plus ob hoc triſti quòd ſuperſtitioſo ritu necare, ſubq́; collectam turbam periturorum, mortis iniquitate ſortis æquitatẽ diſpergere. Talibus ſe ligant uotis (uulgò mendoſe legitur, Talibus eligunt) uictimis ſoluunt, & per huiuſmodi nõ tam ſacrificia purgati, quàm ſacrilegia polluti, religioſum putant cædis infauſtæ perpetratores, de capite captiuo magis exigere tormenta quàm pretia. Quamobrem me tuo multa, ſuſpicor uaria. Hactenus Sidonius. Idem multo felicior in carmine, in Hendecaſyllabis ad Lampridium, ſic Saxonum meminit de Burdegala loquens ubi Theoderici regis Gothorum regia erat, ipſe legatus,

Sidonij locus

Iſtic Saxona cærulum uidemus
Aſſuetum antè ſalo, ſolum timere.

Rurſum in Panegyrico, quem in Auiti laudẽ ſcripſit, ait, dum primum Attila, deinde Franci & Alemanni, Germanias prouincias euerterent & Belgicam primam, populos Aremoricos timuiſſe Saxonum incurſionem: uſurpat autem ſperare pro timere,

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle ſalum ſulcare Britannum
Ludus, & aſſuto glaucum mare findere lembo.

Vbi obſeruandũ, Saxones coriaceis lintribus olim uſos. Atq; hic uenit mihi in mẽtem Aſcitarum Arabum, quibus, ut Solinus ſcribit, è re nata datum nomẽ. Nam bubulis utribus cõtabulatas crates ſuperponunt, uectatiq; hoc ratis genere, prætereuntes infeſtant ſagittis uenenatis. De Saxonibus iterum Sidonius in eodem carmine,

Saxonis incurſus ceſſat, Chattoſq; paluſtri
Alligat Albis aqua.

Arbitror autem in Belgica extrema contra Britanniam Saxonicũ littus à præſidio quod illic perpetuò Cæſares poſteriores aduerſum Saxones piratas habuerunt, denominatum. Cuius præfecturæ mentio fit in libro De magiſtratibus Romanorũ. Pacatus Panegyriſtes

Theo-

Theodoſium laudat à debellatis Saxonibus, Attritam, inquit, pedeſtribus prælijs Batauiam referam? Saxo cõſumptus bellis naualibus offeretur. Addit, Saxonicum dici potuiſſe, ſicut & Sarmaticũ, & Alemannicum. Apud Claudianum Roma gratias Honorio refert,

Quantum te Principe poſſim
Non longinqua docent, domito quòd Saxone Thetis
Mitior &c.

Porrò quum Saxones ſtimularet æmulatio, quippe qui uiderent Francos Alemãnosq; mutatis ſedibus, cottidianis Prouinciarũ prędis ditari, decreuerũt & ipſi in Romanos fines incurſionẽ facere. ſed præuenit hoc Valentinianus qui in Frãcorum finibus eos obtriuit priuſquã Rhenum tranſirent. mirum ni uolentibus adiuuantibusq; Francis, ut qui ſoli cuperent inuadere Galliã abſq; ſocijs Saxonibus. Hoc eſt quod Paulus Diaconus refert: Valentinianus, inquit, Saxones, gẽtem in Oceani littoribus & paludibus inuijs ſitam, uirtute atque agilitate terribilem, in Romanos fines eruptionem meditãtem, in Francorũ finibus oppreſſit. Porrò Saxones ſic repulſi, uacuas Sueuorum & aliarũ nationũ quæ ſe Alemãnis demigrãtibus pridem cõiunxerant, ſedes ad Albim occupant, & ad Rhenum uergentem regionem, ubi hodie eſt Vueſtphalia proxime Frãcos, ex inſulis in cõtinentem, & ex ora littorali in terras interiores effuſi. Poſtea quum ſub Valẽtiniano tertio poſt Etij mortẽ Franci Belgicã utrãq; & Germaniam ſecundã ſui iuris feciſſent, Saxones etiã partim Francorũ & Chamauorũ loca inuaſerũt, ubi nũc ſunt Vueſtuali. Cõſtare iam poteſt ex noſtra demonſtratione ubi Franci, ubi Alemãni, & Saxones, ſedes ſuas poſt demigrationem habuerint. Quare facilimũ nũc erit hoc præſidio D. Hieronymũ intelligere, quum in Hilarionis uita ſic ſcribit, Inter Saxones, inquit, & Alemannos gens nõ tam lata quàm ualida, apud hiſtoricos Germania, nũc uero Francia uocatur. Nã ætate diui Hieronymi gentes iſtæ ſuas mutarãt ſedes, ceu nos expoſuimus, ſed nondũ Rhenũ tranſierant ſui iuris facta Gallia, de Frãcis loquor & Alemannis, toties Etio repellẽte. Sed tamen quod cœperant Hieronymo iam ſene, paulo poſt mortẽ eius abunde ſunt cõſecutæ. Itaq; erãt Franci ad Rhenum & Mœnum, ad Albim à tergo Saxones, ultra Mœnũ Alemanni. quare recte Francos locauit inter Saxones & Alemannos. Animaduertendũ etiã, tres iſtos populos fermè cunctas Germanorũ nationes in ſe cõprehendiſſe. Nam Alemannis Sueui, Cheruſci, Chatti: Francis Chauci Chamauiq;, ſimilesq; populi immixti erant. Odoacrum Saxonem quem Hildericus Francorum rex Merouei F. Aureliã uſq; perſecutus eſt, inſignem piratam

fuiſſe cõijcio. Vunnefridus Anglus, cui poſtea Romæ Bonifacij nomen obtigit Latinum pro Barbarico, ſcribit in epiſtola ad Edoaldũ Anglorum Principem, in antiqua Saxonia, ubi nulla ſit Chriſti cognitio, ſi uirgo in paterna domo ſtuprata, uel matrona fuerit adulterio polluta, ſtrangulatã illam cremari, & ſupra ſepulchri foueam ſuſpendi uiolatorem aut cingulotenus ueſtibus reciſis flagellari, caſtis matronis oppidatim pungentibus donec interimant. Appellat autẽ hic antiquam Saxoniam quæ in Germania ſita eſt, uelut Anglica Saxonia noua ſit. Porrò Saxones Francis confines fuiſſe Marcellinus autor eſt libro uigeſimoſeptimo: Gallicanos uero tractus Franci & Saxones ijdem confines, quò quiſq; erumpere potuit, terram uel mare prædis acerbis, incendijsq; & captiuorum funeribus omnium uiolabant.

Saxones Francis confines

TORINGI ET MISNI IN CHERVSCOS

BOna pars Cheruſcorum cũ Alemannis diſceſſerat. Itaq; in horũ ſedes Toringi & Miſni immigrarunt, populi Septentrionalis illius Germaniæ. Sanè Toringorum Apollinaris meminit inter gentes quæ ſunt Attilam ſecutæ, Chunus, Bellonotus, Neurus, Baſtarna, Toringus. Equos Toringos commendat Vegetius in opere De medicina ueterinaria, Scribit enim equos tribus uſibus eſſe neceſſarios, prælijs uidelicet, circo, & ſellis, id eſt uectioni. Atq; equorum Hunnicorum primam utilitatem eſſe ad bellum, propter patientiam laboris. Toringos & Burgundiones equos ad bellum aptos ob iniuriarum tolerantiam: tertio loco Phryges cõmendari, non minus uelocitate quàm cõtinuatione curſus inuictos, quos ipſe Frigiſcos appellat. Vnde appareat fuiſſe eos dum in auitis ſedibus degerent, Cõſtantinopoli notiores, ubi Vegetius librũ illum cõſcripſit quantum cõijcio. Proinde quod apud Paulum Diaconum legitur de populis Attilæ ſubiectis, Fortiſſimæ nihilominus gentes, Marcomanni, Sueui, Quadi, præterea, Heruli, Turcilingi ſiue Tungri. Scribo, ſiue Turingi. Nam pro Turingis doctus quiſpiam cui nomẽ gentis notum nõ erat, ſuppoſuit, ſiue Tungri. Horũ enim crebrior fit in hiſtorijs præſertim Romanis mentio. Reperio Toringos Longobardis fuiſſe uicinos & affineis. Theodoricus Gotthorũ rex ſororis ſuæ neptem Amalbergam Hermenfrido Toringorum regi in matrimonium collocauit, huius gentis amicitiã expetens. Extãt in uarijs Caſſiodori ſcriptæ ad Hermenfredũ epiſtolę nomine Theodorici Vuiſogotthorũ principis. Huc adde quòd Franci tametſi feliciſſimi ſemper bellatores, multum tamen ſudoris exhauſerunt in ſubiugandis Toringis, dum neminem in conſortium regni Galliarum admittere

P. Diaconi locus

uolunt

uolunt. Vnde colligere licet Toringorum præſtantiam. Tradũt annales Francorum, Hildericum patrem Lutuuichi, quem Gallia Clodoueum appellat, quum à ſuis proſcriptus eſſet, apud Biſſinum Toringorum regem exulaſſe. Quæ res ueterem Toringorum ac Francorum amicitiam teſtatur. Hermenfridus nobiliſſimus Princeps uictus ad flumen quod Oneſtrut uocant, deinde ad colloquium amicum uocatus, Tolbiaci prope Coloniam Agrippinam de muro præcipitatus eſt à Theoderico Hildeberti Francorum regis fratre. Porrò Miſnos ueriſimile eſt etiam à Septentrione ueniſſe.

HESSI IN CATTHOS

ARbitror aduenam Heſſorum nationem ex ulteriore Germania partim Catthorum ueterum ſedes occupaſſe, qui uel bellis erant abſumpti, uel cum Alanis in Hiſpaniã, cum Alemãnis in Martianam ſyluam, conceſſerant. Nam Catthos Meliboci montis accolas remanſiſſe, reliquias gentis, nomen nobis argumento eſt. Siquidem pro Cattmelibocis, hoc eſt Catthis Melibocis uernacula ſimplicitas Catzenelenbogios hodie eos uocat, ridicula ſane appellatione ſi ad Germanicam etymologiam trahatur, ſignificat enim cubitũ felis. Subinde uero contingit ut g pro c uſurpetur. Debet nobis gratiã Catthorum Melibocorum natio, quòd nomen ſuũ poſtliminiò mea induſtria receperit. Meliboci mõtis meminit Ptolemæus. Et eſt nũc facile uidere ubi ſit: quando Catthorum Melibocenſium ditio nemini ignota. Dij boni ſi docti uiri in hanc partem incumberẽt, quantum lucis afferri poſſet rebus antiquis? Hoc uerè eſſet illuſtrare Germaniam. Cattmelibo ci Catthi Meliboci

SLESII IN QVADOS

INdubium eſt hãc gentẽ alicunde ex remotiore Aquilonaris Germaniæ parte emerſiſſe, & Quadorum interiora partim loca tenere. Equidem Quados adhuc Danubij ripæ prætexi contra Vindobonam, quam truncato uocabulo Viennam appellamus, à uero non abhorret, & ex hijs quæ pòſt dicturi ſumus magis liquebit, tametſi nomen obſoleuerit.

PRVSSII POMERANI ET LIVONII IN LOCA BVRGVNdionum, Toringorum, Miſnorum & Heſſorum.

SIcut in amnibus, aquis aquæ perpetuò ſuccedũt, ita aliò digreſſarum gentium agri uacui ſemper nouos cultores inuenere. Mirè fœcunda populorum parens Aquilonaris Germaniæ regio. Maris Germanici inſulæ ut innumeræ ſunt, ita populoſiſſimæ. Ex illis igitũ ultimis tractibus, Pruſſij, quos quidam Pruthenos & Boruſſios uocant: & Liuonij, quorundam Vandalorum, Burgundionũ, Toringorum, Miſnorum, Heſſorumq́ue uacuis terris ſeſe ſuperfudere.

DANI

DANI IN CIMBRICAM CHERSONESVM

DAnos ex inſulis Oceani Germanici in Cimbrorum ueterum ſedes adueniſſe ſatis conſtat. Ab hijs Nortmanni ſunt progreſſi, nobiles illi terra mariq́ Galliarum uaſtatores, ſed exceptis Hungaris recentiſſimi. Danorum exercitum fineis. Mediomatricorum populantem deleuit Theodebertus Theoderici regis F.

GERMANORVM COLLABENTIBVS REBVS ROMAnis, in prouincias immigrationes.

GOTTHI IN ITALIAM, ET MOX IN GALLIAM

GOtthi multis annis Romanorum prouincias Mœſiam Thraciamq́ uexauere priuſquam in Italiam proficiſcerentur. Id factũ Honorio demum Principe dum Stilico Vandilus totum ferè Imperium adminiſtrans, Gotthis quos ſibi deuincire parabat, nihil non permittit, Eucherio filio faſces Imperiales uendicaturus. Poſt Radagaiſi copias deletas, ipſum ducem captũ, ſuperuenit Alaricus, agros ab Honorio petens in quibus cum gente ſua domicilium figeret, Datæ ſunt Galliæ. Euntes eos nec inſidias ueritos adortus Saulus quidam Honorij præfectus bonam eorum partem ſua ſponte cedẽtem profligauit. nam religio Gotthis utputa Chriſtianis erat arma tractare eo die qui Reſurrectioni ſeruatoris noſtri dicatus erat. Sed quum acceptum damnum eos cõmoueret, ſumptis armis Saulum in fugã uertunt, & ex amicis iam hoſtes facti ferro & igni uaſtãt omnia. Romam contendunt. urbem capiunt diripiuntq́. Deinde Campaniam Brutiumq́ depopulantur. Tum demum tempus fuit ut Barbaris fides ſeruaretur. Igitur Valliæ Gotthorum regi qui Alarico Conſentiæ extincto ſuffectus erat, Aquitaniam Galliæ prouinciam cum aliquot uicinis ciuitatibus habitandã Honorius concedit. Vnde Gotthiæ regnum in Gallia à Gotthis conſtitutum, ſicut & à Frãcis, Franciæ. Meminit Gotthiæ Sidonius ad Baſilium Epiſcopum, fortẽ eam appellans. Agite, inquit, quatenus hæc ſit amicitiæ cõcordia principalis, ut Epiſcopali ordinatione præmiſſa, populos Galliarum quos limes Gotthiæ fortis incluſerit, teneamus ex fide, etſi nõ tenemus ex fœdere. Erat autem Sidonius, patre, auo, proauo & ſocero præfectorijs uiris clarus, priuſquã Chriſto nomen daret Iudicis functus officio, tũ Aruernorũ epiſcopus, quod oppidũ adhuc Romanis erat ſub iectũ. De quo populo ſic ad Gręcũ epiſcopũ ſcribit. Aruerni, inquit, ij ſunt qui uiribus proprijs hoſtium publicorũ arma remorati ſunt. Cui ſæpe populo Gotthus non fuit clauſo intra mœnia formidini, quũ uiciſſim ipſe fieret oppugnatoribus poſitis intra caſtra terrori.

Idem ad Agretium Senonenſem præſulem ait, de urbibus Aquitaniæ primæ ſolum oppidum Arupnum Romanis reliquũ partibus bella feciſſe. Idem ad Tonantium Ferreolum præfectum prætorio Galliarum ſub Valẽtiniano tertio, ceu ſuſpicor, Prætermiſit, in quit, regem Gotthiæ ferociſſimum, inflexum affatu tuo melleo, graui, arguto, inuſitato, & ab Arelatenſium portis quem Etius nõ potuiſſet prælio, te prandio remouiſſe. Deſcribit ad Auitũ in panegyrico carmine Gotthiam, hijs uerſiculis, Gotthicæ Galliæ deſcriptio

Iamq; ad populos & rura feroci
Tenta Getæ, protendit iter, quâ pulſus ab æſtu
Oceanus refluum ſpargit per culta Garumnam
In flumen currente mari, tranſcendit amarus
Blanda fluenta latex, fluuijq; impacta per alueum
Salſa peregrinum ſibi nauigat unda profundum.

Gotthiæ ciuitates alio loco recenſet, Burdegalã, Petrogorios, Rutenos, Lemouices, Gabalitanos, Heluſanos, Vaſates, Conuenas, Auſenſeis. Nec tamen (ut hominibus propagandæ ſemper ditionis eſt inſita à natura cupiditas) præſcriptis ab Imperatore limitibus erant cõtenti Gotthi, quin proximas terras inuaderent. Ad Auitum, Vel Gotthis, inquit, credito, qui ſæpenumero etiam Septimaniam ſuam faſtidiunt, uel renuunt (ſic enim lego) modo inuidioſi huius anguli deſolata proprietate potiantur. Sed fas eſt præſule deo, uobis inter eos & Rempublicam medijs, animo quietiora concipere. Quia etſi illi ueterũ finiũ limitibus effractis, omni uel uirtute uel mole, poſſeſſionis turbidæ metas in Rhodanum Ligerimq; proterminãt: ueſtra tamen autoritas pro dignitate ſententiæ ſic partem utramq; moderabitur, ut & noſtra diſcat quid debeat negare quũ petitur, & poſcere aduerſa deſinat quũ negat. Rurſum ad Mamercũ Claudianũ Viennenſem epiſcopum. Rumor eſt, inquit, Gotthos in Romanũ ſolum caſtra mouiſſe. Huic ſemper irruptioni nos miſeri Aruerni ianua ſumus. Namq; odijs inimicorum hinc peculiaria fomenta, quia necdũ terminos ſuos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alueo limitauerũt, ſolam ſub ope Chriſti moram de noſtro tantum obice patiũtur. Circumiectarum uero ſpacia tractumq; regionũ iampridem regni minacis importuna deuorauit impreſſio. Nõ ſiluit hoc Paulus Diaconus, Interea Gothi, inquit, pacis placita perturbãt, & pleraq; municipia uicina ſuis ſedib. occupãt. De hac re Sidon. in Panegyrico Auiti, Panegyriſtæ locus

In Rhodanum proprios producere fines
Theudoridæ fixum, nec erat pugnare neceſſe,
Sed migrare Gethis.

Porrò

Porrò Vuiſigotthi iſti erant, hoc eſt Occidentales Gotthi, quod hodie Germani dicerēt Vueſtigotthi, à Vueſt uento. Oſtrogottho rum enim regnum fuit in Italia. Hinc Apollinaris Veſos eos appellat in Panegyrico carmine de laudibus Auiti,

Hic iam diſpoſito laxantes frena duello
Veſorum proceres.

Idem in Panegyrico Maioriani,

Bellonotus, Rugus, Burgundio, Veſus, Alites.

Theodoricum Vuiſigotthorum regem idem commendat in Encomio Narbonenſis oppidi, quod à Gotthis diu fuit obſeſſum oppugnatumq́.

Hinc te Martius ille rector, atq;
Magno patre prior, decus Getharum,
Romanæ columen ſalusq; gentis
Theodoricus, amat, ſibiq́; fidum
Aduerſos probat antè per tumultus.

In Panegyrico ad Auitum quem modo citauimus, Theodoricus fatetur Auito ſe debere quòd literis adoleſcens ſit adhibitus,

Mihi Romula dudum
Per te iura placent, paruumq́; ediſcere iuſſit
Ad tua uerba pater, docili quo priſca Maronis
Carmine leniret Scythicos mihi pagina mores. Sic enim lego.

Sidonij locus — Extat huius autoris epiſtola ad Agricolam de moribus & ſtatura Theoderici regis Viſigothorum. Hæc gens è Gallia tandem in Hiſpaniam conceſſit. De Gotthis ſcripſere Procopius, Ablabius & Ior nandes.

BVRGVNDIONES IN SEQVANORVM ET HEDVORVM prouinciam, ac tractum Auenticenſem.

SVb Theodoſio Arcadij filio, quem Iuniorem uocant, Burgundiones primi in Sequanos & Heduos è Germania tranſgreſſi ſunt. Nam hos propemodum extruſerūt Alemanni, qui ſuos agros in quibus illi uiolenter conſederant in Capellatio, hodie Palatini Comitis ditio eſt circa Heidelbergam, aſſidue repetebāt, quemadmodū ſcribit Mamertinus. Cæterum Nuithones quorum Tacitus meminit, arbitror prius in Germaniam, deinde in Maximam Sequanorū unà cum Burgundionibus tranſcendiſſe, à quibus tractus Auenticenſis appellatur hodie Nuithlandia. Sed & eadem regiuncula Burgundiæ nomen habet, ut appareat Nuithones partē fuiſſe Burgundionum. illis namq; ſe coniunxerant. Porrò Burgundiones occupatis nouis ſedibus inſoleſcentes, & uicinas ciuitates cottidianis excur

ſionibus

ſionibus uexantes, Etius aggreſſus eſt, & profligatis eorum copijs, Regeq́ꝫ Gunditario capto, pacem cum illis firmauit. Quamobrē auxilio uenere Etio cū Gotthis aduerſum Hunnos in Catalaunicis cam pis pugnaturo. Multo maximum uero fuit olim huius gentis in Gal lijs imperium. Nam & partem uallis Pœninæ Sedunosq́ꝫ & quam Sabau diam uocāt, prętere a Lugdunum & Viennam & alias item ci uitates Burgundia complectebatur. Nec Gotthis conueniebat cum Burgundionibus, quorū erat potentia ſuſpecta. Vnde perpetui materia belli. Significat hoc ſatis Apollinaris ad Felicē, de Aruernis loquens. Oppidum ſiquidem noſtrum, inquit, quaſi quendam ſui limi tis oppoſiti obicem circumfuſarum nobis gentium arma terrificant. Sic æmulorum ſibi in medio poſiti populorum lachrymabilis præda, ſuſpecti Burgundionibus, proximi Gotthis, nec impugnantum ira, nec propugnantum caremus inuidia. Idem ad Vincentiū de Aruando Præfectorio læſæ maieſtatis reo, literas interceptas fuiſſe ſcri bit, quibus ille Theodorico Gotthorum regi ſuadebat, cum Burgun dionibus iure gentium Gallias diuidi debere. Quæ res declarat potentiam Burgundionum. At poſtquam & Franci in Galliam tranſie re, & deuictis Alemannis Romanos undiq́ꝫ è ciuitatib. quas adhuc tenebant, eiecerunt, nō deſtiterunt cum Burgundionibus belligera ri multis ſeculis, donec uires eorum imminuerent, ut fuit mira Francorum felicitas. Proximis ſeculis ducatus eſſe cœpit, olim regnum. Nec poſſunt ipſi Franci negare Burgundionum potētiam, cum quibus tamen æternum diſcordant, ut de Catthis & Cheruſcis ſcripſit Tacitus, Nam in annalibus Francorum hæc uerba leguntur: Burgundiones ſequenti tempore, Sequanos, Allobroges, prouinciāq́ꝫ partim Narbonenſem & Lugdunum occupauere. Arelate ſiquidem atq́ꝫ Aureliæ regni ſui ſedem aliquando poſuerūt. Nam Otho quartus Germanus Imperator ſe Arelatenſem regem appellauit, & poſſedit. Hæc illic.

FRANCI IN GERMANIAM SECVNDAM, ET utriuſq́ꝫ Belgicæ partem.

SIdonius Apollinaris aſtruit, Francos Germaniam primam Belgicamq́ꝫ ſecundam id temporis uaſtaſſe dum Attila rex Hunnorum cum Gotthis pugnaturus in Galliam interiorem proficiſcitur. Eius uerſiculi hi ſunt in Panegyrico Auiti,

Et iam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos ſe Belga tuos. Deinde de Francis,
Francus Germanum primum Belgamq́ꝫ ſecundum
Sternebat. Id ſic accidiſſe arbitror. Attila habebat in animo ſub-

uertere totum Romanũ imperium adiutoribus Gotthis qui in Gal-
lia habitabant, Sed hoc præſenſit Etius unicum columen rerum Ro-
manarum. Itaq; miſit Auitum ad Gotthos ſuaſurum ut Hũnis reſi-
ſtant. Hoc enim Attilæ eſſe conſilium ut inprimis Romanorum ui-
res excindantur, ſed nõ quieturum, niſi paulo poſt & Gotthos ipſos
penitus obterat. De monarchia namq; cogitare Attilã. Gotthus hijs
auditis auxilium Etio pollicetur. Dum hæc aguntur, & legatos ſuos
ad tentandum Gotthum miſſos opperitur Attila, ſimul animaturus
eos quorum ſocietatem ambiebat, & territurus Romanos, Belgicã
Galliam miſerè deuaſtat, hoc eſt, Germanias prouincias primam &
ſecundam, & Belgicam primam, quas præcipuè maxima crudelitate
populatus eſt. Nam nõ fruſtra Attilam Rheni hoſtem appellat Sido-
nius in Epiſtola ad Tonantium Ferreolum. Dixi præcipuè, quòd
nõ ignorem urbem Aurelianenſem ab eodem obſeſſam, oppugna-
tam, irruptam, nec direptã ut ad Proſperum idem autor ſcribit. Vti-
nam uero nobis abſoluiſſet Attilę bellum Sidonius quod inchoarat
ſcribere. Potuiſſet enim exacte omnia tradere, multarum rerum non
tantum auritus ſed etiam oculatus teſtis. Deinde poſt Attilam in in-
teriorem Galliam digreſſum quicquid ſupererat quod ille nõ perdi
diſſet, in proximis Rheno prouincijs, hoc eſt in Germania prima at-
que ſecunda, & Maxima Sequanorum, Franci & Alemanni Hunnũ
ſtatim ſubſecuti prorſus euerterunt. Nihilominus tota uaſtatio, po-
pulatori Attilæ aſcribitur. Tum Colonia Agrippina, Tungrorũ op-
pidum, Noueſium, Vtriceſium, Caſtra Herculis, Vetera, Aſcibur-
gium, Nouiomagus, Antennacum, Bingium, Magonciacum, Bor-
betomagus, Sebuſium, Saletio, Brocomagus, Argentoratum, Elce-
bus, Argentuaria, Auguſta Rauricorum, Vindoniſſa, Forum Ty-
berij, Vitudurum, Auenticum, & multa alia oppida funditus deſtru-
cta ſunt. Nõ diu poſt Etius auxiliantibus Gotthis profligauit Attilã
apud Catalaunos. Et eſt ueriſimile ſic afflictum Hunnũ fugientemq;
nõ multum temporis in prouincijs Romanis quæ ad Rhenum erãt,
fuiſſe moratum, hoſtium inſequentiũ timore, ſed curſim etiam alias
terras tranſiſſe dum redit in Pannoniam. Francis tametſi prouincias
nuper depopulati forent, nihilominus Etius ueniam dedit, & illorũ
auxilijs cõtra Hunnum uſus eſt. Nam cogebat extrema neceſſitas ad
multa cõniuere. Et incuſſerat etiam Barbaris timorem Attila præui-
dentibus futurum ut uictoriæ cõpoti nemo nõ ſeruire adigeretur.
Accepta uigilantiſſimi Galliarũ tutoris Etij morte, qui toties Barba
ros repreſſit, alia mercede dignus quàm ut à Valentiniano huius no
minis tertio immeritò occideretur, Franci, quod felix eſſet ac fauſtũ,

tranſito

tranſito Rheno Germaniam ſecundam cum utriuſq; Belgicæ parte primum occupant nunquam amplius ceſſuri. Nam ita poſt Valentinianũ labare cœpit in Occidente Romani Imperij maieſtas, ut paulo poſt ſub Auguſtulo, Odoacre Herulo perturbante, tota concideret. Quod ſi Franci præſciſſent, ſtatim ſe Gallicarum aliquot prouinciarum dominos futuros, mitius cum Germania ſecunda & Belgica prima fuiſſet actum: & ſtaret adhuc eximia Romanorum in prouincijs opera, quorum hodie ne tantillum quidem ſupereſt, quando omnia à fundamentis euerſa ſunt à Francis & Alemannis, reditum Romanorum metuentibus, quod antè erant ſæpe experti. Igitur Franci Germania ſecunda, & prima Belgica cum parte ſecundę feliciter potiti, paulatim interiores Galliæ ciuitates ſubiugãt. Nam inſigniores urbes adhuc à præfectis Romanis tenebantur, ut Sueſſio à Gillone & mox à Syagrio, Aurelia à Paulo, ab alijs aliæ. Sicq; mira felicitate regnum ſuum Franci indies propagabãt. Vix enim integræ Romanorum uires ſuffeciſſent ad reſiſtendum Burgundionibus antè trãſgreſſis, tum Francis iſtis, & qui ſub idem tempus habitaturi tranſierant Alemannis, quemadmodum mox oſtendemus, ut nihil dicam de Vuiſigotthis qui nec ipſi quieſcebãt. Cum Burgundionibus multis ſeculis cõtendere Franci de finibus. Alemãnos ad Tolbiacum uicum in Vbijs ſuperarunt, propagatis ad Pœninam uſq; uallem Franciæ limitibus, quantum ad ditionem attinebat. Nam Alemanni qui Germaniam primam, Elcebenſem tractum & Maximam Sequanorum occuparant, in ius & nomen Francorum cõceſſere. quemadmodum mox de Alemannis dicturi latius commemorabimus. Enimuero Germania ſecunda & utriuſq; Belgicæ pars ubi conſedere Franci cũ uxoribus & liberis appellata eſt Francia Teutonica, quòd Franci Teutones eſſeut, hoc eſt Germani Teutonicéq; loquerẽtur. Idem nomen Germaniam primã poſtea complecti cœpit. Vnde legimus Spirã inter oppida Franciæ numeratã, intellige Teutonicæ ſiue Germanicæ. Vnde & in hac Francia præcipuas ſedes habuerunt priſci Frãcorum reges omnes, & Carolus ipſe Magnus ac huius nepotes. Declarant hoc regia ædificia, Aquenſe Palatium, Ingelheimum prope Magonciacum. Præterea Kircheimũ inter Seleſtadium & Argẽtoratum uerſus Voſagum. Rufacum ſupra Colmariam. Nam, ut modo diximus, poſt uictoriam Tolbiacenſem quicquid prouinciarum Gallicarum occuparant Alemanni, totũ id in ius Francorum tranſierat. Interior uero Gallia cuius dominium indies auctum eſt, Francia Romana dicebatur, quòd homines Romanè ibi loquerẽtur, hoc eſt Gallicè. Hæc uocabula reperimus apud Luitprandum Ticinenſem,

qui ſub Othone primo ſcripſit. Teutonica Francia Auſtraſiæ quoque nomen habuit. quod uocabulum Gallicani ſcribæ effinxerunt, quum à Francis ipſis dubio procul Oſtrich uocaretur, id eſt, Orientale regnum. Sicut & Francia Romana, hoc eſt Gallica, Vueſtrich dicebatur, id eſt Occidẽtale regnũ. Pro Vueſtria neſcio an Galli Neuſtriam uſurparint: à uentis hæc nomina ſunt deducta. Nemo uero miretur quod dixi, Alemanniam nouam & Ciſrhenanam in nomen & ius Franciæ Germanicæ ceſſiſſe, quando poſt ſubiugatos Boieros & Saxones Francia Germanica totum regnum Germanicum complecti cœpit, quod hodie Romanum Imperium appellatur, propter titulum quem Germanorum reges habent. De Francis & Alemãnis accipiendum quod D. Hieronymus ſcribit, quum inquit, Remorũ urbs præpotens, Ambiani, Attrebatæ, extremiq́ hominum Morini, Tornacum, Nemetæ, Argentoratus, translati in Germaniam. Sanè per hoc quod dicit, translati in Germaniam, oſtendit in hijs locis domicilium gentes iſtas fixiſſe. Poſtremæ duæ ciuitates ab Alemannis occupatæ ſunt, priores omnes à Francis. Sed tamen Etius illos ſemel atq́ iterum repulit. Verum paulo poſt mortem D. Hieronymi ſolidam prouinciarum poſſeſſionem adepti ſunt, trucidato per Valentinianum Etio, quemadmodum ſuprà docuimus. Porrò nemo putet à Romanis nõ tentatum ut Francos è Gallijs exturbarent, ſed derant iuſtæ uires. Maiorianus certè qui poſt Auitum Imperio præfuit, adortus eſt cum patre ſuo Francos apud uicum Helenam in Atrebatibus, nuptiale cõuiuium agitanteis, & quia nec opinato ſuper illos irruerat, in fugam uertit omneis. Quam rem Sidonius in Panegyrico Maioriani hijs uerſibus celebrat,

Poſt tempore paruo
Pugnaſtis pariter Francis, quâ Cloro patentes
Attrebatum terras peruaſerat. Hinc coeuntes
Claudebant anguſta uias, arcuq́ ſubactum
Vicum Helenam flumenq́ ſimul ſub tramite longo,
Arcu ſuppoſitis trabibus tranſmiſerat agger.
Illic te poſito, pugnabat ponte ſub ipſo
Maiorianus eques. Fors ripæ colle propinquo
Barbaricus reſonabat hymen, Scythicisq́ choreis
Nubebat flauo ſimilis noua nupta marito.
Hos ergo, ut perhibent, ſtrauit. Crepitabat ad ictus
Caſſis & appoſitis haſtarum uerbera thorax
Arcebat ſquamis, donec conuerſa fugatus
Hoſtis terga dedit. Plauſtris rutilare uideres

Bar-

Barbarici uaga feſta thori,coniectaq́ꝫ paſſim
Fercula capturisq́ꝫ dapes,cirrosq́ꝫ madentes
Ferre coronatos redolentia ſerta lebetas.
Ilicet increſcit Mauors,thalamiq́ꝫ refringit
Plus ardens Bellona faces.Rapit eſſeda uictor
Nubentemq́ꝫ nurum.

Quæ de Francis prodit Agathias,de illis ſunt accipienda poſt iſtã in Gallias immigrationem,& Alemannis iam ſubiugatis.

ALEMANNI TRANS RHENVM IN GERMANIAM PRIMAM & partem Maximæ Sequanorum,hoc eſt Heluetiorum & Rauricorũ,ac in ſuperiores ad Rhenũ agros ac Turgauiam uallemq́ꝫ Pœninam,& trans Danubium in Rhetiam primam.

NEc Alemanni cunctantur,poſteriores minime laturi ubi de Imperio Galliarum diuidendo ageretur.Mors Etij certã & duraturã prouinciarũ poſſeſſionem ſpõdebat.Igitur ruinas urbiũ uerius quàm urbes quas ſæpe ſuis ipſi manib. ſed poſt Attilã funditus exciderãt,occupare pergunt.Trãſgreſſi Rhenum Germaniã primã inuadunt,& Maximæ Sequanorum partem uſq́ꝫ ad Burgundiones, qui prius tranſcenderãt:item ſuperiores ad Rhenum agros, & Turgauiam,ac uallem Pœninã,quam Valeſiã uulgus nominat.Trans Danubium uero latiſſimã illam Rhetiã primã,& hanc antè ſæpe tentatã nunc tandem ſibi uendicãt.Nunquã florentiores fuere Alemannorum res quàm eo tempore tam latè prolatis ditionis ſuæ pomerijs. Inuidit Alemannis fortuna.Dum cogitant de ſumma rerum & exigendis è nouo Galliarũ regno Francis,cum quibus ut adamatæ Galliæ riualibus cõuenire nõ poterãt,inauſpicatã pugnã cum Francis apud Tolbiacum in Vbijs quæ iam Francia Germanica erat, cõmiſerunt.Victi illic Ludouico Frãcis imperãte partim ſeruitute damnati ſunt, cuius adhuc occurrunt ueſtigia. Alemannia Ciſrhenana in ius & nomen Franciæ Germanicæ conceſſit.Quam rem alibi proſequemur.De uaſtatione prouinciarum ſub aduentum Attilæ per Alemannos facta,ſic Sidonius,

Rhenumq́ꝫ ferox Alemanne bibebas
Romanis ripis,& utroq́ꝫ ſuperbus in agro
Vel ciuis uel uictor eras.

Sic enim lego,nõ,uel cunnus. Per hoc autẽ quod dicit,Romanis ripis bibiſſe,ſignificat fuiſſe tranſgreſſum in Galliã,cuius ripæ erant Romanæ,quoniã prouincia Romanis parebat.Proinde in Rheno Gallica ripa modo Romana uocatᷓ, modo noſtra à ſcriptoribus Italis,modo ſiniſtra.ſicut cõtraria ripa, hoſtilis Sidonij locus

appellatur, & Barbara, ac dextra. Claudianus, geminasq; uiator
Quum uideat ripas, quæ ſit Romana requirat.
Idem de Honorio,
Et hoſtileis, tanta eſt fiducia, ripas
Incomitatus adit. Idem ad Manlium Theodorum,
O quoties doluit Rhenus quâ Barbarus ibat
Quòd te non geminis frueretur Iudice ripis.

In Danubio dextra ripa Romana erat, ſiniſtra Barbarica. Sic de Iuliano Cæſare per Danubiũ nauigãte Mamertinus: Proh ſancta diuinitas, quæ nauigationis illius fuit pompa quũ dexteriorẽ inclyti fluminis ripam, utriuſq; ſexus, omniũ ordinũ, armatorũ atq; inermium perpetuus ordo prætexeret, Deſpicereẽ ad læuã in miſerabileis preces genu nixa Barbaria. Quod uero dicit Sidonius, Vel ciuis uel uictor eras, ueriſſimũ eſt. nam Alemãni in agro Germanico, hoceſt ſuo ciues erant, in Gallico uelut uictores agebãt. Porrò nũc licebit intelligere quur Vrſpergenſis abbas, qui ex uarijs autorib. Chronica ſua cõſarcinauit, Alemanniã à Baioaria Lyco flumine dirimi ſcribat. Nã de Transdanubianis prouincijs Rhetiã primã tantũ occuparunt Alemãni, cuius terminus eſt Lycus, ſeparãs hãc à Vindelicia ſiue Rhetia ſecunda. Atq; ex hoc apparet eam Martianorũ nemorũ partem quæ ad Danubiũ uergit, Sueuos cũ Hermunduris ueterib. cultorib. quorũ in hoc tractu meminit Tacitus, qui ſub Traiano ſcripſit, habitaſſe. Nam cõtra Rhetiã primã hij habitabãt, intra cuius ſplendidiſſimam coloniã ueluti amici fidiq; Romanis, benigne admittebãtur eodem autore, nempe Auguſtã. Rhetia prima à Sueuis nouis cultorib. Sueuiæ nomen accepit. Apud hiſtoricos qui citra emigrationẽ iſtã ſcripſerunt, præſertim uetuſtiores, & in diplomatis antiquis, Alemãnia appellatur, quòd Alemãnorũ pars, ceu ſuprà diximus, Sueui fuerint. Hinc Turegũ oppidũ Sueuiæ uendicaẽ, quod Sueui, id eſt, Alemanni pagũ Turgauenſem poſſederint, in quo ſitũ eſt Turegũ. Reges Francorum in diplomatis ueteribus totã Alemanniã, id eſt tam Rheticã quàm Germanicã, uocabulo Ducatus Alemannici intelligunt. Carolus Magnus in diplomate quodã quod Volradus abbas Cœnobij Dionyſiani quod nõ procul Lutetia pariſiorũ abeſt, impetrauit de monaſteriolis annectendis, Similiter, inquit, in Ducatu Alemanniæ cellam quæ uocatur Haubertinga cum rebus & mancipijs ad ſe pertinentib. & aliam cellam nomine Ezilingã, & Adalungam cellã, ſimiliter & Gamundiã. Fuerat autem Volradus ille quondam à ſacris Caroli Magni nobili familia natus, cœnobiolaq; iſta de patrimonio ſuo in Alemannia, hoc eſt Sueuia inſtituerat. In literis

Baſilicæ martyrum Turegienſium, Ludouicus rex. Curtim, inquit, noſtram Turegum in Ducatu Alemannico in pago Turgauenſi. In Lexico quod Iſidori titulo circumfertur, in capite de ueſtibus gentium, aſcriptum eſt, Alemannos eſſe ſagatos.

QVADI IN PANNONIAM PRIMAM ET VALERIAM

AB Iulio Capitolino relatũ eſt in literas, M. Antoninũ Aug. Pannonias, Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, ſimul etiã Quadis extinctis ſeruitio liberaſſe. Et Ammianus autor eſt, Cõſtantiũ Aug. Cõſtantini F. quũ diutius Romæ manere cuperet, ubi nõ fuerat antea, aſſiduis nuncijs territũ & certis, indicantib. Sueuos Rhetias incurſare, Quadosq́; Valeriã (ſic enim ibi legendũ) & Sarmatas, latrocinandi peritiſſimũ genus, ſuperiorem Mœſiã & ſecundã populari Pannoniã. Eſt autem, eodẽ teſte, Valeria Pannoniȩ pars inter Danubium & Drauũ, ad honorẽ Valeriæ Diocletiani filiæ & inſtituta & cognominata, hodie Croatiã appellamus. Alio loco, Cõſtantio quieſcenti, inquit, per hyemem apud Sirmiũ indicabãt nuncij graues & crebri, permixtos Sarmatas & Quados uicinitate & ſimilitudine morũ cõcordes, Pannonias Mœſiarumq́; alterã cuneis incurſare diſperſis: quibus ad latrocinia magis quàm aperto habilibus Marti haſtæ ſunt lõgiores, & loricæ ex cornibus raſis & leuigatis plumarum ſpecie, linteis indumentis intectæ, equorumq́; plurimi ex uſu caſtrati, ne aut fœminarũ uiſu exagitati cunctentur, aut in ſubſidijs ferocientes prodãt hinnitu denſiore uectores. Et per ſpacia diſcurrunt ampliſſima ſequẽtes alios, uel ipſi terga uertẽtes inſidẽdo uelocib. equis & morigeris, trahentesq́; ſingulos interdũ & binos, uti permutatio uires foueat iumẽtorũ, uigorq́; ocio integrẽt alterno. Hactenus ille. Cõſtantius Aug. è Sirmio mouens poſt ȩquinoctiũ uernũ, põte ex nauibus facto Danubiũ trãſit, uaſtataq́; ea Sarmatiæ parte quȩ ſecũdã proſpectat Pannoniã & direpta, nõnullis hoſtiũ cæſis alij s in ſyluas profugientib. quũ ſuperueniſſent ob rerũ amiſſarũ recuperationem Valeriani, hoc eſt, Valeriæ Pãnonicæ cultores, toties ab hoſtibus iſtis nihil nõ calamitatis ꝑpeſſi, perrexit in regna Quadorũ qui Sarmatis locorũ cõfinijs & feritate iũctiſſimi ſunt. Quadis ſanguine regio ortus iuuenis Zizais nomine pacẽ impetrauit, redditis prius captiuis & datis obſidib. Quo exẽplo motus Araharius Trãſgutilanorũ Quadorũq́; rex (ſic em̃ legendũ arbitror in Marcellino, niſi maluis Trãſuiſtulanorũ) & adhuc alius Sarmatarũ rex qui parebat Arahario, ueniã petitũ uenerũt, quã tandẽ obtinuere. Poſt hos alij multi reges pacẽ adepti ſunt obſides ex intimis regni filios procerũ offerẽtes. Vnde Quadorũ regionis immenſitatem colligere licet, nec enim

Ammiani locus

Quadorum haſtæ & loricæ: & cur equi caſtrati

Diſcurſus uelociſſim9.

Equos uacuos poſt ſe trahunt

fruſtra dixit Marcellinus,regna Quadorũ.His rebus cõfectis in Germania,trans Danubium rediјt Cõſtantius.nam pars Quadorũ iuxta Brigetionem oppidum Pannoniȩ primæ ſedes fixerant, quos in fidem Auguſtus recepit,& in prouincia habitare permiſit. Quã rem fideliter narrat Marcellinus ſuperioribus hiſtoriam attexens, Hјs, inquit,in Barbarico geſtis,Brigetionem caſtra cõmota ſunt, ut etiã belli Quadorum reliquias circa illos agitantiũ tractus lachrymæ uel ſanguis extingueret.Quorum Regalis Viduarј filius regis,& Agilimundus Subregalis,alјꝗ optimates & Iudices uarјs populis præſidentes,uiſo exercitu in gremio regni ſoliꝗ genitalis, ſub greſſibus iacuere militum,& adepti ueniã iuſſa fecerũt,ſobolemꝗ ſuã obſidatus pignore,& obſequuturi cõditionibus impoſitis tradiderunt. Eductisꝗ mucronib.quos pro numinib.colunt,iurauere ſe permãſuros in fide.Hæc ille.Apertius penè renarrat Marcellinus quod diximus,in epilogo quo Cõſtantius milites alloquit̃.Cõmunitis,inquit, aditibus Rheticis,tutelaꝗ peruigili Galliarũ ſecuritate fundata, terrore nullo relicto poſt terga,uenimus in Pannoniã,textis põtis cõpagibus tranſgreſſi:obſtinatis ad mortem animis conatos reſiſtere Sarmatas,abſꝗ noſtrorũ diſpendio ſtrauimus,pariꝗ petulãtia ruenteis in agmina nobiliũ legionum Quados Sarmatis adiumenta ferẽtes attriuimus:qui poſt ęrumnoſa diſpendia inter diſcurſus & repugnandi minaceis anhelitus,quid noſtra ualeat uirtus experti,manus ad dimicandũ aptatas,armorũ abiecto munimine fune texto uinxerunt,reſtareꝗ ſolam ſalutem cõtemplantes in precibus,affuſi ſunt ueſtigјs Auguſti clementis,cuius prælia ſæpe cõpererant exitus habuiſſe felices.Et hæc ille.Rurſum Valentiniano principe Marcellinus idẽ autor eſt Quados Rhetias incurſaſſe, Gallias, inquit, Rhetiasꝗ ſimul Alemanni populabantur,Sarmatæ Pãnonias, & Quadi Rhetias.Niſi quis ita legendũ & diſtinguendũ putet,Sarmatȩ Pãnonias, & Quadi,Rhetiasꝗ.Iam hæc omnia nobis euidentiſſimũ argumentum præſtant,collabenti iam imperio, Quados in Pannoniam primam ſiue ſuperiorem emigraſſe,qui incolumi dum re Romana prope Brigetionem domicilium figere fuerant auſi, quãdo Sextus quoque Rufus Quados de locis Valeriæ quæ ſint inter Danubium & Drauum,auſpicјs D.Auguſti pulſos ſcribit,cuius rei ſuprà meminimus.Proinde dubiũ mihi nõ eſt, eos qui hodie ſuperiorem Pannoniam incolunt,quam Auſtriã Germani uocant,ipſiſſimos eſſe Quados.Iulius Capitolinus tradit M.Antoniũ Aug.poſt Marcomannicum illud bellũ quod uerius Germanicũ dici debebat, adhuc triennium poſtea cum Marcomannis, Hermunduris, Sarmatis & Quadis etiam

Quadi per nudos enſes iurant

dis etiam belligeratum eſſe,ut nõ mirum ſit eum exclamaſſe, fœtentium Iudæorum & ſubinde tumultuantium tædio cõmotum,quum per Palæſtinã iter faceret in Ægyptum proficiſcens,O Marcomanni,ô Quadi,ô Sarmatæ,tandem alios uobis inertiores inueni.

MARCOMANNI CVM NARISCIS ET HERMVNDVRIS in Noricum & Rhetiam ſecundam,quæ & Vindelicia.

BOios illos priſcos qui in Italiam olim ex Gallia tranſcenderant cum alijs quibuſdam nationibus iam uictores Conſule Marcello oppreſſo,Furius alter Conſul ad unum ferè occidit.Iterum à Scipione manus alia Boiorum deletur.Eam uero Boiorũ partẽ quæ in Hercynio nemore cõſederat,unde adhuc loco Boiohemi nomẽ, inclytus ille Marcomannorum populus eiecit.qui trans Danubiũ pulſi quum Noreiam fruſtra oppugnaſſent,errore uago tãdem ad Heluetios delati ſunt excidium Galliarum meditanteis. Verba Cæſaris ſunt,Boiosq́ qui trans Rhenũ,inquit,incoluerant,& in agrum Noricum tranſierant,Noreiamq́ oppugnarant,receptos ad ſe ſocios ſibi aſciſcunt.Dicit eos in agrum Noricum tranſiſſe, Noreiamq́ oppugnaſſe,nõ autem expugnaſſe, ne quis domicilium eos in Norico fixiſſe putet. Vicit Heluetios Cæſar cum uniuerſo cõmilitio. Boios in finibus Heduorum collocauit.Horum meminit poſtea Tacitus in Hiſtoria Auguſta.Nullus uero ſcriptorum ueterum de hijs ullã amplius facit in Germania mentionẽ. Nec ueriſimile eſt fertiliſſimos in Heduis agros unquã eos deſeruiſſe.Iam collabente imperio Romano,num putamus Quados, Marcomannos,Nariſcos, Hermunduros & Alemannorum Sueuos qui ripam Danubij tenebant,Gallicã gentem in cõſortium admiſſuros fuiſſe,gentem inquam ualidiſſimæ Marcomannorum nationi inuiſam,& olim ab ipſis eiectam. Quòd ſi quis ex Aquilonari tractu hunc populum deducere uelit, mirũ eſt ab omnibus ignoratos.Neq́ Sidonius inter Septentrionales natiōnes horum meminit,neq́ Claudianus,nec quiſpiam alius. Præterea quum Gallica gens fuerit, Gallico ſermone eſt uſa, quem facile retinere potuit quũ Hercynij nemoris ſaltu undiq́ includeretur,quemadmodum & hodie Sclauini Bohemi faciunt.Poſtremo gentium origines plerunq́ ſunt fabuloſæ:de Francis,Scotis, Sclauinis Bohemis,& alijs item populis quæ figmenta afferuntur,in proprijs illorũ annalibus? ut nõ ſim hic cuilibet autori facile crediturus, niſi teſtimonijs utenti. Quare expeditiſſimum uidetur dicere, Marcomannos cum proximis Nariſcis, & Hermundurorum parte, Danubiũ tranſgreſſos,Noricum & Vindeliciam, id eſt Rhetiã ſecundã cum

Alpibus occupaſſe. Sed unde Boierorum nomen? Dicam quid ego conijciam. Marcomannos qui Boiohemũ incolebãt, ſuſpicor à loco Boieros, id eſt nõ Boios ſed boicos eſſe dictos. Vnde etiamnum Boioariorum nomen & ditio cis Danubium. Certè auſim iurare Marcomannorum linguam eſſe qua Noricum utitur hodie & Rhetia ſecunda, & quicquid eſt illorum tractuum Alpibus uicinũ. Hoc quod dixi, fortaſſe nõ omnibus perſuaſero, nec de hac re ſum ſolicitus. Nolui tamen ſtudioſos celare mentẽ meam. Quia uero Nariſcorum antè meminimus, libet hic monere, eſſe deprauatũ in Capitolino uocabulum in uita Marci Antonini. Nam ubi uulgo legitur, Marcomanni, Variſtæ, Hermunduri, & Quadi, ſcribendũ Marcomanni, Nariſci, Hermunduri, & Quadi. Fuere uero Hermunduris finitimi Nariſci. Porrò Tiberius Cæſar aggreſſurus Marcomannos, iuſſit Sentiũ Saturninum per Catthos exciſis continentibus Herciniæ ſyluis, legiones Boiohemum ducere. Id enim regioni quam Marcomanni incolebant, nomen eſt: ipſe à Carnunto, qui locus Norici regni proximus erat, mouit. Autor Velleius. Tandem Druſo res in Germania gerente, Marcomannorum rex Maroboduus Catualda perſequente, quum à ſuis undiq; deſertus eſſet, tranſgreſſus Danubiũ qua Noricam prouinciã prꝑterfluit, ad Tiberium Cæſarem ſe cõtulit in Italiam. Triennium etiam in Carnunto cõſumpſit M. Antonius aduerſus Marcomannos belligerãs. Hęc propterea citaui, ut appareat cõmoditas ſitus, & ſolitus tranſitus à Marcomannis in Noricum.

Capitolini locus

VICTOPHALI IN DACIAM

DAci montibus inhærent. Quoties concretus Danubius uinxerat ripas, decurrere ſolebant & uicina populari. Viſum eſt Cæſari Auguſto gentem aditu difficillimã ſubmouere. Miſſo igitͤ Lentulo ultra ulteriorem repulit ripam, citrà præſidia cõſtituit. Sic tunc Dacia nõ uicta, ſed ſummota atq; dilata eſt. Florus ex Liuio. Daciã poſteà Decibalo rege iterum uicto Traianus Aug. prouinciã fecit, idq; in ſolo Barbarico. De ea re extat uetus illic inſcriptio, ſed proximis annis effoſſa.

IOVI STATORI
HERCVLI VICTORI. M. VLP. NERVA
TRAIANVS CAESAR, VICTO DECEBALO,
DOMITA DACIA, VOTVM SOLVIT.
ASPICE ROMVLE PATER, GAVDETE QVIRITES,
VESTRA ISTA EST GLORIA

Proinde Traianus urbes in Dacia condidit, deduxit colonias. Sanè Zarmizam illam inclytam, ubi Decebalus ſedem ſuam habuerat,

in Vl-

in Vlpiam Traianam coloniam mutato nomine conuertit. Ei rei teſtimonio eſt uetus lapis huiuſmodi uerbis illic inſculptus.

I. O. M.
ROMVLO PARENTI, MARTI AVXILIATORI.
FELICIBVS AVSPICIIS CAESARIS
DIVI NERVAE TRAIANI
AVGVSTI CONDITA
COLONIA
DACIA ZARMIZ
PER
M. SCAVRIANVM
EIVS PROPR.

Quinetiam in nouæ prouinciæ tutelam fornicatū pontem in Danubio fecit operis admirandi. Is habebat uiginti pilas lapideas, altas centum & quinquaginta pedes, latas ſexaginta, diſtãteis inter ſe centum & ſeptuaginta pedibus. Diuerſum ueritus Adrianus Aug. ne Barbaris pateret aditus per pontem ad depopulandas Mœſias, quicquid ſtructurarum eminebat ſupra aquam, demolitus eſt. Nec inſcriptione pons caruit, ſanè perquam eleganti, nempe hac,

PROVIDENTIA AVG.
VERE PONTIFICIS, VIRTVS ROMANA
QVID NON DOMET? SVB IVGVM ECCE
RAPITVR ET DANVVIVS.

Studioſus autem admodum fuit huiuſmodi monumentorū Traianus, ad propagandam nominis ſui memoriam. Itaq; quum Decebali theſauros ſubter uada amnis Sargetiæ defoſſos, per indiciū captiui cuiuſdam reperiſſet, ſaxum cum huiuſmodi epigrammate erigẽdum curauit, cuius Taurinus quoq; meminit.

IOVI INVENTORI, DITI PATRI, TERRAE MATRI,
DETECTIS DACIAE THESAVRIS
CAESAR NERVA TRAIANVS
AVG.
SAC. P.

Dacia prouincia amiſſa eſt imperante Gallieno, Gotthorum nationibus illam occupantibus. Nam de Dacia ſic meminit Eutropius, qui hiſtoriã ſuã Valenti Auguſto dicauit, Daciã, inquit, Decibalo uicto ſubegit. Prouincia trans Danubium facta, in hijs agris quos nũc Taiphali, nunc Victophali & Teruigi habent. Porrò Teruigos & Taiphalos eſſe Gotthorū populos Mamertinus Panegyriſta docet, Itemq; Teruigi, inquit, pars alia Gotthorū adiuncta manu Taiphalorū, aduerſum Vandalos Gipedesq; cõcurrunt. Ammianus refert,

ſeruos

ſeruos Sarmatarum quum hæc gens cum Conſtantio Aug. pacem firmaret, ad Victobalos longius diſcretos confugiſſe. Caſtiga Capitolini locum in uita M. Antonini, ubi legitur in enumeratione gentium quæ Marcomannico bello nomen dederant, Et Burei, hi alijq; cum Victuali Soſibes. Tu ſcribe, Et Buri, Taiphaliq; cum Victophalis. Cæterum Imp. Aurelianus quod Romanorum colonorũ ſupererat, trans Danubium reduxit, & in Mœſię regionibus duas Dacias conſtituit, Ripenſem & Mediterraneam, quas ante cõmemorauimus inter prouincias Romanas.

Capitolini locus

HERVLI ET RVGI IN ITALIAM.

RES Romana tendens ad interitũ miſere fluctuabat in Italia, Anthemium ſocerum Ricimere perimente, & nũc poſt Olybrium & Liberium Glycerio, nunc Nepote patricio, ſibi certatim Imperij titulum uendicante, quum Odoacer à populandis agris nomen habens ingentibus Herulorum copijs Turcilingorum quoq; ſiue Scyrorum auxiliaria manu, è Pannoniæ extremis finibus per Noricum in Italiam contendit: obuiumq; in Liguria factum Oreſtem qui tum pulſo Nepote Imperator dictus erat, primũ retrocedere coegit, mox Ticini mœnibus incluſum cepit, & adductum Placentiæ capite trũcauit. Tum expugnatis urbibus, & ſi quæ fortius reſtitiſſent euerſis, breui totam ſibi ſubdidit Italiam, & ſe regem appellauit. Quare motus Auguſtulus Oreſtæ F. Imperialem purpurã abiecit. Mox in Vrbem uenit Odoacer, tenuitq; xiiij. annis Italiam. Sed tandem à Theodorico Oſtrogothorum rege, qui Italiam à Zenone Græco Imperatore hac conditione impetrauerat, nõ tamen abſq; longis multiſq; certaminibus iugulatus eſt. Sub hæc Rugi Ticinum Gotthorum ſedem qui tunc erãt digreſſi, uicinumq; tractum, nõ minus quàm biennium uaſtant. Docet Sidonius Herulos eſſe Germanici maris incolas, quum de regia Theodorici Vuiſigotthorum regis apud Burdegalam ſcribens, canit,

Hic glaucis Herulus genis uagatur,
Imos Oceani colens receſſus,
Algoſo prope concolor profundo.

Velocitatẽ alibi tribuit Herulis, quũ inquit, Tibi uincitur illic
Curſu Herulus, Chunus iaculis, Francuſq; natatu.

Nam aiunt Herulos tãtum campeſtribus indutos olim ſolitos pugnare. Vicini fuere Langobardis. Rugos uero pugnacium titulo ornat, Septentrionaleis populos deſcribens,

Pugnacem Rugum comitante Gelono,
Gepida trux ſequitur. Et alibi,

Bellonotus, Rugus, Burgundio, Veſus, Alites.
Eorum regio Rugilandia dicta fuit.

LANGOBARDI IN PANNONIAM ET DEIN IN ITALIAM

LAngobardos inter Sueuorum gentes refert Tacitus, & nobilitate cæteris antecellere dicit: Velleius Germana feritate ferociores eſſe ſcribit, nec ita procul ponit à Chaucis cis Albim, ut mirer ex terreſtribus aut littoralibus inſulares factos. Sed fortè fuere propulſi à Francis ſiue alijs gẽtibus. Ptolemæus Rheno proximos facit. Dij boni quæ fuit illis gentibus mutandarum ſedium libido? Quòd autem Germanico ſermone fuerint uſi, declarat, quòd uiuarium piſciũ qualamam uocant à ſcaturigine. Sic enim ego legendum reor. Dein de quòd pateram Schalam appellant. Nam in geſtis Langobardorum narratur Alboinus ex craneo Chunimundi Gepidarum regis ſchalam feciſſe. Aiunt & Vuinilis fuiſſe nomẽ, & de Scandinauia in Scoringam, Maringam, Gotthlandiam, Rugilandiam, & poſt profligatos Herulos in Pannoniam eos tranſcendiſſe. Hos tum Narſes munerib. & beneficijs ſibi cõciliauit, cogitans hanc gentem uſui ſibi poſſe eſſe in opprimẽdis Gotthis, quod id temporis agi ſciebat, propter inſolentiam illorum in Italia prorſus intolerabilem. Nam malo nodo malus quærendus erat cuneus, iuxta prouerbium. Odoacarẽ Herulum delerant Gotthi, ad hos opprimendos alia natione forti opus erat. Itaq; paulo poſt Langobardorum auxiliaribus copijs quos iam fœderatos habebat Narſes, Gotthos cum rege Totila felici prælio obtriuit. Remiſitq; eos omneis qui ſuppetias uenerant cum præda luculentiſq; ſtipendijs in Pannoniam, operam ſuam in poſterum pollicenteis. Exciſis Gotthis quum ob partam Reipublicæ quietem duces militares quorũ quæſtus eſt ex diuturnis bellis, Narſetem odiſſe cœpiſſent, aggrediuntur hominem uarijs calumnijs apud Iuſtinianum Aug. & Sophiam eius uxorem traducere, partim de auaricia, partim de ambitione eum inſimulantes. Quæ res creduli principis animum, ut omnes deteriora pronis auribus accipimus, à Narſete prorſus alienauit. Mittitur igitur Longinus qui Italiam gubernet, illo in ordinem redacto. Nec abſtinuit ab intempeſtiuo cõtumelioſoq; ioco Sophia Auguſta, ridens hominem quòd exectus eſſet: mãdat enim illi ut domum redeat & penſa puellarũ in gyneceio diſpenſet. cui renunciari iuſſit Narſes, iocum triſti ioco referiens, Talem ſe telam exorſurum, quam ipſa finire nequiret. Proinde Langobardos miſſis hornis fructibus quibus uulgus alliceretur, cum coniugibus ac liberis in Italiam uocat pro Pannonia poſſidendam regionem fertiliſſimam opulentiſſimamq;, Hos deinde Græci Imperatores opera

Francorum opprimere fruſtra conati ſunt, donec Pipinum & Carolum Magnum ad hanc rem querelæ Romanorum Pontificum extimulaſſent. Tamdiu regnarunt in Italia. Licet hic uidere Germanos ſemper Germanorum uiribus ex Italia depulſos. Tantum cęteræ nationes ingenio præualent. Herulos profligauere Oſtrogotthi, Langobardi Oſtrogotthos, Langobardos Franci.

SCOTI ET PICTI, AC ACTACOTTI, IN BRITANNIAM.

Ammianus libro xxvi. geſta ſub Valentiniano deſcribens, Hoc, inquit, tempore, uelut per uniuerſum orbem Romanum, bellicum canentib. buccinis, extitere euentus ſæuiſſimi. Limites ſibi proximos perſultabant, Galliasq́ Rhetiasq́ ſimul Alemãni populabantur, Sarmatę Pannonias, & Quadi Rhetias: Saxones, & Scoti, & Actacotti, Britannos ęrumnis uexare cõtinuis, Armoricæq́ aliæ gentes Aphricam ſolito acrius incurſant, & Thracias diripiebant prædarij globi Gotthorum, Perſarum rex manus Armenijs iniectabat, easq́ in ſuam ditionem ex integro uocare. Hactenus ille. Habes hic paucis uerbis, Prouinciarum Romanarũ ſortem uelut in tabella depictam. Notæ uero ſunt incurſiones fermè omnes ex ſuperioribus. Nunc propter Saxones, Scotos, & Actacottos tantum citauimus. Ammianus rurſus libro xxvij. Illud tamen, inquit, ſufficiet dici, quòd hoc tempore Picti in duas gentes diuiſi, Calidonas & Vecturionas, deniq́ Actacotti bellicoſa hominum natio, & Scoti per diuerſa uagantes multa populabantur. Panegyriſtes ad Maximianum Aug. Adhoc, inquit, natio etiam tum rudis & ſolis Britannia Pictis modo & Hybernis aſſueta hoſtibus adhuc ſeminudis, facile Romanis armis ſignisq́ ceſſerunt. Pacatus ad Theodoſium, Attritam pedeſtribus prælijs Batauiam referam? Saxo conſumptus bellis naualibus offeretur. Redactum ad paludes ſuas Scotum loquar? compulſus in ſolitudines auias, omnis Alemannus & uterq́ Maurus occurrent. Autor eſt Beda, à Maximo Tyranno nõ ſolum legionibus, ſed & iuuentute habito ibi militum delectu ſpoliatam Britanniam. Quæ res mouerit tranſmarinas gentes ſæuiſſimas Scotos à Circio, Pictos ab Aquilone, ut deſtitutam inſulam obruerent. Quam ſic uaſtatam direptamq́, multos annos uexauere. Semel tamen atq́ iterum à legionibus Romanis repulſi ſunt, primum inter duo maria è ceſpitibus terreo muro, deinde quum rurſum hoſtis irruiſſet, Saxeo oppoſito, additis meridiano mari per interualla turribus. Sed poſt diſceſſum legionariorum redit hoſtis, & ſolito crudelius ſæuit. Scribũt Britanni in hunc modum Etio.

ETIO VIRO ILLVSTRI AC PATRITIO, III CONſuli, gemitus Britannorum.

Repellunt Barbari ad mare, repellit mare ad Barbaros. Inter hæc oriuntur duo genera funerũ, aut iugulamur, aut mergimur. Nullam ab eo opem ſenſere. Tandem fame coacti ſunt ſe Pictis dedere, qui extremam inſulæ partem occuparãt. Reuertũtur & Scoti, in Britanniæq; tractu domicilium figunt. Poſt iſtos, ſuperuenerũt. Angli. Saxonum erat natio, ad tuendam regionem & eijciẽdos hoſtes promiſſa mercede euocati, quemadmodũ proximo loco narrabit. Claudianus de gentibus quæ Britannias uexabant, ad Honorium Aug. canit, Romam loquentem inducens,

Quantum te principe poſſim,
Non longinqua docent, domito quòd Saxone Tethis
Mitior, aut fracto ſecura Britannia Picto,
Ante pedes humili Franco, triſtiq; Sueuo
Perfruor. Idem alibi de auo Honorij,
Ille leueis Mauros, nec falſo nomine Pictos
Edomuit, Scotumq; uago mucrone ſecutus
Fregit Hyperboreas remis audacibus undas. Idem de eodem alibi,
Ille Caledonijs poſuit qui caſtra pruinis,
Qui medios Libyæ ſub caſſide pertulit æſtus,
Terribilis Mauro, debellatorq; Britanni
Littoris, ac pariter Boreæ uaſtator & Auſtri.
Quid rigor æternus, cœli quid ſidera proſunt,
Ignotumq; fretum? maduerunt Saxone fuſo
Orcades, incaluit Pictorum ſanguine Thule.
Scotorum cumulos fleuit glacialis Hyberne.

Apud eundem Britannia de Stilicone Vandilo loquitur,
Inde Caledonio uelata Britannia monſtro,
Ferro picta genas, cuius ueſtigia uerrit
Cærulus Oceaniq; æſtum mentitur amictus,
Me quoq; uicinis pereuntem gentibus, inquit,
Muniuit Stilico, totam quum Scotus Hybernam
Mouit, & infeſto ſpumauit remige Tethys,
Illius effectum curis, ne bella timerem
Scotica, ne Pictum tremerem, ne littore toto
Proſpicerem dubijs uenturum Saxona uentis.

Idem rurſum ad Stiliconem,
Venit & extremis legio prætenta Britannis,
Quæ Scoto dat frena truci, ferroq; notatas

Perlegit exanimeis Picto moriente figuras.

Qui poſtremi uerſiculi melius intelligentur, & quod ex eodem ſupra citauimus, Nec falſo nomine Pictos, ſi de Pictis ex Iſidori lexico gentis morem aſcripſerimus, apud quem ſic legēdum arbitror, Nec abeſt à Pictorum corpore minutis opifex acus punctis. Hæc expreſſos natiui graminis ſuccos includit, ut has ad ſui ſpecimen cicatrices ferat pictis artubus maculoſa nobilitas.

Iſidori locus

Meminit rurſus harum gentiū Claudianus de patre Serenæ loquēs quæ Palladio nupſerat,

Regnorum tractat numeros, cuneosq́ recenſet,
Sparſas Imperij uires conſtringit in unum
Depoſitum, quæ Sarmaticis cuſtodia ripis,
Quæ ſæuis obiecta Getis, quæ Saxona frenat
Vel Scotum regio.

Meminit & Sidonius Apollinaris in Panegyrico carmine quod de laudibus Auiti ſcripſit. Fulgentibus armis
Tot maria intraui duce te, longeq́ remotas
Sole ſub occiduo gentes. Victricia Cæſar
Signa Caledonios tranſuexit aduſq́ Britannos.
Fuderit & quanquam Scotum & cum Saxone Pictum,
Hoſtes quæſiuit, quem iam natura uetabat
Quærere plus homines.

Significat Prudentius, Scotos in prelijs uti canibus ſolitos, quum aduerſum Sabellianos canit,

Semifer & Scotus ſentit, cane milite peior.

Potuit illis etiam eſſe canum uſus in inueſtigādis hominibus, qui in ſyluas & alios receſſus ſeſe metu hoſtium abdebant. Nam erant piratæ Scoti. In Iſidori lexico legimus, Horrent & malis tecti cum latrantibus linguis Scoti. Scribo, Horrent heteromallis tecti. Vt accipias pro ueſtibus altera tantum parte uilloſis.

Heteromalla Scotorum

ANGLI SAXONES IN BRITANNIAM

BRitanni tot iam annis à piratis uexati, quū nulla ſupereſſet ſpes ullius à Romanis auxilij, iamq́ hoſtes inſulæ partem occupaſſent, cogitant de Saxonibus cōducendis, quorum præſidio occupatores iſtos Actacotos, Pictos & Scotos exturbare poſſent. Aduehitur igitur cum innumera multitudine per legatos accitus Vortigernus Anglorum, hoc nationi nomen erat, regulus. Iamq́ uictoriā aduerſum hoſtes ſperabant, nec infeliciter res procedebat, quum à defenſoribus amœnæ inſulæ & diuitis amore captis, cōſilium occultū initur de inuadendo illius imperio. Prætexunt itaq́ ſtipendia nō ſoluta

luta,ſicq; nato tumultu,facillime ſumma rerum potiũtur ciuibus oppreſſis. Verum cum aduenis qui tamen propemodum erant iſtis cõſanguinei,diuturnum bellum geſtum eſt. Annales Anglorũ extant, indigena Beda autore. Vunnefridus Anglus qui Bonifacius Romæ tranſnominatus eſt, Archiepiſcopus Magonciacẽſis poſtea ac Martyr,in epiſtola ad Zachariam pontificem Romanũ, Angliam uocat Tranſmarinam Saxoniam. Anglia,trãſmarina Saxonia

BRITANNI IN GALLIAM

QVum aſſiduis Pictorum, Scotorum, & Saxonum incurſionibus cõcuteretur Britãnia,ingens ueterum incolarum numerus in oppoſitum Armoricum Galliæ tractum nauigauit,& multo quietiori loco ſedes fixit. Sic autem in Galliã tranſgreſſi ſunt,ut olim Galli in Britanniam,autore Tacito. Hos quidam diſcriminis cauſa mutilato nomine Britones uocant. Retinent etiamnũ linguam ſuam antiquam Britannicam,quemadmodum Sclauini Bohemi & Poloni ſuam apud Germanos. Meminit horũ Sidonius, loquens de Aruando læſæ maieſtatis reo,cuius forent interceptæ literæ ad Theodoricum Vuiſogotthorum regem,inter alia ſuadentes, Britannos ſuper Ligerim ſitos impugnari debere. Rurſum meminit, quum Riochamo quendã cõmendat,cuius mancipia Britãnis clàm ſollicitantib. erant abducta. Gallis incõmodaſſe Britãnos indicãt Leges Francorũ in quib. aduenæ recipi iubentur,à Nortmannis uel Britãnis oppreſſi. Contra hos & Hildericus Francorum rex Luitharij F. bella geſſit.

NORTMANNI IN GALLIAM

NOrtmãni Danorum pars fuere,ſic dicti quòd Septentrionales homines eſſent. nam Nort lingua Germanica Septentrionem ſignificat,& man uirum. Horum piratarum nomen ultimis Magni Caroli annis primum auditum eſt,quũ Friſia ac proximis inſulis euaſtatis ductu Gotefridi regis,etiam Aquenſi Palatio celeberrimo minarentur. Et fortè perrexiſſent ni ſuorum manu Gotefridus cecidiſſet. Gallias nõ minus quàm annos quadraginta uexauere. In Germaniam ſuperiorem aduerſo Rheno nauigijs delati,quâ ſacra,quâ prophana depopulantes omnia,per Lotharingiam in Campaniam Catalaunenſem incurſarunt,occiſo Mediomatricorum antiſtite Saillo. Sub Carolo Simplice quum in Neuſtriam,quam ego Vueſtricham appellatam ſuſpicor,irruiſſent magna claſſe Nortmanni,per oſtium Sequanæ fluminis ſæpe conati irrumpere,dedẽteis ſe Rothomagenſeis in fidem accipiunt: deinde per Ligerim amnem,Naneten urbem expugnant,mox Andegauiam incendunt,Turonum deſtruunt, & totam Aquitaniam depopulantur. Alia manus Sequana aduerſo uecta Pa-

cta Pariſienſem agrũ,& Senonenſem uaſtant. poſtremo è Burgundia per Ararim in Aruernos excurſionem faciunt. Vix unquam ſimilem ſæuitiam uel à Francis uel ab Alemannis hoſtibus eſt experta Gallia, quũ adhuc inter Prouincias Romanas numeraretur. Quæ res Carolum Galliarũ regem mouit, ut Franconẽ Rothomagenſem præſulem ad Nortmannorũ ducem cui Rolloni nomen erat, mitteret, perſuaſurũ illi, Chriſtianam pietatem amplecteretur, habiturus uxorem regiam filiam Gillam, & totam Neuſtriam cũ Britannis ſuper Ligerim dotali titulo poſſeſſurus. Placuere Barbaro cõditiones. Tinctus eſt ſacris aquis, Robertiq́ꝫ uocabulo nominatus pro Rollone, duxit uxorem, & donatam regionem à nouæ gentis appellatione Nortmanniã uocauit. In præfatione quadã de Meldenſi ſynodo quæ Anno ſalutis D. CCC. XLV. Charoli uero regis anno ſexto celebrata eſt, ſic legit̃ in Legibus Francorũ quas Auſegiſus abbas cõportauit, Quia diuinas, inquiunt, iuſſiones nõ eſt ſecuta obedientia, dedit dominus ab Aquilone, unde iuxta Prophetam pandet̃ malũ, dignos meritis noſtris Apoſtolos, crudeleis uidelicet & immaniſſimos Chriſtianitatis perſecutores Nortmannos, qui Pariſios uſq́ꝫ uenĩetes, quod iuſſit dominus, mõſtrauerunt. Theodebrechtus Theoderici regis F. Ludeuuichi, quem Galli Clodoueũ appellant, nepos, Danos Mediomatricorum agrum incurſanteis deuicit. Tum Nortmannorum nomen nondum fortè natum erat.

Meldenſis Synodus

VITAE SAXONES IN HELVETIOS

VNde ſit natum Suitenſium uocabulũ à multis quæri ſcio. Nam quæ rationes à quibuſdam afferũtur, naſutioribus nõ ſatisfaciunt. Ego nodum hũc feliciter, ni fallor, expediã. In populoſiſſima Saxonum gente, & Vitarũ natio fuit. horũ pars, quam ob cauſam neſcio, mutatis ſedibus in Heluetijs cõſedit proximè Tigurinos, quorum hodie pagus mutilato uocabulo Vri dicit̃. Nam Turegũ à Turo fluuio nomen habet, quaſi Turgauiẽſis tractus extremitas aut angulus. Maior pars cũ Anglis in Britanniam antè fuerat tranſgreſſa. Nec ab re cæteris quoq́ꝫ hæc indita appellatio, uel Subſyluanis, uel Lucernatibus, tametſi uni pago, cuius caput Kilchgaſſium, peculiaris. Suiteros ipſi uocant. S literam adiecit amans ſibili lingua uulgaris. Adiuuat noſtrã opinionem, quòd ipſi Suitenſes, à maiorib. acceptum tradunt, à Suitis Germanici maris incolis originem ſe ducere, quos ingens orta fames domiciliũ mutare coegerit. Hos peritiores interpretant̃ Suedos, quorũ hodie fama celebris. At Beda docet, inter Saxones regionem Vitarũ eſſe deſertã, nimirũ propter iſtam emigrationẽ de qua nũc agimus, & quòd antè pars illorũ cũ Anglis in

Britan-

Britanniã tranſcenderit. Aſſerit aũt tres fortiſſimos Germaniæ populos fuiſſe, Saxones, Anglos, & Vitas. Enimuero magna fuit Heluetiorũ ueterũ in bellis fortitudo: ſed poſteaquã Prouinciales facti ſunt, paci magis ſtuduerũt. Innuit hoc ſatis in hiſtoria Auguſta Tacitus, Heluetij, inquit, Gallica gens, olim armis uiriſq;, mox memoria nominis clara. Sic ẽm illic legendũ, nõ, ſoli in armis. Nam aduerbiũ, mox, ad olim refertur. Cæterum noui iſti incolæ tantũ ſibi laudis intra ducentos annos peperere, tot adoreis ſunt inſignes, ut ueteres illos non æquent modo, ſed longè ſuperent. Taciti locus

SAXONES IN GERMANIAM SECVNDAM

QVum Saxones rebellandi finẽ nõ facerẽt, Carolus Magnus ad decem milia Albingorũ, hoc eſt, eorũ qui utramq; ripam Albis fluuij colebant, in Brabantiã, Flandriã, & uicina loca traduxit. Vnde regionibus illis adhuc ea uirorũ proceritas, qualem à Langobardis etiamnũ referunt Inſubres. Tum acceſſione nouorũ habitatorũ frequentior facta, Germania ſecũda. Equidem facile adducor ut credã, ob portuũ cõmoditatem urbes iſtas quas illic ætas noſtra maximas uidet, è modicis uicis ad iſtã uiſendã amplitudinẽ opulentiãq; intra quingentorũ annorũ ſpaciũ paulatim perueniſſe. Nã in hiſtorijs mediæ ætatis pagi Gandauenſis mentionẽ fieri uideo, ſicut & Flãdrienſis, ac Mempiſci, uici Muntæ, Anduuerparum, Oſtburgi ciuitatis in littore Oceani ſitæ, præterea portus Gandauenſis, nec nõ Brugenſis, ſed & Tornacenſis, & eius cui Einhama nomen eſt.

VNGARI IN PANNONIAM SECVNDAM

HVnnos, qui & Auares, extructis nouem Hagis, hoc eſt circulis, in Pannonia habitanteis octennali bello Carolus Magnus edomuit, exciditq; prorſus. Horum uero nationem unam cui Vgrorum & Vngarorum nomen, nam multos ſecum è Scythia populos eduxerant Hunni, uelut nihil nocituram illis extinctis, ſubmouit tantum, & uallo quodam obſtruxit. Verum quum Arnulfus Cæſar bellum gereret aduerſus Zuentenbaldum Marauanenſium Sclauinorum principem, in Care periculũ facturus, quemadmodũ Grecis eſt in prouerbio, ſubmotam iſtam Hunnicarũ reliquiarũ gentem quæ tot annis quieuerat, in ſubſidiũ reſeratis aditibus euocat. Et uictoriã quidem de Zuentenbaldo reportauit Vngarorũ auxilijs, ſed quem hoſtem regnare præſtitiſſet, illis non excitis. Siquidem poſt eam Imperatori nauatam operam, rurſum ad depopulandum orbem animati maiorum ſuorum exemplo, & iam uiæ patebant, aſſiduis uaſtationibus, Baioariam, Alemanniam, Saxoniam & utramq; Franciam exhauſerunt, in Pannonia ſecunda fixis ſedibus, donec D. Henricus

Aug. eius nominis ſecundus, regi ferociſſimæ nationis ſororem Giſelam in matrimoniũ collocaret, Chriſtianis ſacris prius initiato, cui Stephani uocabulũ inditum. Porrò fuerant ſubmoti intra anguſtias quaſdam, quales erant anguſtiæ Thracias dirimentes & Daciã, quarum Marcellinus meminit libro uigeſimo ſeptimo. Vbi quidam ſic conantur legere, Cuius in ſummitate occidentali, montibus præruptæ denſitatis, Vcrorum pateſcunt anguſtiæ, Thracias dirimentes & Daciam. Talia quoq; fuerunt clauſtra Sueucunnorum apud eundem autorem, aut eadem fortaſſis. Inde Clauſtrini dicti.

EXTERNAE NATIONES IN GERMANIAM VETEREM. GALLI IN HERCYNIVM SALTVM.

PRiſco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia eſt, penes Bituriges ſumma imperij fuit. Hij regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, uirtute fortunaq; quum ſua tum publica præpollens, quòd in imperio eius Gallia adeo frugũ hominumq; fertilis fuit, ut abundans multitudo uix regi uideretur poſſe: hic magno natu ipſe iam exonerare prægrauante turba regnum cupiens, Belloueſum ac Sigoueſum ſororis filios, impigros iuuenes, miſſurũ ſe eſſe in quas dij dediſſent augurijs ſedes, oſtendit. quantũ ipſi uellent numerum hominum excirent, ne qua gens arcere aduenienteis poſſet. Tum Sigoueſo ſortibus dati Hercynei ſaltus. Liuius lib. v. ab urbe condita.

TECTOSAGES EODEM.

FVit antea tempus quum Germanos Galli uirtute ſuperarent, & ultro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agriq; inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaq; ea, quę fertiliſſima ſunt Germaniæ loca circum Hercyniam ſyluam (quam Eratoſtheni, & quibuſdam Græcis fama notam eſſe uideo) quam illi Orcyniã appellant uulgo, Tectoſages occuparunt atq; ibi conſederunt. Quę gens ad hoc tempus hijs ſedibus ſe continet, ſummamq; habet iuſtitiæ, & bellicæ laudis opinionem. Nunc quòd in eadem inopia, egeſtate, patientiaq; Germani permanent eodem uictu & cultu corporis utuntur: Gallis autem propinquitas, & tranſmarinarum rerũ notitia, multa ad copiam atq; uſus largitur, paulatim aſſuefacti ſuperari, multiſq; uicti prælijs, ne ſe quidem ipſi cum illis uirtute comparant. Cæſar commentariorum lib. vi. Iſtam Tectoſagum gentem arbitror Nicri ripã accoluiſſe, quo loco uetuſta adhuc arx uiſitur quæ Deccenſibus poſtea ducibus nomen dedit. Ea Teck appellatur uulgo, quæ prima Tectoſagum eſt ſyllaba.

HELVETII IN GERMANIAM

VAlidiores olim Gallorum res fuiſſe ſummus autorum D. Iulius tradit. Eoq́ credibile eſt etiam Gallos in Germaniã tranſgreſſos. Quantulum enim amnis obſtabat, quo minus, ut quæq́ gens eualuerat, occuparet permutaretq́ ſedes promiſcuas adhuc, & nulla regnorum potentia diuiſas? Igitur inter Hercyniam ſyluã, Rhenũq́ & Mœnim amnes, Heluetij incolunt. Tacitus in de ſitu Germaniæ. Hic Ptolemæus Eremum Heluetiorum conſtituit.

BOII IN GERMANIAM

DE Heluetijs ita locutus Tacitus, ſubdẽs, Vlteriora Boij, inquit, Gallica utraq́ gens, tenuere. Manet adhuc Boiemi nomen, ſignificatq́ loci ueterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus. Vbi ſciendum, non ſic Tacito uel Heluetios uel Boios dici Gallos, quemadmodum uetuſtiſſimi Græcorũ autores, quos Diodorus Siculus, Herodotus, Ariſtoteles, & hiſtorici cæteri ſequuntur, Celtarum nomen uſurpant, quod promiſcuè quum Germanis tum Gallis accommodant. Nam non ſolum iſtæ noſtræ & uicinæ noſtris regiones priſcis illis Græcis ignotæ fuere, ſed & Italia atq́ adeo Roma ipſa parũ cognita extitit, id quod Ioſephus aduerſum Appionem abunde teſtatur, cuius nobis copiam ſuperioribus annis fecit Ioannes à Laſco Polonus Græcũ exemplar impertitus. Nam Latinè ſic uerſum imò peruerſum habemus, ut nullus intelligere poſſit. Quo magis appareat nothum & ſubdititium eſſe libellum qui Beroſi illius Chaldæi & Manethonis titulo circũfert. At Tacitus, qui ſub Veſpaſiano militauit in Germanijs Prouincijs, & ſub Traiano ad ſcribendum ſe cõtulit, ut ſit nobis ueriſimile, ac Liuius hoc paulo uetuſtior, diſtinctè de populis loquuntur, neminem appellantes Gallum, niſi qui inſtitutis, ſermone, moribus deniq́ Gallus dici mereatur. Proinde ſatis admirari nõ poſſum ambitioſos illos Germanorum dilaudatores, qui etiam Senonum Gallorum ſpecioſos triumphos ſtudeãt uendicare Germanię, hoc tantũ prętextu, quòd Celtarũ uocabulũ amplũ ſit, & quòd Sennonũ Sueuorũ meminerint Chorographi. Satis laudũ habet Germania, quãtum ad bellicam gloriã attinet, etiamſi ſuas Gallis nulli ſuffuremur. Quin potius Liuio credendũ, qui libro quinto ab Vrbe cõdita, Celtarũ, inquit, quæ pars Gallię tertia eſt, penes Bituriges ſumma imperij fuit. hij regẽ Celtico dabant. Ambigatus is fuit. Vide quã exacte rẽ diſtinguat. Poſtea de Belloueſo Ambigati nepote loquẽs, quẽ auunculus in Italiã miſſurus erat, Is, inq̃t, q̃d eis ex populis abundabat, Bituriges, Aruernos, Senones, Heduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos exciuit. Mox de trãſitu cęterorũ Gallorũ in

Italiam ſubiungens, Deinde Boij, inquit, Lingonesq́; trãſgreſſi, quũ iam inter Padum atq; Alpeis omnia tenerentur, Pado ratibus traie- cto nõ Etruſcos modo ſed etiam Vmbros agro pellunt: intra Apen ninum tamen ſeſe tenuere. Tum Senones recentiſſimi aduenarũ ab Vſente flumine uſq; ad Atheſim fineis habuere. Hæc Liuius. Igitur Senones eos qui Romam ceperunt, nemo Germanos eſſe putet, ne- mo Boios. tametſi hij trãs Rhenum cõſederunt, medium fermè Ger- maniæ tractum incolentes, quem Hercynius ſaltus circumquaq; ob ſepit. A quibus regio, Boiohemi nomẽ accepit. Hos, ut alio loco nar- rauimus, illinc potentiſſimus ille Marcomannorum populus depu- lit paulo ante aduentum Iulij Cæſaris, quæ fuit illis cauſa uel neceſſi- tas potius in Noricum tranſeundi, & cum Heluetijs exituris iungen dæ ſocietatis. Atq; hoc eſt quod Tacitus refert de mutatis cultorib. Exponens eñ ſeipſum infrà, Præcipua Marcomannorũ, inquit, glo ria uireſq́;, atq; ipſa etiã ſedes pulſis olim Boijs uirtute parta. Quòd uero manere dixit Boiemi nomen, ſatis indicare queat, Marcoman- nos nõ in locũ ſolũ, ſed etiã in appellationẽ ſucceſſiſſe. quos ego Bo- ieros inde dictos, ſuſpicor in Noricũ & ſecundã Rhetiã unà cũ Nari ſcis & Hermundurorũ parte tranſgreſſos. Si quis enim hodie earum prouinciarum aliquem incolam è uulgo medio roget, cuiâs ſit, Boie rum ſe eſſe dicet, nõ Bauarum, nõ Boioarium, quorum prius ab im- peritis natum eſt, à naſutioribus alterum. Tametſi inter Boierum & Boioarium parum intereſt. Non minus autem hallucinari puto, qui illud ab Auaribus deducant, quàm qui hoc à Boijs Gallis. Vtriq; e- nim populi iam olim euanuere. Sed de hoc ſuprà ſatis teſtati ſumus mentem noſtram. Strabo libro ſeptimo Bubiemum Marobodui re- giam uocat, quod Tacitus Boiemum, & melius Boiohemum Pater- culus. De qua re lib. tertio fuſius diſſeremus.

GOTHINI IN GERMANIAM

GOthinos Gallica, Oſos Pannonica lingua coarguit nõ eſſe Ger manos, & quòd tributa patiuntur. Partem tributorum Sarma- tæ, partem Quadi ut alienigenis imponunt. Gothini quo magis pu- deat, & ferrum effodiunt. Tacitus in De ſitu moribusq́; Germano- rum. Præcipuum argumentum Tacitus ducit à lingua Gallica. Vel hic locus ſatis reprehendat errorem eorũ qui putant, Germanorum & Gallorũ olim eandem fuiſſe linguã. Apud Tacitũ lib. xx. hiſtoriæ Auguſtę, Tẽcteri ſuadẽt Vbijs qui nuper in corpus nomẽq; Germa niæ redierãt, ut inſtituta cultumq́; patrium reſumant. Nihil addunt de lingua. Nam hæc difficulter & ſero dediſcitur, non mutanda niſi populum ipſum excindi contingat, quod Langobardis accidit in

Italia:

Italia: aut temporum prolixitate paulatim abſorberi. quod Burgundionibus & alijs gentibus eueniſſe ſatis manifeſtum eſt.

OSI IN GERMANIAM

EX Taciti uerbis quæ mox citauimus, conſtare poteſt, Oſos in Germaniam è Pannonia ueniſſe. Vbi rurſum à lingua ſumpto argumento rem probat. Significat autẽ Pannonios diuerſum à Germanis habuiſſe ſermonem. Porrò bilingueis illos extitiſſe reor, propter linguam ſuam ueterem ac propriã, de qua Tacitus loquitur: & prouincialem ſiue Romanã, quam mixtam ſunt qui uocent. De quo fortaſſis alibi diſputabitur.

SCLAVINI IN BOIOHEMVM ET REGIONEM quæ Morauia appellatur

INter Mimos Publianos nobilis uerſiculus extat, Ab alio expectes, alteri quod feceris. qua ſententia nihil uerius. Fit autem plerunq; ut quod alijs intulimus, ipſi perferre etiam cogamur. Germani Romanorũ prouincias uicinas perpetuis incurſionibus exhauſerũt, deinde totas occuparunt, quemadmodũ ex hijs quæ diximus ſuprà, liquidò cõſtat. Interim ſuperuenere qui Germaniã ipſam miſeris modis uexarẽt, & in fertiliſſimis regionibus domiciliũ figerẽt nunq; excutiendi, nẽpe Sclauini, quos ab occupato Boiohemo uulgus Bohemos appellat, & qui ſe Polonos à planis campis uocant, ut de Velatabis & Auaribus ſileam. An nõ habet hic elegantiſſimũ illud Perſij carmen locum,

Cędimus, inq; uicem præbemus crura ſagittis.

Porrò Sclauinorũ gens, ut arbitror, ſub Mauritio Cæſare primũ innotuit, quum legati illorũ cum cytharis ad Caianũ Auarûm Principẽ proficiſcẽtes à Cæſarianis militibus ſunt intercepti, & mox Heracleam ab Imperatore miſſi. Subornante autem Caiano quũ Thraciam inuaſiſſent, & omnia igni ferroq; deuaſtantes uſq; ad Longos muros quos uocant Conſtantinopoli uicinos perueniſſent, miſſus contra illos Cõmentiolus cum exercitu, maximas horum copias partim deleuit, partim repreſſit. Aduerſum hos etiam Mauritio Principe ſemel atq; iterum deſtinatus Priſcus Prætor nunc ne Danubium tranſirent cohibuit, nunc ipſe tranſmiſſo fluuio feliciter cum illis pugnauit, Muſatio rege eorum capto, opimaq; præda ablata. Sunt autem Sclauini, ſic enĩ Græci illos appellant quos nos uulgo Sclauos uocamus, Scythicæ originis, quorũ patriæ lõginquitas uel ex eo colligi poteſt, quòd qui eius gentis legati Caianũ Auarûm regẽ adibãt, quũ à ſatellitibus Mauritij Cæſaris, ut diximus, intercepti, rogarentur quamdiu fuiſſent in itinere, decem & octo menſes aiebãt ſe peregrè con-

grè con-

grè conſumpſiſſe. Ex Tranſdanubiana Barbaria ueniſſe Sclauinos docet Suidas quum inquit, Σκλαβηνῶν ἔθνος, τὸ πέραθεν τοῦ ἴστρου. Hij finitimis Barbaris Auaribus & alijs quum ſepe ueniſſent auxilio, terræ melioris occupandæ gratia tandem populariter Danubium tranſeuntes, quanquam antè crebro per Imperatores repreſſi quū idem tentarent, tandem langueſcentibus Imperij uiribus in Illyrico cōſederunt. Parsq; horum una deinde Boiohemiam occupauit, & regionem proximam quam à Marauaha fluuio Marauaniam appellant. nam Boieri Marcomanni cū Nariſcis & Hermunduris iam pridem in Noricum & Vindeliciam tranſierant.

SCLAVINI IN REGIONEM VISTVLANAM quæ hodie Polonia appellatur.

ALtera Sclauinorum pars longius profecta, in deſerta Vandalorum regione circa Viſtulam amnem & Sarmatiæ cōfinia ſedes ſuas fixit, & eum tractum nouo Poloniæ uocabulo donauit.

VENEDI SCLAVINI IN GERMANIAM

VEnedi Sclauinorum natio paſſim habitant in agris Saxonū & Toringorum, urbibus carent. Vunnefridus Anglus, qui poſtea Bonifacius appellatus eſt, & Archiepiſcopus Magonciaci factus, in epiſtola ad Edoaldum Anglorum Principem, tradit Vuendos fœdiſſimum genus hominū, hūc habere morem, ut marito mortuo mulier ſe in rogum cremandam precipitet. Porrò quos alij Sclauinos appellant, Germani Vuilcos uocabant. Ipſi ſe Velatabos nominabant, & Vuinidas. Varias autem nationes comprehendit Sclauinorum nomen, Heuellos, Sorabos, & ſimileis.

Rerum Germanicarum libri primi, Finis.

BEATI RHENANI SE
LESTADIENSIS RERVM GERMANICARVM
LIBER SECVNDVS.

FRANCORVM ADVERSVM ALEMANNOS uictoria, apud Tolbiacum.

HACTENVS gentium aliquot Germanicarū primum mutatas tantum ſedes, Deinde etiã in Romanas prouincias trans Rhenū & Danubium emigrationes explicauimus: nunc quid noſtris acciderit poſtea, quáue fortuna ſint uſi tum Franci tum Alemãni, paucis perſtringemus: hijs adiecturi nõnulla ad illuſtrãdam antiquitatem pertinentia de moribus, lingua, cultuq́ quorundam populorum. Igitur Franci & Alemanni quamdiu intra ueteris Germaniæ limites mãſere, pacem utrinq́ ſeruarunt. Menus fluuius horum fineis interlabens dirimebat. Verum poſteaquam prouincias Romanorum extinctis Imperij uiribus occuparūt, Franci Germaniam ſecundam & utriuſq́ Belgicæ partem, primam Germaniam & Rauracos cum Heluetijs Alemanni, graues inter illos ſimultates ex æmulatione ſunt exortæ, dum alteruter populus alterius potentiam increſcentem reformidat. Nec defuiſſe credo qui frigidam, quod aiunt, ſuffunderent, quibus publicè & priuatim expedire uidebatur, alterutrã gentem excindi. In horum numero præcipui erant Romanorum magiſtratus, qui inſignes aliquot in Gallijs urbes adhuc defendebant, nondum amiſſa ſpe reſtituendi Imperij Romani. Burgundiones & Gotthi clanculum ad pugnam incitabant. Haud aliter olim inter Pœnos & Romanos de ſumma rerū certatum eſt. Igitur Alemanni nihil territi infelicibus pugnis cū Hildericho rege habitis (uide mirabilem gentis audaciam) priores non modo laceſſiere bellum, ſed etiam in medium illud nouum Francorū regnum, nempè in ſecundam Germaniã, Tolbiacum uſq́, qui Vbiorum uicus eſt, progredi inſtructis cohortibus ſunt auſi: ubi tanto periculo Frãcorum pugnatum eſt, ut nihil ſuperfuerit Ludouico regi, quem Galli Clodoueum appellant, niſi ad diuinam opem cõfugere, cuius tum præcipua cura, ceu quidam inquit, quum ſalutis ſpes nulla eſt. Itaq́ promittit ſe Chriſtianę pietati nomen daturum, ad quam Gothildis uxor Burgundionica, fruſtra toties illum adhortata fuerat, ſi de periculoſo hoſte uictoriã reportare cõtingat. Affuit ſtatim

 inuo-

inuocanti ex animo, Chriſti numẽ. Vidiſſes ibi labentes Frãcos rurſum erigi, uerſos in fugam ad pugnam redire, conglobari diſperſos: quid multa, totas acies in prælium reſtitui. Verſa uice fatigatos Alemannos fortuna deſtituit. Terga uertunt, & innumera millia à Francis occidione occiduntur. Eo die cecidit uniuerſa gloria & libertas Alemannorum. Neq; enim deſtitit perſequi uictor quàm latè patet nomen Alemannicũ, nõ ſolum Germaniam primam, cum Elcebenſi tractu, parteq; Maximæ Sequanorum, ſed etiam traiecto Rheno ueterem Alemanniam, & trans Danubiũ Rhetiam primã penetrans, nec uſquam cõquieſcens donec partim ferro partim ſeruitute totam Alemannorum gentem perdomuiſſet. Quæ Francorum incredibilis ſæuitia fecit ut aliquammulti ex Alemãnis trans Alpeis ad Theodoricum Oſtrogotthorum regem perfugerent. Quos ille tuendos ſuſcipiẽs, epiſtolam deprecatoriam ſcripſit ad Luduichum Francũ, cultiorem mehercule ſententijs quàm uerbis. extat autem in Varijs apud Caſſiodorum. nos partem apponemus quæ nobis ſeruit.

LVDVICHO REGI FRANCORVM THEODORICVS REX

GLorioſa quidẽ ueſtræ uirtutis affinitate gratulamur, quòd gentem Francorum priſca ætate reſidem feliciter in noua prælia cõcitaſtis, & Alemãnicos populos cauſis fortioribus inclinatos, uictrici dextera ſubdidiſtis. Sed quoniam ſemper in autoribus perfidiæ, irreſerabilis uidetur exceſſus, quinetiam primariorũ plectibilis, pro culpa enim debet eſſe uindicta, motus ueſtros in feſſas reliquias temperare, quia iure gratiæ merentur euadere, quos ad parẽtem ueſtrorum defenſionem reſpicitis confugiſſe. Eſto illis remiſſus, qui noſtris finibus cælant exterriti. Memorabilis triũphus eſt, ALEMANNVM acerrimũ ſic expauiſſe, ut tibi eum cogas de uitæ munere ſupplicare. Sufficiat illum regem cum gentis cecidiſſe ſuperbia. Sufficiat innumerabilem nationem, partim ferro, partim ſeruitio ſubiugatam. Nam ſi cum reliquis cõfligis, adhuc cunctos ſuperaſſe non crederis. Accipe in talibus cauſis frequenter expertum. Illa mihi feliciter bella prouenerũt, quæ moderato fine peracta ſunt. Is enĩ uincit aſſidue, qui nouit omnia tẽperare. dum iucunda proſperitas illi potius blanditur, qui auſteritate nimia nõ rigeſcit. Cede itaq; ſuauiter genio noſtro, quod ſibi gentilitas cõmuni remittere cõſueuit exemplo. Sic enĩ fit, ut & meis petitionib. ſatisfeciſſe uideamini, nec ſitis ſoliciti ex illa parte quam ad nos cognoſcitis pertinere. Et quę ſequũtur. Significat autem ultima clauſula, ſe nõ tam ex officio fortaſſis & amicitia, quàm fœdere cogi, ut exules Alemannos reſtituat, ſi ille nolit à perſequendo deſiſtere. Siquidem apertè teſtatur Agathias Græcus autor,

tpr, extitiſſe Gotthorum clientes Alemannos, quibus erant tributarij. Fuit uero Luduichi gener Theodericus. Humanitatem itaq; cōſidera quam Alemannis oppreſſis Oſtrogotthi præſtitere. Porrò tanti fuit Luduicho uiciſſe bellicoſiſſimam gentem, ut non detrectaret doctrina Chriſtianæ pietatis imbutus, baptiſmo tingi, Remigio ſacrorum antiſtite. Nam uictoriam Superis planè ferebat acceptā. Exemplum regis proceres ęmulati ſunt, & cœpit Francia paulatim tota Chriſtiana fieri. Nam plurimis Gallorum Chriſtus ignotus non erat, quippe Prouincialibus.

STATVS ALEMANNIAE POST EAM VICTORIAM

HInc ſeruitus nata, quæ tam freques occurrit apud Alemannos, quū Alemannos dico, Prouincias etiam intelligo occupatas ab illis. Equidem rectè conijciunt Iureconſulti, ſeruitutem noſtratium à bello habuiſſe initium. Sed hoc illud bellum eſt quod maioribus noſtris priſtinam libertatem ademit: non quòd tota gens fuerit ſeruitute damnata, ſed quòd bonam partem ſic Franci deiecerint, ne reſumere poſſent arma, ne ſe in libertatem auitam uendicare. Nec enim fruſtra ſcripſit in literis ſuis Theodoricus, multo maximam gentis partem, quū ferro tum ſeruitio ſubiugatam. Sanè hoc Francis ſummo ſtudio fuit ut Alemannos premerent, quorum rebellionem ſummopere extimeſcebant. quid autē poſſint pauciores liberi inter innumeros ſeruos. Atq; adeo fuit multis admiſſis pœna conſtituta, ſeruitus. Hij ſerui Fiſcales, & ſimpliciter Fiſcalini uocabātur, quod res & corpus Fiſco Regis ceſſiſſet. unde & regijs ſeruis nomen. Erant inſuper Eccleſiaſtici ſerui, quos ipſe Rex, aut Dux, aut Comes monaſterio donaſſet. Hinc uidemus Abbates noſtrates adhuc talia mācipia poſſidere ex liberalitate Francorū Principum. Hinc illæ pēſitationes originem habent, quibus multos ſcimus obnoxios, ut mortuo patrefamiliâs præſtantiſſimum iumentum è ſtabulo procurator Abbatis abducat, uel ueſtium pretioſiſſimam auferat. Quidam etiam in illo recenti Chriſtianiſmo res ſuas eccleſiæ donabant, & rurſum agros aut domum in beneficij modum recipiebant ad uitæ ſuæ tempus, nō citra tamen penſitationem. nec filius poſt mortē patris aut hæres uēdicare ſic donata poterat. Hij coloni eccleſiaſtici dicebant. Erāt & regij coloni. Si qua libera puella colono regio uel eccleſiaſtico nupſiſſet, nullā agri paterni partem accipiebat propter inæquale cōiugium. extat hoc in legib. Alemannorū. Tum regnū quod olim in cōplureis reges diuiſum erat, quemadmodū ex Ammiano licet intelligere, uerſum eſt in Ducatū. In hoc Romanos imitati ſunt Franci. nam illi Prouinciarum rectores, Duces appellabant, id quod ex libro Magiſtra-

tuum Romanorum ſatis liquet. Vnde Formula Ducatus Rhetiarũ apud Caſſiodorum in Varijs. Deligebant autem Ducem ex nobili familia. Sic Boieris Agilolfingorum antiqua gens diu Duces dedit: è qua Vuelphones prodijſſe ſuſpicor, quos Ottho Friſingenſis ab Aldulfio cognominat. Vbi quidam putant legendum, ab Altdorpio. Hoc autem priuilegium habebat ea familia à priſcis Francorum regibus, ut ſiquis fidus regno prudensq́ ex eadem progenitus comptertus fuiſſet, nõ aliunde quiſquam aſciſceretur in Ducem. Teſtatur hoc in legibus Boioariorum ipſe legislator Theodoricus. Nec tantam poteſtatem habebat Dux, quantam hodie uidemus habere. Siquidem perſæpe ſe tantum Duces militum nominabãt, quemadmodum in uetuſtiſſimo diplomate apud D. Leodegarium Lucernatem ſcriptum eſt, Ego Vuighardus, & frater meus Ruopertus Dux militum regis Ludeuuichi, & quæ ſequũtur. Fuit autem is Ruopertus Alemanniæ Dux ſiue Sueuiæ. Ergo primam dignationem ſub Francis in Alemannia habebat Dux, proximam Comites. Regiones ipſę per Centenas diſtinctæ erant. unde Centenarij nomen. Is magiſtratus Centenæ pręſidebat Comiti ſubiectus. Proximè Heidelbergam adhuc apparet Centenæ ueſtigium in aliquot pagis, & manſit uocabulum. Nam Franci in gubernanda plebe Romanorum cõſuetudinem in Gallijs repertam etiam ad alios populos unà cum ipſis uocabulis tranſtulerunt. Ludeuuichus rex. Volumus, inquit, atq́ iubemus ut miſſi noſtri diligenter inquirant, quot Liberi homines in ſingulis Comitatibus maneant. Hinc uero ea diligentia & ratio examinetur per ſingulas Centenas, ut ueraciter ſciant illos atq́ deſcribãt, qui in Exercitalem ire poſſunt expeditionẽ. Hæc illic. Nam quæ de Centenarijs apud Germanos ſcribit Tacitus, non ſunt huc trahenda. Nec Duci Vicarius deerat, nec Comiti. Qui in conſilium adhibebantur, Ratzenburgij ſunt appellati Germanica dictione. Nouum Francorum imperium etiam cultum Chriſtiani nominis in Alemanniam inuexit. Nam, ut antè diximus, Ludeuuichus, quẽ Clodoueũ appellant, iam Chriſto nomen dederat. Nec inauditum erat ſacratiſſimæ religionis nomen in Gallijs & Germanijs prouincijs, ſicut nec in cæteris prouincijs, uidelicet utraq́ Rhetia, Norico & Pannonijs. Nam de Materno, qui hic D. Petri iuſſu doctrinam Euãgelicam primus enunciauerit, non puto prorſus inanem eſſe famam. Apud Hellum uicum tribus milliarijs à Seleſtadio diſtantem adhuc conditorium oſtenditur, in quo iacuerit mortuus aliquandiu, ſed mox uitæ reſtitutus, ut adhuc Treueros Agrippinenſeisq́ erudiret. De tempore dubito, de re ipſa ſatis certus. Irenæus namq́ uetuſtiſſimus inter ſcri-

ter ſcri-

ter ſcriptores Chriſtianos,qui ſaltim extent, proximusq́ꝫ temporib. Apoſtolorum (nam auditor Polycarpi illius fuit cum Ioanne Euangeliſta uerſati) ſatis indicat Germaniam ad Chriſtum cito cōuerſam, eam uidelicet quæ prouincia fuit,& in primam & ſecundam diuiditur,ſic ſcribens in primo libro Aduerſus hæreſes. Nam etſi, inquit, in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen uirtus traditionis una & eadem eſt.Et neq́ꝫ hæ quæ in Germania ſunt fundatæ,Eccleſiæ aliter credūt aut aliter tradunt,Neq́ꝫ hæ quę in Hiberis,neq́ꝫ hæ quæ in Celtis,neq́ꝫ hæ quæ in Oriēte,neq́ꝫ hæ quæ in Ægypto, neq́ꝫ hæ quæ in Libya,neq́ꝫ hæ quæ in medio mundi ſunt cōſtitutæ. Sed ſicut ſol creaturæ dei uniuerſo mundo unus & idem eſt, ſic & lumen prædicatio ueritatis ubiq́ꝫ lucet,& illuminat omnes homines qui uolunt ad cognitionem ueritatis uenire.Hactenus Irenæi uerba retulimus.In Rhetia prima apud Auguſtam,habes Afram,Largionem & cæteros,In Norico ripenſi Florianum:quorum ſupplicia ſatis declarant Chriſtianam ibi pietatem pullulaſſe,non ita diu poſt Apoſtolorum tempora.Sic enim Rhetos Narciſſus docuit, ut Seruatius Tungros & Vtriceſienſeis, quos Traiectenſeis dicimus, Beatus Agaunenſeis.Sanè de Magonciaco nota eſt D.Hieronymi ſententia, qui nobilem quondam ciuitatem captam atq́ꝫ ſubuerſam ſcribit,de Francorum & Alemannorum in Galliam immigrationibus loquens, & in Eccleſia multa hominum millia trucidata.Per hoc enim ſignificat, multos illic Chriſtianos occubuiſſe.At in ipſam Germaniam, quam ego diſcriminis cauſa,ueterem appello,nemo facile fuiſſet admiſſus, qui contra receptas gentium ſuperſtitiones aliquid ſe dicturum foret pollicitus.Rudiores enim erāt quàm qui noua doctrina caperentur,aut à delirijs auocari poſſent. Sic tum deo uiſum eſt,qui gratiam hominibus impertitur pro uoluntate ſua.Prouinciales prius amplexi ſunt Chriſtum,utputa ciuiliores,& linguam callentes Romanam: qua diuini uerbi præcones utebantur,ex urbe Roma ſi nō ab Apoſtolis,certè ab Apoſtolicis uiris ſummiſſi.Nam Occidentalia iſta regna Chriſti cognitionem Romanæ ſedi debent. Prouincialibus immixti prius Burgūdiones, nam maturius Rhenum tranſgreſſi ſunt, poſterius Franci inſtigante Gothilde Burgundionica Ludeuuichi uxore,Chriſtum adorare cœperunt.Ab hijs Alemanni, & qui poſt hos à Francis deuicti ſunt,ut Toringi, Boioarij, Saxones, Sclauini, Nortmanni.Poſtremo,Heſſi,Friſij, & cæteri religionem ſuſcepere. Nam apud Maguncíacum Vunefridus Anglus,qui & Bonifacius, Amandus,Florentius,& Arbogaſtus apud Argentoratū, apud Augiam maiorem Gallus & Pirminus,inſtauratores dici debent nō au

tores primarij Chriſtianæ religionis. Sed ne quis de Alemannis me putet hæc fingere, Agathiæ uerba aſcribam, uel potius interpretis: nihil autem nouit is autor ut homo Græcus de cõflictu Tolbiacenſi: ſed tantũ ſcribit Alemannos à Gotthis quibus tributarij erãt (quod tamen ego minime credo) propter bella difficillima quæ in Italia gerebant, dimiſſos, & poſtea à Francis ſuſceptos. Scilicet Alemãni fortiſſimi Germanorũ elatiſſimiq́ue, ſua ſponte ſe Francis, quibus nõ modo pares, ſed etiam ſuperiores eſſe uolebant, ſubmiſiſſent. Sic itaque Alemannorũ gentem, inquit, per Gotthos dimiſſam Theodibertus in ditionem accepit, Quo mortuo, ut ſuprà iam diximus, ad Theodebaldum filiũ, cũ cæteris & hij ſimul in poteſtatem ceſſerũt. Huic genti legitima quædã & patria ſunt inſtituta. Siquidem in rebus publicis adminiſtrandis & magiſtratib. Francorũ politiam ſectantur & leges. In hijs tamen quæ ad religionem ac deũ ſpectant, ab hijs longe diſſentiunt, nimirum qui arbores quaſdam adorẽt propitientq́ue, nec ſecus & fluminũ aquas, colleſq́ue & ſaltus, quibus perinde ac religioſe id agant, equos & boues & infinita huiuſmodi pecora deſectis ceruicibus immolant. Sed cũ Francis aſſidua cõuerſatio maximũ hijs in modum cõducit, & ornamenti plurimum affert, ad ſeq́ue cottidie trahit, qui ſui cõpotes ſint. Et ſpero fore ut nõ longo pòſt temporis interuallo, iſtorum peruictura ſit pertinaciam. Hactenus interpres. Attendendum uero quod dicit, ab Alemannis arbores & ſaltus adorari. Sic narrat Tacitus, Sueuos in ſyluam quãdam ſtato tempore coire, & alterius nemoris meminit in Oceani inſula. Sed & de Germanis omnibus generatim loquẽs, Lucos, inquit, ac nemora cõſecrant, deorumq́ue nominib. appellant ſecretũ illud quod ſola reuerentia uident. Item de ſacerdotibus, Effigieſq́ue & ſigna quædam detracta lucis in prælium ferunt. Porrò quod ait, Francorum politiam ab Alemannis receptam, hoc arguit iam ſubiugatos fuiſſe. Sic & riparijs & Boieris præſcriptæ leges. At difficile fuit deliria ſuperſtitionum relinquere. Metu pœnarum erant adigendi. Nam extat lex nõ ferianti die dominico perpetuã interminans ſeruitutem. Antiquiores Alemanniæ Duces nõ reperio quàm duos fratres huius nationis Leutharium & Buccelinum, quos Agathias Leutharim & Bultinum appellat. Miſit hos Theouualdus rex Luitmeri F. quem Galli Clodomirum uocant, cum ſeptuaginta duobus millibus Alemãnorum & Francorum in Italiã pro Gotthorũ ſubſidio quos Narſes delere parabat. Nam legatos miſerant in Franciã Gotthi. Campania ab hijs uaſtata eſt, Apulia, & Calabria. Parcebant templis Franci, iam Chriſtiani. Secus agebant Alemanni ſacroſanctę religionis adhuc expertes,

ne à loculis quidem mortuorũ uiolandis manus abſtinendo. Leutharius cum opima præda domũ rediens in tractu Venetiæ perijt. Bucelinus ab Aligerno Gotthorũ Duce quorum propugnandorũ gratia in Italiam uenerat, & Sinduuale Herulorũ præfecto, qui Narſetis partes adiuuabant, occiſus eſt. Erãt in exercitu uates Alemãnicæ, quę prędicebãt incipiẽdi pręlij tẽpus, & euentũ. Autor Agathias. Talium fatidicarũ mulierũ apud Germanos, meminit Tacitus, & Cæſar lib. primo cõmentariorum. Porrò Carolus Martellus Luitfridũ Alemanniæ Ducẽ rebellantẽ profligauit, Sueuis denuo ſubiugatis.

FRANCORVM CVM BVRGVNDIONIBVS BELLVM ET VICTORIA.

GVndeuualdus Burgundionũ rex, ille Liguriæ populator dum Oſtrogotthorũ Herulos Italici regni poſſeſſores exturbantium armis ſurſum atq; deorſum omnia miſcentur, à Ludeuuicho Francorum rege profligatus in campo, obſeſſus poſt & deditus, annuo tributo promiſſo liber dimiſſus eſt. Luitmerus qui & Clodomirus Ludouuichi F. in Sigiſmundum, qui poſt Gundeuualdi patris mortem Burgundionũ regnum ſuſceperat, mouit, & fugatũ aſſecutus, interiectis aliquot diebus unà cum liberis iugulatum in puteum abiecit. Huius crudelitatis cauſa fuit, quòd ipſe Gundeuualdus neptis ſuæ Gothildis quæ Ludeuuicho nupſerat, parentes ſuſtuliſſet, ſicq; regnum uſurpaſſet. At Clodomirus poſtea cũ Gundomaro Burgũdione cõgrediens, qui regnum ad ſe trahebat, interfectus eſt, cognitus hoſtibus à promiſſa Cæſarie cum cecidiſſet. nam hoc Francorũ regũ inſigne erat cæteris omnibus attonſis. Burgundiones abſciſum Clodomiri caput Francis oſtendentes, tantã illis incuſſere formidinem, ut acceptis cõditionibus qui daturi uenerant diſcederent. Huius pugnæ meminit Agathias. Nõ diu pòſt Luitharius & Hildebertus cæſum fratrem ulturi cum magnis copijs in Burgundiã proficiſcunt̃, Gundomarũ cum uxore capiunt, toto Burgundiæ regno potiti. Cæterum in annalibus Francorũ relatũ eſt Burgundiã centum & xxx annos paruiſſe Francis. ſed ætate Henrici regis ad Chunradũ Auguſtum reſpicere cœpiſſe, ſicq; diuiſam, ut regionis partem quæ Campaniæ eſt uicina, Franci: quæ ad Veſontionem adiacet, Germani ſibi uendicent. Hæc diuiſio bellorum ſeminarium fuit. De latiſſimis Burgundiæ finibus monuimus ſuprà. Nam Aureliã & Ligeris partem, & totum ferè Rhodanum complectebatur. Vnde D. Mauritij cœnobium Agaunenſe, proximè Octodorũ, à Sigiſmundi Burgundionum regis fratre extructum eſt. nam illuc uſq; & longius multo Burgundiæ regnum protendebatur.

FRANCORVM ADVERSVS TORINGOS bellum & uictoria.

HIrminfridum Toringorum regem, cui Theoderici regis Oſtrogotthorũ ex Almafrida ſorore neptis Amalberga nupta erat, Hildebertus Ludeuuichi, qui & Clodoueus, F. ad Oneſtrotum amnem fudit caſtriſq; exuit. mox Tolbiacum, qui uicus Vbiorum eſt, per blanditias ad ſe uocatum, de pergula mœnium in qua colloquentes obambulabant, nimis ſecurũ hoſpitem præcipitat, uniuerſo Toringiæ regno potitus, poſtquã Hirminfridi liberos trucidaſſet. De hac re longam hiſtoriam narrat Abbas Vrſpergenſis, belli cauſam exprimens. Eodem autore ſororem Theodorici Francorũ regis Hirminfrido fuiſſe cõiugem apparet: fortè poſt mortem alterius, de qua antè meminimus. Is uero ſcriptor omnia refert ad Theodoricum qui fuit Heldeberti frater germanus. Toringi poſtea cũ Saxonibus ductu Ludeuuichi prouinciarum Orientalium regis, Carolũ cui Calui cognomen fuit, in ipſis Rheni ripis caſtrametatum, in fœdam fugam relictis impedimentis & rebus omnibus uerterunt.

FRANCORVM ADVERSVS SAXONAS DIVtinum bellum, & uictoria.

CVm hac gente Franci multis ſeculis bella geſſerũt. Luitharius Hildeberti frater, Ludeuuichi F. domitos à ſe Saxones quũ promiſſum tributum, id erat quingentorum boũm, nõ perſoluerẽt, bello repetens, abſq; gloria ſed nõ abſq; damno, Sueſſionem rediјt. In hos quum poſt aliquot temporum interualla Dagobertus alterius Luitharij F. mouiſſet, tranſito Rheno cõmiſſa pugna graue uulnus accepit in capite animoſus adoleſcens, ſed tamen euaſit. Ea re pater Luitharius accepta filio ſuppetias uenit. Berchtoldum Saxonũ principem obtruncat in fuga cõprehenſum, & penetrata regione, uaſtatiſq; cunctis, mares pueros omneis occidit, quos gladio ſuo reperit lõgiores. Sub Carolo Martello rebellarunt. Pipinus eos huc adegit ut ſingulis quibuſq; annis trecentos equos uelut tributũ penderent. Sed edomandæ gentis uera laus Carolo Magno Pipini F. reſeruabatur. Is tandem xxxiij anno hoc bellũ cõfecit, quo nullũ neq; difficilius neq; lõgius unquam à Francis geſtum eſt. Tranſtulit decem milia Saxonũ cum uxoribus & liberis in Germaniam inferiorem, hoc eſt in Flandriam & Brabantiam ex magna parte. Columnam uero ligneam illam quam ſub diuo poſitã gentiliter adorabant, euertit. Hirminſul ab illis appellabatur. Et Vuitikindus Saxonũ princeps Chriſtianam pietatem profeſſus eſt, ſuſceptore Carolo Aug. ſalutaribus aquis ablutus, plebe ducis exemplum haud ſegniter æmulante.

FRANCO-

FRANCORVM ADVERSVS FRISIOS VICTORIA

FRiſij Gallias incurſabant: quare Carolus Martellus rex expeditione nauali Radbotonem ducem eorum adortus, uictoriam de hoſtibus reportauit.

FRANCORVM ADVERSVS BAIOARIOS VICTORIA

BAioarios olim à Francis fuiſſe ſubiugatos, Theodoricus Francorum rex Ludeuuichi F. argumẽto nobis eſt. Nam is leges ei genti dedit. In quibus Agilolfingorum familia celebri elogio ornatur. In Baioarios, fortaſſe tumultuantes, legimus Carolum Martellum mouiſſe. Sed Taſſilonem rebellantem uxoris inſtigatione, cui dolebat pater regno pulſus & exul, nempe Deſiderius Langobardorũ rex, & promiſerant auxilia Auares proximi, Carolus Magnus facile cõpeſcuit. Læſæ maieſtatis reus Dux cum Theodone F. quem obſidẽ Carolo dederat, in monaſterium mutato cultu detruſus eſt, & prouincia aliquandiu per Comites tantum adminiſtrata.

FRANCORVM ADVERSVS LANGOBARDOS VICTORIA

PIpinus Hilderico deiecto Francorum rex, hortatu Stephani Romani Pontificis contra Haſtulfum Langobardorũ regem trans Alpes profectus eſt, & tandiu Papię illũ obſedit, donec obſides quadraginta daret, nõ dimittendos niſi Romano pręſuli foret ſatisfactũ. Anno euoluto quum nihil eorũ præſtitiſſet quæ fuerat pollicitus, iterum à Pipino obſeſſus eſt, & Exarchatu Rauennate ſpoliatus. Huius filium Deſideriũ Carolus Pipini F. in deditionem receptũ poſt longam obſidionẽ, exulare iuſſit, eius quoq; filio Adalgiſo extra Italiam ſummoto. Tum Italiæ rex datus Pipinus quem ex Hildigarde Sueua Carolus Magnus ſuſceperat.

FRANCORVM DE SCLAVINIS VICTORIA

SClauinos quos hodie Bohemos, Polonos, & Vuendos, hoc eſt Venedos appellamus, qui totam Germaniam turbabãt, una tantum expeditione domuit Carolus Magnus, ductu Caroli filij, ſed nõ ſine Saxonum auxilijs. In Toringiam irrupiſſe Sclauini Dagoberto principe leguntur. Henricus, ſecundus Germaniarum rex qui Chronrado Franco ſucceſſit, Sclauinos Bohemos tributarios regno Germanico fecit, quod hodie Romanum Imperium appellatur.

STATVS GALLIARVM ET GERMANIARVM ſub Francis regibus & Impp.

OMnia redundabant ſeruis, ut diximus ſuprà, tam fiſcalinis ſiuẽ regijs, q̃ Eccleſiaſticis. Proinde tædio ſeruitutis multi monaſticã uitã profitebant̃. Vnde lex extat eatenus hoc fieri permittens, ne pagi iuſtis cultorib. deſtituãtur. Erant & Tabularij ſiue chartularij,

larĳ,libertorum genus,In hos ius habebat eccleſia.Sed Fiſcalini priuilegĳs eccleſiaſticos uincebant. Nam liber homo habens uxorem Fiſcalinam regiam,aut mulier libera habens Fiſcalinum maritum,nihilo deterioris cõditionis hoc nomine efficiebatur. Quin ipſi nobiles & ciues habebant mancipia, unde de coniuratione ſeruorum in Flandris,Mempiſco,& cæteris ad mare locis facta,meminerũt leges Francorum. Vnicuiq; ferè ciuitati Comes præſidebat.Is uelut aduocatum quendam Epiſcopi agere cogebatur. nominatur aliquando Iudex Fiſcalis.Centenarios à Centenis dictos,quarum antè meminimus,Vicarios,& Scabinos ſub ſe habebat.Erant præterea Comites ad cuſtodiam maritimam,item ad Marcam tuendam deputati,quos hodie Marchiones uocamus,Germanicè Marcgrafios.Nobiles beneficĳs regĳs ornabãtur,& Alodĳs.Hæc propĳ iuris erant, fortaſſe Germanico uocabulo ſic dicta,quòd familiæ uelut coagmentata ſint & cõiuncta,hoc eſt,inſeperabilia à familia.ein Anlod.Vnde plerũq; negligebantur beneficia regia,Alodia curabantur.quæ res ædita lege prohibetur.Diuites interdum colonis agros locabant ſub reditu Tertiarum.Proſcriptio xxx.annorũ robur habebat.Ciuitates quædam Romanis legibus utebantur. Ipſi Franci nunc Salicam legem, nunc Romanam,nunc Gombatam præferebãt. Salici Franci maius priuilegium habebant.Nam hĳ ſolidum xĳ denariorum pro multa ſoluebant.Si Friſius aut Saxo offendiſſet Salicum Francum,xl.denariorum ſolido multabatur.Res eccleſiarum in beneficĳs ex liberalitate regia poſſidebant nobiles,etiam dominicas decimas quæ ad ſacella regia pertinebant,diuerſas à Parochianis. Sed aduerſus hunc abuſum non deſinebant clamare epiſcopi.Vel libero homini non licebat ſeſe addicere monaſterio,niſi conſulto principe.Nam quidam hoc faciebant,non ſtudio pietatis,ſed ut pericula bellorum & ciuiliũ functionum moleſtias euitarent. quidam quòd opibus pollerent à callidis monachis circumueniebantur, illos uelut piſcem in naſſam pellicientibus.Quam ob cauſam legitimis teſtibus opus erat,ſi quis aliquid Eccleſiæ donare uoluiſſet. In puniẽdis facinoroſis multo clementiores fuerunt,quàm hodie ſumus.Illis enim etiam tonderi pœna erat. Deſeruiſſe exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci uocabant Heriſchlitz, quaſi dicas exercitus ſciſsionem. Vtebantur iudicio aquæ frigidæ, aquæ feruentis, nouem uomerum candentium, & examine Sanctæ Crucis. quæ omnia pòſt prohibita fuere. Saxonum deuictorum auxilĳs multa geſta ſunt.Si in remotas regiones proficiſcendum erat, puta Hiſpaniam aut Auariam quæ Noricũ ab Alpibus cõtingebat,quinq; Saxones ſextũ inſtrue-

bant

bant. Si contra Sclauinos Bohemos, duo tertium inſtructum mitte-bant. Si in Sorabos, omnes uenire cogebantur. Sic ſex Friſij tenuiores ſeptimum armabant. Sed infinitum eſſet omnia perſequi. Volumen legum Francicarum in uetuſtis bibliothecis extat: ex quo nos unam aut alteram adhuc apponemus.

LEGES ALIQVOT FRANCORVM

MEndici per regiones uagari non permittuntor. Suos pauperes quæq; ciuitas alito. Illis niſi manibus operentur, nullus quicquam dato.

Mangones uagabundi & Cotiones qui impoſturis homines ludunt, coercentor. Mangonum adhuc nomẽ & res apud Germanos manet. die Mengen.

Nemo pluris uendito aut emito quàm ſagum optimum & duplum xx. ſolidis. Simplex. x. Vilius autem minoris. Roccum Martrinum ſeu Lutrinum optimum xxx. ſolidis. Siſmuſinum optimũ x. ſolidis. Qui ſecus faxit, xl. ſolidis multator, & delatori xx. ſolidos exſoluito. Hæc lex ſatis declarat qua lingua ſint uſi Franci. Gaudebant autem pellibus.

Facinoroſus oculum pro prima culpa perdito, culpam iterans naſum truncator, Tertio deprehenſus capitalem pœnam luito.

Qui faidam deſerere noluerit, ad regem mittitor. Faidam uocabãt Franci ſimultatem apertam, qua unus aliquis uni uel pluribus bellũ denunciat. Ab hac Gallicani ſcribæ Faidoſum appellant qui faidam exercet. Germanis notum nimis uocabulum eſt.

Nemo, militiæ, ſocium ſuum aut quemlibet alium ad potandũ inuitato. Quòd ſi quis ebrius repertus fuerit, eiectus quoad culpam agnoſcat, aquam bibito.

Ad regem uel in bellum proficiſcens aut rediens, à uectigali quod Straſturã uocant, immunis eſto. Straſturã Germani hodie, & Vueg ſturam appellant.

De rebus quæ ad uictum pertinent, niſi quis huiuſmodi negociationem exerceat, & de Saumis, nullus teloneum pẽdito. Hac immunitate & qui ſacra loca adeunt, gaudento. Saumarum nomine clitellaria iumenta intelliguntur.

PIETAS FRANCORVM, ET DE TEMPLIS AC hoſpitalibus Scotorum.

STudium ſuum erga Chriſtianam religionem uix alia re magis declararũt priſci Francorũ reges, quàm quòd inſignia templa Chriſto Opt. Max. paſſim dicarunt, adiunctis cœnobijs & ſodalitijs quæ ueluti ſeminaria quędã eſſent ac pręſidia religionis, ut ſi ferarũ natiò

num

num incurſionibus contigiſſet nos opprimi, ſupereſſent qui pietatē extinctam reſtituerent. Itaq; poſt Tolbiacenſem uictoriam Chriſtianis myſterijs nuper initiatus rex Ludeuuichus, qui & Clodoueus, nihil prius habuit, quàm apud Argentoratum oppidum Alemannorum populatione ſæpius antè uexatum, ſed ſuperiori tempore ſub Attilanicā irruptionem funditus euerſum, diuæ Virgini matri templum extruere. Sic enim iactat fama. Nec dubito quin Magonciaci idem fecerit. Nam ſcribit D. Hieronymus, Magonciacum quondā nobilem ciuitatem captam atq; ſubuerſam, quod Alemannis patratum arbitror, Francis Agrippinā & Tungros potius aggreſſis. quāquam Magonciacum gentis utriuſq; cōfinia aſpectabat. Quis uero credidiſſet futurū, ut quod tanta rabie erant demoliti, tanto rurſum ardore reſtituerent? Iam ipſa templa cœnobialia anſam præſtitere reædificandis oppidis. Verbi gratia. Multis annis habitatum eſt in ruinis ueteris Argentorati, & locus à palatiolo regis, qui ibi nonnunquā agebat, nam iam erat uicus, aut à prædio, Kunigeshofen dictus. Verum monaſterium ipſum nonnihil diſtante ædificatum loco, cui cupiebat optimus quiſq; ædes habere coniunctiſſimas, muniri cœpit & muro claudi. Itaq; ex oppidulo cœnobiali, nam cœnobium potior pars erat, cōtractis eò uicis proximis tāta poſteriori tempore eſt urbs conſtituta. Eadem ratione nunc propius Rhenum uiſitur Magonciacum, quod olim pluſculum diſtabat. Idem accidiſſe Spirę conijcio, quem ego locum à Romanis militibus, ad Pirum olim uocitatū ſuſpicor. Nam Neomagus Nemetum, ni fallor, fuit, ubi diui Germani templum aliquando ſtetit. Igitur occaſione cœnobiorum in Germanijs prouincijs oppida iſta fieri cœpta. Cęterum nō minorem laudem meruere pij reges extructis Xenodochijs ampliſſimis in Gallia, quę luculento reditu donarunt. Sed & ea tempeſtate Scoti monachi multa xenodochia paſſim erexere, locupletiorum hominū auxilijs, qui res ſuas in rem tam ſanctam nō grauatim communicabant. Huius generis diuerſorium fuit apud D. Thomam Argentorati, multiq; inde ad epiſcopi munus aſciti ſunt. Extat in uolumine legū Francicarum, caput Meldenſis ſynodi, quo rex admonetur, ut hoſpitalibus tam regijs quàm Scoticis proſpiciat, quorum res in longe alium uſum ab improbis hominibus uertantur. Huc pertinet quod Dagobertus rex nouas diœceſeis epiſcoporum inſtituit, ut Argentoratenſem, quum Mediomatricorum ditio olim ad Rhenum uſq; protenderetur, & Cōſtantienſem, quam à Vindoniſſa antè nomen habuiſſe ſunt qui tradant, ubi primum ea ſedes fuerit. Sane reperi in quodā uetuſto codice qui de cōcilijs antiquis Galliarum tractat, inter ſubſcribentes

ſcribentes ſic annotatum, Bubulcus epiſcopus Vindoniſſenſis. Item Cōſtantius epiſcopus Octodurenſis, quæ tamen ſedes hodie nō eſt Octodori quod uulgo Martenacum appellatur, ſed in oppido Sedunorum. Nec inſtituit modo, ſed & prouentibus & prædijs exornauit. Nam quod hodie Ruuahenſi tractu fruitur Argentoratenſis antiſtes, Dagoberti munus eſt. Manthatum uernacula lingua Franci uocabant, à mannis, hoc eſt clientibus ſiue beneficiarijs qui illic agros colebant. Neq; enim Romanè Franci loquebantur, ut Munus datum interpretari debeamus, ceu multi fecere. Conſtantienſi ſedi prædia ſua & tributum ſiue uectigal quod in uico Colmarienſi dotis nomine poſſidebat, liberaliter largita eſt Berthrada regina: cuius filius Carolus cognomento Magnus ueterum beneficentiam longe uicit. Nam quum octauo demū anno bellū Hunnicū perfeciſſet, theſauris Caiani principis potitus, quos ea gens id temporis in Pannonia habitans, ex toto orbe ſpoliato conuexerat, nec unquam opimiorem prædam nactos Frācos legimus, in primis pium exiſtimauit epiſcopalibus cœnobijs, & cæteris monaſterijs bonam acquiſitarū opum partem decidere. Hinc illæ diuitiæ templi Maguncíacenſis, ubi crux ex auro ſolido fuit nomine Benna, pondere mille & ducentarū marcarum, cui uerſiculus huiuſmodi inſcriptus uiſebatur, Crux ex auro ſolido Maguncíaci

Auri ſexcentas habet hæc crux aurea libras.

Conſtituunt autem libram duæ marcæ. Fuerunt illic inſuper duo calices aurei, quorū minor decem & octo marcas auri optimi habebat, maior longe plureis, adhæc anſatus utriſq; & tam ſupernè quā infernè gemmis pretioſiſſimis exornatus, craſſitudine digitali, altitudine ulnæ, nō multum diſſimilis mortario, capiebatq; uini ſeſtarium dimidiatum. Sed longū eſſet ornamenta cætera recenſere, puta pallas pretioſiſſimas, quarum altera centum, altera ſexaginta marcis æſtimabatur: præterea Grues argenteas quæ pro maxima āra ſtantes fumum reddebant, item thuribula ac acerras & cola argentea pro uino propter ſacrificium. Verum primus theſaurum iſtum imminuit Rudulfus Clobelouchus frater ducis Zeringenſis, quem Arnoldo cæſo populus Maguncíacenſis ſubſtituit, dum regalibus, ut uocant, ſuſcipiendis & pallio redimendo quærit pecuniam. nam Bennæ, cruci fixi nomen eſt, alterum brachiū abſtulit. Porrò facile eſt perſpectu, tam immenſam auri uim à priuatis donatoribus nō ueniſſe, ſed à magnis principibus, in primis autem à Carolo Magno, poſtquam Hunnorum opibus potitus eſt. Cæterum epiſcopaleis ſedes etiam in Metropoliticas curarunt prouehendas Franci ueteres. Sic Maguncíacū ad hoc faſtigium peruenit, ſic Agrippina, quum Vunefridum An

glum in agro Londinenſi natum, qui Romæ Bonifacius tranſnominatus eſt, ad inſtaurandum in Germaniis Chriſtianum cultum, Francorum principibus, & Epiſcopis Alemāniæ, id eſt, Auguſtano, Conſtantienſi, Curienſiq; Romanus antiſtes cōmendaret. Siquidem ad Bonifacium eum ſcribens Zacharias pontifex, De ciuitate, inquit, illa quæ nuper Agrippina uocabatur, nunc uero Colonia, iuxta Francorum petitionem, Metropolim cōfirmamus. Sic idem Chriſtianiſmi inſtaurator apud Germanos, fauentib. Francis & aſſentiente duce Odilone, treis adhuc in Boioaria cōſtituit epiſcopos, quum antea fuiſſet unicus, nomine Vnulo. diuiſitq; prouinciam in quatuor partes, quo facilius Chriſtianum uiuendi morem populus acciperet, & Paganiſmi reliquias abiiceret. Apud Erphesfurdiam quoq; tum ruſticanam ſed ethnicam urbem, idem epiſcopalem ſedem inſtituiſſe ſe ſcribit in epiſtola gratulatoria ad Zachariam pontificem recens electum. Fuerat autem is à Gregorio ſecundo miſſus in Germaniam, ut populos quoſdam antea Chriſtianos ſed in paganiſmū paulatim relabenteis, ſalubri doctrina ad puritatē Chriſtianiſmi reduceret, quales erant Toringi, Boioarii, quales Friſii, qui, ut Gregorii ſecūdi uerbis utar, ueluti ſub religione Chriſtiana, idolorum cultui ſeruiebāt, à Vuigbrodo per Sergium pontificē illuc miſſo pauloante primum cōuerſi: quoſdam nihildum de Chriſto edoctos noſtræ doctrina religionis imbueret, ut Saxones, & Friſiorum ac Toringorum aliquā partem. Hic eſt ille Bonifacius, qui rogatus an liceret ligneis calicib. ſacrificare, reſpondit, olim aureos ſacerdotes ligneis uaſculis litaſſe, nunc uerſa uice ligneos aureis uti. Cuius dicti memorabilis, in Decretis canonicis fit mentio, ſed uerbis inuerſis.

Decretorū locus

DIVTVRNITAS VETERVM FRANCORVM

FRanci qui in Gallias è Germania tranſcenderūt, diutiſſimè regnum adminiſtrauere, quum Gallicum tum Germanicū, per duas familias, unam Merouingorum, alteram Carlingorum. Priori initiū dedit Meroueus, quem ego Meruuichum Germanico uocabulo nōminatum fuiſſe coniicio. nam ſic ex Ludeuuicho nobis Galli Chlodoueum fecerunt. Eſt autem Mer idem quod Maier. Inde Merouingi uernacula deriuatione, quemadmodū à Sala Salingi, ab Harelo Harlingi, quorum olim fuit Briſacum, & ab Albi fluuio, Albingi. Nota eſt gens Nordalbingorū. Eadem forma à Carolo Carlingi dicti ſunt qui à Pipino & Carolo Magno deſcendere.

GERMANICVM REGNVM

VErum quum Carlingorum ſtirps defeciſſet, Ludouico Arnulſi F. ſine liberis uita functo, Germanicæ Franciæ populus, & Saxones

xones

xones, Othonem Luitholdi F. Saxoniæ ducem in regem eligere uo luerunt Germanicarum prouinciarum, hoc eſt, Germanica utentiũ lingua, quæ tamen antè nunc uni & eidem Gallicum regnum & Germanicum ſimul adminiſtranti paruerant, nunc proprium habuerãt regem, ſed ex Carlingorũ genere, hoc eſt, Germanici ſanguinis. Ideo uero regem deligere ſtatuerant, quòd Francis Germanicis iam planè in Gallia abſorptis, parum decorum cenſebant imperio Gallicano ſubdi. Sed is Otho diadema regni Germanici noluit ſuſcipere, propter ſeniũ iam ingraueſcens. Indicauit tamen quiſnam regno foret præficiendus, nempe Chunradum Orientalium Francorũ ducẽ. Is quum ſeptem annis regnaſſet, & ſentiret inſtare mortem, prẹterito fratre Germano Eberhardo, ſuaſit Francis & Saxonibus, ut Henricum Saxonum & Toringorũ Ducem, Othonis F. Lutholdi nepotem, moderandis regni habenis admouerent. Hunc quum ab archiepiſcopo Magonciacenſi Herigero ad unctionem & coronã Aquis ſuſcipiendam inuitaretur, reſpondiſſe ferunt, Abunde ſibi ſufficere quòd fauentibus ſuperis & ſciſcente populo rex eſſet cõſtitutus, hac gloria maiores ſuos ſuperaturo quam primus in familiã ſuam inferret. Alius eas pompas captaret nempe præſtantior. Se enim tãto honore parum dignum. Mouit deinde in Rudolfum Alemanniæ ducem, & Arnoldum ducem Boioariæ, quorũ uterq; libenter Germanici regni faſtigium inuaſiſſet, Sed facili negocio uicti ſunt, ſe ſuaq; omnia Henrico ſubijcientes. Quũ hæc fieri uiderent ciuitates quẹdã in Gallijs quæ nõ ſeruiebant, ſed tantum certis conditionibus agnoſcebant Francos, de quarum numero præcipua fuit Arelas cum circumiacentibus oppidis, Geneua ad Lacum Lemannum, in Sequanis Viſontio, Tullum in Leucis, in Neruijs Tornacum, & ſimiles, ad Germanicum imperium reſpicere cœperunt, ſic ſuæ libertatis cõpotes permanſuræ. Nam compluſculæ ciuitates Romanis præfectis uſæ, Viſogotthis & Burgundionibus pertinaciſſime reſtiterunt, ut boni conſulerent Barbari quòd certis pactis & fœderibus haberent obnoxias. Vnde regnum Arelatenſe natum, cuius ſe Cancellarium ſcribit antiſtes Treuirorum, unus è Septemuiris quibus Imperatoris deligendi cõmiſſa cura. Arelatenſis regni pars fuit Sabaudia. Proinde ei tractui primum Comitem oriundum è Saxonia dedit Imp. Cæſ. Otho. A quo familia iſta Ducum deſcendit, quem titulum Siſgiſmundo Cæſari debent. Verum Carolus Lucelburgius eius nominis quartus Imperator, quum aliquando Lutetiam Pariſiorum ueniſſet ad Carolum Galliarum monarcham, comite filio ſuo Romanorum rege Venceslao, magnificeq; & benignè fuiſſet exceptus, filiũ

regis Vicarium Imperialem in regno Arelatenſi inſtituit, & aliquot caſtellis donauit. Sic enim in annalibus Galloru̅ proditum eſt. Porrò duo iſti Germanici regni monarchę Chunradus & Henricus, primi per Franciam Germanicam & totam Germaniam regnarunt. Sanè Chunradus apud Aquaſgrani, quam primariam regni ſedem cis Alpes Carolus Magnus inſtituerat, unctus eſt & coronatus ab Archiepiſcopo Magunciacenſi. Henricus eam rem neglexit, ut antè diximus.

ROMANVM IMPERIVM.

HVius Henrici filius Otho rex eſt ab Saxonibus & Francis Germanis electus, ut patri uita functo ſuccederet. Hu̅c enim ex Mathilde genitum priuſquam regia gubernacula capeſſeret, quòd primogenitus eſſet & uirtute excelleret, nam Mu̅di amor dictus eſt, cęteris filijs prætulit. Vnctus eſt apud Aquas ab Hildiberto Maguntiacenſi præſule. Pugnauit uero cum Vngaris feliciter in campis Lyci fluuij no̅ procul Auguſta, treiſq; deuictoru̅ hoſtium duces laqueo ſtrangulauit. Terminos Germanici regni promoturus, in Burgundiam profectus eſt, & regem cum regno in ſuam accepit poteſtate̅. Ad preces Gozelini Leucorum antiſtitis oppidum Tullum euaſtatum cum templo reſtituit. In Saxonia argenti fodinas aperuit. Hugonem ducem, neſcio an Capetus ſit qui Galliarum regnum uſurpauit, miſſis legatis irridentem Germanos ut qui ſepte̅ Saxonica tela uno hauſtu ſe deglutire poſſe iactaret, & de copiarum multitudine quantam Otho nunquam uidiſſet, inſolenter gloriantem, una expeditione compeſcuit. Nam illi referri iuſſerat, tantum ſe numerum ſtrame̅titiorum galerorum adducturum, qua̅tum nec ille uidiſſet unquam. Vteban̅t autem Saxones pileis huiuſmodi textilibus, cuius rei quoque Ratherius Veronenſis meminit. In eo exercitu ſolus abbas Corbeienſis cum tribus clientibus, laneo capitio tectus fuit. Tandem in Italiam iuit Otho, no̅ ſolum Ioannis Romani pontificis & aliorũ epiſcoporum, ſed & prophanorum principum & aliquot ciuitatum, querelis ac ſupplicibus literis euocatus; ibiq; Berengarium qui ſua tyrannide premebat Italos, biennio obſeſſum cepit, & cu̅ uxore Vuilla Adelbertoq; filio Babenberga̅ abduxit. ubi regulus ille exul mortuus eſt, & monumentum habet. Ducem Beneuentanum ſubegit, Græcis è Calabria & Apulia exturbatis. Italiæ liberator Otho iam Magnus, Langobardorum regno Germanis uendicato, progreſſus Romam, à ſummo pontifice Imperialem unctionem & benedictionem accepit, & Auguſtus appellatus eſt. Hinc Germanicum regnu̅ Romani Imperij nomen ſortitum.

STATVS GERMANIAE SVB IMPERATORIBVS Saxonibus,& ijs qui hos inſequuti ſunt.

PRimus ſub ueteribus Francis liberæ poteſtatis dux fuit in Saxonia Henricus Othonis pater qui poſtea Germanico regno præfuit,ceu diximus.Idq; eam ob cauſam ut Sclauinos arceret. diligentius autem cuſtodiuntur quæ propria ſunt.Nec hoc ius cuiquã aliorum præſidũ cõceſſum eſt.At ſub Saxonib.libertatẽ nacti ſunt nõ ſolum prouinciarũ gubernatores,ſed & ciuitates ipſæ.Nam ut quæq; plus bonorũ quæ ad regnum pertinebant,habuit,ita maturius & facilius ad libertatem peruenit.Verbi gratia,Seleſtadij uectigal quod in ponte & portu fluminis Elli ſoluitur,id olim propter frequentiſſimam nauigationem nõ fuit cõtemnendum,partim ad res regni ſpectabat.erant & alij hic reditus eodem pertinentes.Nihilominus allodia,hoc eſt prædia propria poſſidebant Comites quidam à ueterib. Francis donata,poſſidebant & alia iura,quæ poſtea dotium cõiugalium nomine in Comitũ Hohenſtaufenſiũ dominiũ uenerunt,quos duces Sueuorũ poſterior ætas uidit.Ab his ad Cœnobialem præpoſitum diuæ Fidei.Sed tamen bona regni uicerunt,ut ſolida libertate ſit donatus uicus,qui iam olim inter quatuor Romani uicos imperij annumeratur.Idem de cæteris oppidis accipiendum.Proinde ciuitates iſtis ſeculis mirum in modum creuere,& munimentis alijs ſuper alia firmiores factæ.Proximis autem annis ciuilitatis & literarũ ornamenta acceſſerũt.Libet hoc loco referre pacis cõuentionem ab Elſatiæ proceribus & ciuitatibus olim initam. Nam ueterem eſſe uel hoc arguit,quòd Leonis Romani põtificis hic fit mentio, qui Comitum Dageſpurgenſium familia fuit progenitus.Vnde cognoſcere licebit eius temporis ſtatum qui ſanè licentioſorũ hominũ turbis nõ caruit.Sed iam apponemus ipſam pacis formulã rudi illius ſeculi ſtilo perſcriptam. Notum ſit omnibus pacem cupientibus, qualiter Alſatienſes cũ ſuis primatibus ſubnotatam Pacis æditionem , iuxta cõprouincialiũ ſuorũ decretũ cõiurauere,& cõiuratã perpetuo,prout homini licet,in hunc modũ confirmauere.Pacem uero præcipuè & ſemper & ubiq; omnibus eccleſijs,& earum atrijs,pacem Clericis omnibus & fœminis,mercatoribus, uenatoribus,& cauſa orationis tranſeuntib. & agricolis dũ operant̃ in agris , uel ad agrũ exeuntib. uel redeuntib.Huius autẽ cõdictionis obſeruantiã in dies & in tempora conſideratè diſtributam , à ueſpera ſcilicet quartæ feriæ uſque ad ortum ſolis feriæ ſecundæ, & in legitimis uigilijs,& in canonizatis ſanctorum feſtiuitatibus,& in quatuor ieiuniorum temporibus, & ab Aduentu domini uſq; ad octauam Epiphaniæ, & à Septuage-

ſima uſq; ad octauam Pentecoſtes, ita iureiurãdo ſanxere, ut nullus in huius cõdictionis termino arma ferat, exceptis neceſſario tranſeuntibus, excluſis omnibus publicis regiæ maieſtatis hoſtibus. Quicunq; autem in prænominatis diebus & temporib. aliquem ſuũ cõiuratorem, aut rapina, aut incendio, aut captiuitate, aut aliqua temeraria præſumptione infra cortis aut domus ipſius cõſeptum aut conclaue inuaſerit, aut aliquem ad ſanguinis effuſionem temere percuſſerit, Liber capitali ſumma puniatur, Seruus autem manu priuetur. Si quis huius cõditionis reum occultauerit, uel occultatum aufugere fecerit, ipſe rei damnationi ſubiaceat. Et quiſquis furore uel aliqua hoſtili occaſione coniuratores ſuos iniuſte acclamauerit, uel temere euocauerit, & liber & ſeruus præfata damnatione puniat̃. Et ſi quis aliqua intentione quaſi reus acclamatus fuerit, & ipſe innocentiæ ſuę expurgationem appellauerit, liber uel perſonatus ſeruiens, ſi infra patriam eſt, poſt vij dierum inducias cum totidem ſuæ comparitatis teſtibus: Plebeius autem & minoris teſtimonij ruſticus, aquæ frigidæ ſe expurget iudicio. Si quis ſicli I. aut duorum pretij furtum aut prædam fecerit, corium cum capillis perdat. Si ſecundo uel tanti uel quinq; ſiclorum furtum uel rapinam fecerit, manu priuetur. Si tertio, abſq; omni dubietate ſuſpendatur. Si autem publica Imperatoris expeditione aut cõditionali excitati fuerint acclamatione, tribus diebus proprio pergant uictu. Si autem iter prolixius fuerit, caballorum tantum cibaria, & ad ueſcendũ ſumant neceſſaria. & nihil præter herbam, olera, poma, ligna, & quæ ad uenatoria pertinent exercitia tollere præſumãt. Equi autem admiſſarij, quod uulgariter Stuot uocatur, & uineæ, & ſegetes, ſub hac pacis cõdictione perpetuo permaneant. niſi forte aliquis ad paſcendum equũ ſuum in tranſeundo indigeat, ſumat quod in paſcẽdo ſufficiat, in uia tamẽ publicè. Quod quiſq; ante huius cõdictionis decretum aliquo uel proprietatis uel regiminis iure poſſedit, & nunc eodem iure poſſideat. Si quis autem ſeſe ab huius pacis ſacramento ſubduxerit, aut iuraſſe falſo cõfeſſus fuerit, prænotato teſtium numero, prædictoq; teſtimonij iudicio, ſi infra huius decreti terminum conuerſari uoluerit, affirmet. Et ſi affirmare noluerit, uel aliqua occaſione cõtradixerit, aut conditionali legi ſubiaceat, aut diſcedens diſcedat. Summopere autem omnibus huius decreti inuigilandum eſt & prouidendum autoribus, ne quid in hac cõdictione temere agatur & ſine diſcretione. Ad huius ſacramẽtum iuniores ſemper inducant̃, uel etiam cogant̃, hoc attendentes, quia quanto iuniores, tanto negligentiores. Et ne tam utile tamq; ſacroſanctæ pacis decretũ odioſe negligatur, à ſacerdotib. diligẽter caueatur

Coniuratorem uocat, huius iuramenti fœdere coniunctum. Eidgnos

Imperiales, Alſatici

ueatur,& quia LEONIS papæ banno ſancitum eſt,cūctis dominicis diebus cōſtanter doceat̃.Et ſemper in quartæ feriæ ueſpera, dei pacis aduentus,ut oportet, cum ſonitu campanarū publicè indicetur. Leo ix. qui ante Bruno à Dagiſpurgo Comes

BVRGVNDIONES RELICTIS GALLIS GERMANICO ſe regno coniungunt.

QVum uiderēt ueteres Frācos iam abſorptos eſſe,& rem ad Gallos rediſſe,Germanico regno,quod & Romanū dicebatur, ob eam nuper cauſam inſtituto, Burgundiones ſe cōiunxerunt, Germani Germanis. Ac pridem Otho Magnus Arelatenſe regnum & Burgundiam in fidem acceperat. Verum interiectis aliquot annis Rudolphus Burgundiæ rex iam uitam cum morte cōmutaturus, coronam ſuam ad Chunradū Aug.huius nominis primum, miſit. Vnde Germanis certum in Burgundiam & Arelatenſe regnum ius. Siquidem Arelate quondam Burgundionum regia fuit.

FRANCORVM NOMEN APVD CICERONEM NON extare,deprauatumq́; eſſe fœdè locum.

APud M.Ciceronē Epiſtolarū lib.xiiij.quas ad Pomponiū Atticū ſcripſit abſtruſis ſenſis & ænigmatis plenas,in ęditione uulgata ſic legit̃,Redeo ad Theobaſſos, Sueuos,Frācones. Eſt aūt eius epiſtolæ initiū,Pridie Iduū Fundis accepi tuas literas cœnās. Quare pleriq; eruditorū hoc loco freti tradūt Francones à Cicerone nominatos.Equidē mihi perpēſis Tullij uerbis quū uiderē eū de Germanis agere qui in Galliā ante Iulij Cæſaris aduentū trāſijſſent, ſuſpitio naſci cœpit,totū locū eſſe deprauatū. Quis em̄ Theobaſſorū nomē unquā aut audiuit aut legit? Et quid Sueui in Gallia faciunt adeo procul à Rheno diſſiti? Itaq; uolumen manu ſcriptum requiro quod ex Lauriſheimenſi Bibliotheca Ioan.Sichardus noſter nuperrime attulerat.In eo mera portenta uerborū ſcripta reperi,in hunc modū,Redeo adtebaſſos ſcacuas Frāgones.Cœpi deinde literarū ductus ſcrupuloſius rimari, deprehendiq́; germanā Ciceronis lectionē hāc eſſe, Redeo ad Betaſios, Atuas, Vangiones.Quid ſeduxerit ſcribā nō pigeret me referre,niſi lectori moleſtū id futurū putarē, nec reſpōdent ueterib.notulis formulæ Typographorū. Iam ut melius Ciceronis mens intelligat̃,operæpreciū eſt aſcribere uerba quæ pręcedunt. Ea ſunt huiuſmodi.Idem Balbus meliora de Gallia xxi die literas habebat,Germanos,illaſq; nationes re audita de Cæſare, legatos miſiſſe ad Aureliū,qui eſt præpoſitus ab Hircio,ſe,quod imperatū eſſet,eſſe facturos.Quid quæris? Omnia plena pacis,aliter ac mihi Caluena dixerat.Hucuſq; Cicero.Nec prorſus uanum fuit quod ad Balbum perſcriptum erat,hinc nato rumore,quod Remi qui proximi Galliæ Cic.locus

ex Belgis ſunt, ad Cæſarem legatos Iccium & Antebrogiũ primos ciuitatis ſuæ miſerant, qui dicerent ſe ſuaq́ꝫ omnia in fidem atqꝫ poteſtatem populi Rom. permittere. Verũ hoc Remi tantum fecere, cæteri Belgæ nõ item. Multominus Germani illi qui ripas Rheni incolebant, id eſt, Triboci, Nemetes, Vangiones, & hĳs propinqui, uidelicet, Sebuſiani, Betaſĳ, Atuæ, & ſimiles. Nam de hĳs Germanis loquitur Cicero qui in Gallia conſederant. Redeo, inquit, ad Betaſios, Atuas, Vangiones. hos tu exiſtimas cõfidere ſe illa habituros ſtantibus nobis, in quibus plus putarunt uirtutis quàm experti ſunt? pacis iſti ſcilicet amatores, & non latrocinĳ autores. Hactenus rurſum Tul. Sunt autem Betaſĳ populi Germaniæ ſecũdæ nõ procul ab amne Moſa habitantes. Horũ meminit Tacitus lib. xx Hiſt. Auguſtæ, Accepta peditũ, inquit, equitumq́ꝫ modica manu, nihil apud Batauos auſus, quoſdam Neruiorũ Betaſiorumq́ꝫ in arma traxit. Rurſum eodem libro paulo pòſt, Occupatisqꝫ Sunicis & iuuentute eorũ per cohortes compoſita, quo minus ultrà pergeret, Claudius Labeo Betaſiorum, Tungrorumq́ꝫ & Neruiorũ tumultuaria manu reſtitit, fretus loco, quia pontem Moſæ fluminis anteceperat. Plin. lib. iiĳ. Hiſt. Nat. Tungri, inquit, Rinuci, Friſiabones, Betaſi. Tametſi illic pro Rinuci ſcribendũ, Sunici. Cæterũ Atuæ ſunt, quos Cæſar Aduaticos appellat, Cimbrorum Teutonorumq́ꝫ ſoboles. In Antonini itinerario legimus, Aduacũ Tungrorũ, ut Atuacum ſit tractum ab Atuis pro oppido, quod Ptolemæus Atuatucum appellat. Vangiones uero notiores ſunt quàm ut indicari debeant, quorum caput eſt Borbetomagus, quod Germani Vuormaciam nominant, quaſi dicas Bormagũ ſiue Vormagiam. Accipit autem Cicero Vangiones pro omnibus Germanis qui ripas Rheni incolebãt, ſicut Betaſios & Atuas pro nationibus ulterioribus. Rectèqꝫ colligit, nõ ſtatim ſeſe Cæſari dedituros, quin potius fortiter repugnaturos. Id quod iterum atque iterum ab illis factum eſt. Cupiebant enim occupatarũ regionum expulſis Romanis & Gallis liberam poſſeſſionem retinere. Sed fortuna Romanis fauit. Igitur Francorũ nõ factam Ciceroni mentionem ſed Vangionum, & pro Theobaſſis & Sueuis Betaſios ac Atuas reponendum, ſatis nunc puto liquere ex hĳs quæ diximus. Nec uero Francones ullus idoneus autor uocauit, ſed tantũ Francos. nam hoc diſcriminis cauſa à recentioribus inuentũ. Porrò Franconofurd ſcriptum reperimus, & in uerſo Euangeliorũ codice ſæpe Franconon in genitiuo pluratiuo, quod hodie ſcriberemus Francken. Quando autem Francorũ nomen orbi primũ innotuerit, diximus libro præcedenti. In gratiam deniqꝫ ſtudioſorũ hoc addere libet, eum locũ in epi-

Plinĳ locus

ſtola

ſtola Ciceronis ad Atticum quem nos reſtituimus, hæc uerba proxi mè præcedere, Tua tamẽ ὑπηνέμι@ nauſea iam plane abiјt. mihi qui dem ex tuis literis tum lætanti ita uidebat. Quæ ſic legi debent, quẽ admodum uolumen manu ſcriptum teſtatur. Tua tamen ὑπηνέμι@ nauſea iam ne planè abit: mihi quidem ex tuis literis coniectanti ita uidebat. Sed innumeris erratis ſcatent Ciceronis ſcripta, quæ tamen propter diuinã illius copiã ac ubertatẽ nõ ſentiuntur. Id quod & in Liuianis Decadib. accidit. Hoc uelut auctario lector cãdide fruitor. Cic. locus

SPECIES, CVLTVS, ET ARMATVRA VETERVM FRANCORVM.

C. Sollius Apollinaris Sidonius, uir clariſſimus, & multis honori bus ſub Maioriano & Anthemio Cæſaribus perfunctus, dum adhuc ethnicus eſſet: poſtea religionem Chriſtianã amplexus, & Ar uernorum factus epiſcopus ſua liberalitate quatuor inopum millia famis tempore fouit, eius Apollinaris nepos qui Præfectus aliquan do fuit Prætorio Galliarum. Is inquam Sidonius irruptionis Fran corum & Burgundionum in Gallias nõ ſolum auritus, ſed, quod ma ius eſt, oculatus teſtis, nam Remigij Remenſis cõtemporaneus fuit, formam, cultũ, & dexteritatem bellicam ac cõſtantiam Francorum, elegãtiſſime deſcribit in Panegyrico qui Iul. Valerio Maioriano di ctus eſt. Quæ carmina libet hic apponere, declaratura qualis nam fu erit gens Francorum.

SPECIES.

Hic quoq; monſtra domat, rutili quibus arce cerebri
Ad frontem coma tracta iacet, nudataq; ceruix
Setarum per damna nitet. cum lumine glauco
Albet aquoſa acies, ac nutibus undiq; raſis
Pro barba tenues perarantur pectine criſtæ.

Quod uero dicit, Nudataq; ceruix Setarum per dam. nitet. acci piendum de uulgo. Nam ſolus rex cæſariem promittebat. Quã rem Agathius annotauit libro primo, cuius uerba ſunt huiuſmodi, Fas nõ erat, inquit, Francorũ regibus comã tondere, ſed à pueris intonſi manent, atq; adeo ut à tergo hijs defluant crines. nam à fronte diſcri minati utrinq; feruntur. Nec ſanè Turcarum more Barbarorumq; impexi & ſqualidi ſordidioreſq; capilli hijs ſunt, uel aliâs calamiſtra ti & indecenter perplexi, ſed uaria hijs ſuperinfundũt unguẽta, & di ligẽter pectendo expoliũt. Idq; proinde præcipuũ & regiũ decus cõ ſtitutum eſt, ſolis ut regib. permittat. Nam ſubditi circumtonſi ſunt omnes, nec prolixior hijs coma concedit. Hæc ille. Porrò morẽ hunc uſq; ad Petri Langobardi Pariſiorũ antiſtitis tempora aiunt duraſ ſe, quem is uelut indecentem & ineptum tollendum perſuaſerit.

CVLTVS FRANCORVM

Strictius aſſutæ ueſtes procera cohercent
Membra uirûm, patet ijs artato tegmine poples,
Latus & anguſtam ſuſpendit balteus aluum.

Nimirũ hoc eſt quod Tacitus de Germanis prodit, Locupletiſſimi, inquit, ueſte diſtinguuntur non fluitante, ſicut Sarmatæ ac Parthi, ſed ſtricta & ſingulos artus exprimente.

AGILITAS FRANCORVM IN TRACTANDIS ARMIS.

Has bipennes de Gotthis loquẽs, ſecures miſſiles appellat

Excuſſiſſe citas uaſtum per inane bippennes,
Et plagæ præſciſſe locum, clipeoſq́ꝫ rotare
Ludus, & intortas præcedere ſaltibus haſtas,
Inq́ꝫ hoſtem ueniſſe prius. puerilibus annis
Eſt belli maturus amor.

CONSTANTIA IN PRAELIIS

Si forte premantur
Seu numero ſeu ſorte loci, mors obruit illos,
Non timor. inuicti perſtant, animoq́ꝫ ſuperſunt
Iam propè poſt animam.

ARMATVRA FRANCORVM

AGathias libro ſecundo de Francis loquẽs, Huic nationi, inquit, tenuis eſt & neglectior armatura, & quæ non uaria ad ornatũ indigeat opificum arte, niſi eorum qui ea utuntur, ſi quid forte, ut fit, corrumpatur. Non enim thoraces hij uel ocreas norunt. pleriſq́ꝫ in bello detecta ſunt capita, perpauci caſſide operti armis decernunt, ſed pectore nudato & tergis ad infimos renes, amiculo præterea lineo partim, partim è corio ſuccincti, & tibias cõtegunt. Equis haudquaquam utuntur præter paucos admodum, ut qui patrio more pedeſtri in pugna coaluerunt, itaq́ꝫ exerciti egregie ſunt. Enſis à femore leuo, ex latere ſcutũ dependet, Arcus, funda, & tormẽta eiuſmodi cætera, tela ſaxáue torquẽtia, inſueta hijs ſunt. Sed dolabras ſecures ue ancipites geſtãt, & breuia pro patria cõſuetudine tela, quę ipſi Ancones, ut diximus, uocãt, & quib. res magnas quũ opus eſt gerũt, ac tunc præſertim quum pede collato decertãt, aut in hoſtẽ incurrunt.

ANCONIS DESCRIPTIO
ains Frenckiſchen hackens.

HVius teli pars maior ferro obducta eſt, ita ut ex haſta parũ aliquid præter capulũ totũ uix proferatur. In ſuperiori autẽ parte circa ferri aciẽ ipſam, recuruæ extãt utrimq́ꝫ tanquã hami, laminulæ quædã coarcuatæ peracutæq́ꝫ, & ad ipſius teli partem inferiorẽ deuergunt. Id teli genus in ipſo congreſſu emittunt, ita ut ſi altius fortè inheſerit corpori, ſubeat mox, uti par eſt, & acies ipſa hamata.

unde nec qui uulnus exceperit, nec alius quiſpiam queat id telum auellere. Vrget nanq; recurua acies illa, ceruice latius hærens, doloresq; affert acerbiores, atq; adeo, etſi nō aliâs hoſtis letali ſit uulnere ictus, ex eo tamen emoritur. Quòd ſi impactum clipeo telum id fuerit, ex eo mox pendulum hęret, & circumfertur, per ſolumq; trahitur. Vnde ea eſt Francorum cōſuetudo, ut ubi affixum ſcuto telum id uiderint, impetu facto ac pede capulo cōculcato, hoſtis ſcutum umbone quaſſatum perfringant. Quo fit ut & geſtantis manu depreſſa, caput illi nudet & pectus. Hoc pacto hoſtem quis nactus nulla parte munitum, ſiue frontem ſecuri percutiat, ſiue gulam ferro traijciat, cōfeſtim obtruncat. Hactenus Agathiani interpretis uerba retulimus. De Gotthis agens Apollinaris uidetur lanceæ uncatæ nomine Anconem innuere. ein Hacken.

GOTTHORVM CVLTVS

SIdonius in Panegyrico Auiti, Gotthicū cultum hijs uerſibus deſcribit, ubi de ſenatu Gotthorum loquitur,

Squalent ueſtes, ac ſordida macro
Lintea pingueſcunt tergo, nec tangere poſſunt
Altatæ ſuram pelles, ac poplite nudo
Peronem pauper nodus ſuſpendit equinum.

A pellibus quas geſtabāt, pelliti dicuntur. Sidonius in Panegyrico Maioriani, Sub iudice noſtro
Pellitus rauum præconem ſuſcipit hoſtis.

Idem in epiſtola quadam cultum Gotthicum graphicè depingit, ubi Sigiſmeri iuuenis regij nuptialis pompa deſcribitur, quam ſubdemus.

SIDONIVS DOMITIO SVO SALVTEM

TV cui frequenter arma, & armatos inſpicere iocundum eſt, quā uoluptatem putamus mente cōciperes, ſi Sigiſmerem regium iuuenem ritu atq; cultu gentilitio ornatum, utpote ſponſum ſeu petitorem, prætoriū ſoceri expetere uidiſſes? Illum quidem equus phaleris cōptus, imò equi radiantibus gemmis onuſti antecedebant, uel etiam ſubſequebantur, quū tamen hic magis ſibi decorus cōſpiciebatur, quòd præcurſoribus ſuis ſiue pediſſequis pedes & ipſe medius inceſſit, flammeus croco, rutilus auro, lacteus ſerico. Tum cultu tanto, coma rubore cuti cōcolor. Regulorū quoq; ſociorumq; comitantum forma & in pace terribilis. Quorū pedes primi, perone ſetoſo talos aduſq; uinciebantur. Genua, crura, ſuræq; ſine tegmine. Præter hęc ueſtis alta, ſtricta, uerſicolor, uix appropinquās poplitib. exertis. Manicę ſola brachiorum principia uelātes. Viridantia ſaga limbis marginata

ginata puniceis. Penduli ex humero baltei, uel gladij balteis ſuper-currentibus ſtrinxerant clauſa bullatis latera renonibus. Eo quo comebantur ornatu muniebantur, lanceis uncatis, ſecuribusq́ miſſilibus dextræ inſertæ, clypeis leuam partem adumbrantibus. quorum lux in orbibus niuea, fulua in umbonibus, ita cenſum prodebat ut ſtudium. Cuncta prorſus huiuſmodi, ut in actione thalamorum non appareret minor Martis pompa quam Veneris.

Rurſum Theodoricum Vuiſogotthorum regem in epiſtola ad Agricolam deſcribens. Si forma quæratur, inquit, corpore exacto, longiſſimis breuior, procerior eminentiorq́ mediocribus. Capitis apex rotundus. In patulum à planicie frontis uerticem cæſaries refuga criſpatur, Ceruix nō ſedet neruis. Geminos orbes hiſpidus ſuperciliorum coronat arcus. Si uerò cilia flectantur, ad malas medias palpebrarum margo propè peruenit. Aurium legulæ, ſicut mos gentis eſt, crinium ſuperiacentium flagellis operiuntur. Naſus uenuſtiſſime incuruus, Labia ſubtilia, nec dilatatis oris angulis ampliata. Pilis intra narium antra fruticantibus cottidiana ſuccisio. Barba concauis hirta temporibus, quam in ſubdita uultus parte ſurgentem ſtirpitus tonſor aſſiduus, genas aduſq́, forficibus euellit. Iſidorus in corpore propria gentium inſignia recenſens, Granos & Cinnabar Gotthorum annotauit.

BVRGVNDIONVM SPECIES ET MORES

EXtat apud Apollinarem Sidonium Hendecaſyllabon epigramma ad Catulinum ſcriptū, quo ſe excuſat quòd incultius Epithalamium miſerit de Ruricij Hiberiæq́ nuptijs, nimirū inter Burgundiones uerſans homines Barbaros, uoraces, & immodicè proceros. Nam ſeptipedes uocat, à pede Romano, quod notum eſt menſuræ genus. Vt & alibi quum canit,

Hic Burgundio ſeptipes frequenter
Flexo poplite ſupplicat quietem.

Proinde clarum eſt, hoc carmen tum à Sidonio cōſcriptum, quū in Galliam primum tranſiſſent Burgundiones, nō ſolum Sequanorum tractu, ſed etiam penitioribus terris occupatis, ceu fuſe ſuprà docuimus. Sed audiantur uerſiculi Sidoniani,

Quid me, etſi ualeam, parare carmen
Feſcenninicolæ iubes Diones,
Inter crinigeras ſitum cateruas,
Et Germanica uerba ſuſtinentem,
Laudantem tetrico ſubinde uultu
Quod Burgundio cantat eſculentus,

Infundens acido comam butyro?

Sic Iulianus Aug. ait ſe uidiſſe Germanos inamœnè quidē canentes, ſed mire placentes ſibi, more cantorum, quorum quanto quiſque moleſtior auditorio, tanto ſibi ſuauior. Verba illius in oratione cui titulus ἀντιοχικὸς ἢ μισοπώγων, hæc ſunt, Ἐθεασάμην τοι καὶ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Βαρβάρους, ἄγρια μὲν μέλη λέξει πεποιημένα παραπλήσια τοῖς κρωγμοῖς τῶν τραχὺ βοώντων ὀρνίθων, καὶ εὐφραινομένους ἐν τοῖς μέλεσιν. εἶναι γὰρ οἶμαι συμβαίνει τοῖς φαύλοις τὴν μουσικὴν, λυπηροῖς μὲν τοῖς θεάτροις, φύσει δὲ αὐτοῖς ἡδίστοις. Pergit Sidonius in carmine ſuo.

Vis dicam tibi quid poema frangat?
Ex hoc Barbaricis abacta plectris
Spernit ſemipedem ſtilum Thalia,
Ex quo ſeptipedes uidet patronos. Septipedes Burgundiones
Felices oculos tuos & aures,
Felicemq́ libet uocare naſum,
Cui non allia ſordidæq́ cepæ,
Ructant mane nouo decem apparatus. Apparatus Burgundionum
Quem non ut uetulum patris parentem
Nutricisq́ uirum die nec orto
Tot tantiq́ petunt ſimul gigantes, Gigantes Burgundiones
Quot uix Alcinoi culina ferret. Culina Alcinoi

Idem in epiſtola ad Syagrium ſcribit Burgundiones æque corporibus ac ſenſu rigidos eſſe indolatilesq́.

SAXONVM SPECIES

SAxonum morem in tondendis crinibus nō multum diſſimilem conſuetudini Francorum quibus etiam olim uicini fuere, deſcribit Apollinaris in carmine quod ad Lampridiū miſit ex aula Theoderici regis Vuiſogotthorum ad Burdegalam. Verſiculi de Saxonibus hij ſunt,

Iſtic Saxona cærulum uidemus
Aſſuetum ante ſalo, ſolum timere.
Cuius uerticis extimas per oras
Non contenta ſuos tenere morſus
Altat lamina marginem comarum.
Et ſic crinibus ad cutem reciſis,
Decreſcit caput, abditurq́ uultus.

Sic enim legendum, non additurq́ uultus. Et ſubiungit exemplū, Sidonij locus
Sic tonſo occipiti ſenex Sicamber,
Poſtquam uictus es, elicis retrorſum
Ceruicem ad ueterem nouos capillos.

De quo Sicambrorum more rurſum alibi Sidonius ad Maioria-
num Cæſarem,

Sic ripæ duplicis tumore fracto
Detonſus Vachalim bibat Sicamber.

HVNNORVM FORMA AC MORES

HVnnos, quod omnes teſtantur, Barbarorũ barbariſſimos tur-
piſſimoſcꝗ, in Panegyrico quem Anthemio Cæſari dicauit, Si-
donius exacte depingit, hijs uerſibus,

Quod bellum non parua manus, necꝗ carcere fracto
Ad gladiaturam tu Spartace uincte paraſti,
Sed Scythicæ uaga turba plagæ, feritatis abundans,
Dira, rapax, uehemens, ipſis quocꝗ gentibus illic
Barbara Barbaricis. cuius dux Hormidac atcꝗ
Hunnus erat. quis tale ſolum eſſe inibícꝗ genuſcꝗ
Credat? Hyperboreis Tanais quâ uallibus actus
Riphæa de caute cadit, iacet axe ſub Vrſæ
Gens animis membriſcꝗ minax, ita uultibus ipſis
Infantum ſuus horror ineſt. Conſurgit in arctum
Maſſa rotunda caput. geminis ſub fronte cauernis
Viſus adeſt oculis albentibus. acta cerebri
In cameram uix ad refugos lux peruenit orbes,
Non tamen excluſos. Nam fornice non ſpacioſo
Magna uident ſpacia. & maiorem luminis uſum
Perſpicua in puteis compenſant puncta profundis.
Tum ne per malas excreſcat fiſtula duplex,
Contundit teneras circundata faſcia nares,
Vt galeis cedant. Sic propter prælia natos
Maternus deformat amor, quia tenſa genarum
Non interiecto fit latior area naſo.
Cætera pars eſt pulchra. Viris ſtant pectora uaſta,
Inſignes humeri, ſuccincta ſub ilibus aluus.
Forma quidem pediti media eſt, procera ſed extat
Si cernas equites. ſic longi ſæpe putantur
Si ſedeant. Vix matre carens ſi conſtitit infans,
Mox præbet dorſum ſonipes. Cognata reare
Membra uiris, ita ſemper equo ſeu fixus, adhæret
Rector cornipedum tergo. Gens altera fertur,
Hæc habet & teretes arcus, & ſpicula cordi.
Terribiles certæcꝗ manus, iaculiſcꝗ ferenda
Motis fixa ſudes, & non peccante ſub ictu

Edoctus

Edoctus peccare furor. gens iſta repente
Erumpens, ſolidumq́ꝫ rotis tranſuecta per Hiſtrum,
Venerat, & ſectas inciderat orbita lymphas.

Porrò duritiē huius gentis uel ex eo colligere queas, quod infantulos ſuos primo die excarnificant. Nam genas eorum nouacula diſcindunt, ut priuſquam lac deguſtent, ad tolerantiam uulnerum initientur. Quæ res facit ut nō barbeſcant, ob crebros cicatricum in facie ſulcos. Quòd ſi infans ploraſſet, occidebat̃ uelut adulterinus atqꝫ degenerās. Hinc Apollinaris in Auiti Panegyrico indubie Hunnos innuit, quum inquit,

Vulnera uel ſi quis pangit, cui fleſſe perire eſt,
Ac ferro peraraſſe genas, uultuq́ꝫ minaci
Rubra cicatricum ueſtigia defodiſſe.

Claudianus in Rufinum libro primo ſic deſcribit Hunnos.

Eſt genus extremos Scythiæ uergentis in ortus
Trans gelidum Tanaim, quo non deformius ullum
Arctos alit, triſtes habitus obſcœnaq́ꝫ uiſu
Corpora, mens duro nunquam ceſſura labori.
Præda cibus uitanda Ceres, fratresq́ꝫ ſecare
Ludus, & occiſos pulchrum iurare parentes.
Nec plus Nubigenas duplex natura biformeis
Cognatis aptauit equis. Acerrima nullo
Ordine mobilitas, inſperatiq́ꝫ recurſus.

Idem in laudem Manlij Theodori, Nō uaga Hunnorū feritas. ſ. te terruit. Alludit autem ad id quod modo citatis carminibus dictum eſt in fine, uidelicet, Acerrima nullo Ordine mobilitas. Sic Sidonius uagam turbam dixit. nam equites erant perniciſſimi. Turpeis alibi uocat Hunnos Claudianus ſic ſcribens,

Iam formidata tyranni
Tempeſtas ſubeunda mihi, qui forte nephandas
Iam parat inſidias, qui nos aut turpibus Hunnis
Aut implacatis famulos præſtabit Alanis

Cæterum ex multis nationibus quas Hunni ſecum in cōmilitium traxerant, ſoli ſuperſunt Vgri ſiue Vngari, Pannoniam ſecundā incolentes, ut antè diximus, nec ipſi admodum proceri ſi cum Sclauinis Bohemis aut Polonis comparentur. Nam in hiſtorijs legimus, Hunnos ſtatura quidem exiguos, ſed argutis motibus expeditos fuiſſe, & ad equitādum promptiſſimos, ſcapulis latis, & ad arcus ſagittasq́ꝫ paratis, firmisq́ꝫ ceruicibus. Quin etiam multos ſciſſis illis & nigris uultibus in cōgreſſu terruerunt. Siquidē potius informis quæ-

dam mola erat, quàm facies, habebatq́ uerius puncta quædã quàm lumina. Subiecerunt primum ſibi inter multas gentes, etiam Alanos ac Oſtrogotthos, ſed hĳ ſe ſeparauere ab illis, ſui rurſum iuris facti.

FRANCI GERMANICA SVNT VSI LINGVA

VEteres Francos qui tranſito Rheno nobiliſſimum iſtud in Gallĳs regnum cõſtituerunt, & per duas familias priorem Merouingorum, poſteriorem Carolingorũ, non Galliam ſolũ ſed & Germaniam poſtea nõ paucis ſeculis rexere, Germanica uſos fuiſſe lingua, quum innumera alia argumenta probant, tum uero manifeſtè cõuincit Liber ille inſignis Euangeliorũ Francicè hoc eſt Germanicè uerſus, quem nos nuper dum comitia Romani Imperĳ Carolus Cæſar celebraret apud Auguſtã Rhetię ſuperioris, Fruxini in Vindelicis, quam hodie Friſingam appellant, in Bibliotheca D. Corbiniani obiter reperimus. nam Liuianarũ Decadũ gratia fueramus illuc profecti. Eius codicis hic eſt titulus, Liber Euangeliorũ in Teodiſcam linguam uerſus. Cõſtat autem ex rithmis totus. Atq; ut antiquitatem eius tralationis nõ ignores, deprehẽdi librũ exſcriptũ abhinc annos fermè ſexcentos, ut tum cõpoſitum credam quũ Chriſto primum Franci nomen dedere. In fine enim aſcriptũ erat. Vualdo me fieri iuſſit. Sigefridus presbyter ſcripſi. Numeratur autem inter Friſingẽſeis epiſcopos Vualdo, ni fallor, decimus. Habet ipſum opus elegantiſſimã præfationem, cuius hoc eſt initiũ, nulla litera mutata,

Nu uuil ich ſcriban unſer heil
Euangeliono deil,
So uuir nu hiar bigunnon
In Frenkiſga zungun.

Qui Germanicè callet, ſatis intelligit iſta uerba, niſi quòd hodie paulo aliter ſcribimus & proferimus, nõ addentes alicubi tot uocales, alicubi plureis adĳcientes, nec bigunnen uerbum pro incipere familiare eſt omnibus Germanis. Item paulo poſt.

Hiar hores io zi guate
Vuaz got imo gebiete
Thaz uuir imo hiar ſungun
In frenkiſga zungun.
Nu freuues ſihes alle
So uuerſo uuola uuolle.
Ioh uuer ſi hold in muate
Francono thute.

Item Paulo pòſt comparantur Franci Romanis animoſitate, nunquam hoc negaturis Græcis.

Sic ſint

Sie ſint ſo ſama kuani
Selpſo thio Romani.
Nu darf man thaz ouch redino,
Thaz kriachi nith es uuidaron.

Item alio loco prædicantur ad arma prõpti, & uiri fortes omnes. Nam hoc ſignificat thegan Francis. unde Deganberti ſiue Dagoberti nomen & Degenhardi.

Zi uuafane ſnelle
So ſint thie thegan alle.

Nec libet plura addere. nam iſta ſatis euincũt, quod fortaſſis apud nõnullos controuerſum eſſe poterat. Hoc omittere nequeo, uolumẽ iſtud egregium eſſe theſaurum antiquitatis. Solebat olim Maximilianus Cæſar propoſita mercede ſuos prouocare ad quęrenda uel diplomata quæ ante quingentos eſſent annos conſcripta. nam tantum Latini ſermonis uſus apud Germanos in conficiendis tabulis receptus fuit. id quod cum cæteris nationibus commune habuimus. Ab annis tamen centum & quinquaginta ſecus apud nos factum uidemus. Sic ungaricus ſermo noſtra ætate primum ſcribi cœpit. Itaq; ſi quis mõſtraſſet duntaxat talem codicem, nõ indonatus abiſſet. nam princeps fuit liberaliſſimus. Huius generis Pſalteriũ uidimus apud Ioannem Huttichium noſtrũ Argentorati. Perpetua uero laus Francorum ueterum qui ſacros libros in ſuam, hoc eſt Germanicam linguam uertendos curarint, quod nuper à Theologis quibuſdam improbatum ſcimus. Huc pertinet quod Luitharius Francorum rex periclitanti in Saxonibus filio Dagoberto opem ferens quũ ad Viſurgim amnem ueniſſet, & detracta galea nudaſſet caput iam prorſus canum, nam agnoſci cupiebat quo ſui præſentia timorem hoſtibus incuteret, Berchtoldus Saxonum princeps rege ſtatim agnito, ô uetulum, inquit, & canum iumentũ ades ne hic. Qua uerborũ cõtumelia ſic eſt commotus Luitharius, ut non expectatis copijs ſuis quas pręceſſerat, cum cohortibus filij fluuium tranſiret, & conuiciatorem inuaderet, ac in fugam uerſum tandem obtruncaret. Igitur Saxonũ ſermo linguæ Francorum affinis eſſe debuit, alioqui qui potuiſſet commoueri Luitharius, ſi conuicium nõ intellexiſſet? Nam in annalibus Francorũ expreſſum eſt, illum Barbara uoce inclamaſſe. Vulgo quoq; notum eſt, Carolum Magnum duodecim menſibus uocabula iuxta propriam linguam impoſuiſſe. Nam Ianuarium appellauit Vuintermonat. Februarium, Hornung. Martium, Lentzmonat. Aprilem, Oſtermonat. Maium, Vunnemonat. Et ſic de cæteris. Porrò Romanus & Prouincialis ſermo quo etiamnũ interior utitur Gallia, com-

Maximilianus Imp.

Carolus Magnus

lia, compluſculas dictiones ab iſta Germanica Francorũ lingua mutuatus eſt, quas hodieq́ retinet. Eas enumerare longum ſit.

BVRGVNDIONVM POPVLARIS SERMO FVIT GERMANICVS

SIdonius Apollinaris ridet Syagrium quendam Gallũ, quòd homo Prouincialis, & Cõſulis pronepos, ac inſignis poetæ ſeminė natus, atq́ egregiè literis excultus ipſe, tamen Germanicã Burgundionum linguam addidiciſſet. Hoc illi interprete utebantur, ſi quas forte Latinas literas uel à Cæſaribus uel à ciuitatum Prouincialium præfectis accepiſſent. Et cõſilijs etiam ſanctioribus adhibebant. Proinde feſtiuè nouum Burgundionum Solonem illum appellat, & nouum Amphionem in citharis ſed trichordibus temperãdis. Id quod dicit propter trium linguarũ peritiam, Germanicæ, patriæ, hoc eſt prouincialis, & Latinæ. Sed libet epiſtolam ipſam aſcribere.

SIDONIVS SYAGRIO SVO SALVTEM

QVum ſis Cõſulis pronepos, idq́ per uirilem ſucceſſionem, quãquam id ad cauſam ſubijciendam minus attinet: quũ ſis igitur è ſemine Poetæ, cui proculdubio ſtatuas dederunt literæ, ſi trabeæ nõ dediſſent, quod etiam nũc autoris culta uerſibus uerba teſtantur, à quo ſtudia poſterorũ, ne parũ quidem, quippe in hac parte, degenerauerũt: immane narratu eſt, quantũ ſtupeam ſermonis te Germanici notitiam tanta facilitate rapuiſſe. Atqui pueritiam tuam cõpetenter ſcholis liberalib. memini imbutã, & ſæpenumero acriter eloquẽterq́ declamaſſe coram oratore, ſatis habeo compertũ. Atq́ hęc quũ ita ſint, uelim dicas unde ſubito hauſerũt pectora tua euphoniã gentis alienæ, ut modo mihi poſt ferulas lectionis Maronianæ, poſtq́ deſudatam uaricoſi Arpinatis abundantiam loquacitatemq́, quaſi de ilario uetere nouus falco prorumpas? Æſtimari minime poteſt, quanto mihi cæteriſq́ ſit riſui quoties audio quòd te præſente formidet facere linguæ ſuę Barbarus Barbariſmũ. Aſtupet tibi Epiſtolas interpretanti tacitus Germanorũ ſenatus, & negocijs mutuis arbitrũ te diſceptatoremq́ deſumit. Nouus Burgundionũ Solon in legibus diſſerendis, nouus Amphion in citharis ſed trichordibus temperandis, amaris, frequentaris, expeteris. Oblectas, adhiberis, eligeris. Decernis, audiris. Et quanquam æquè corporibus ac ſenſu rigidi ſint, indolatileſq́, amplectuntur in te pariter & diſcunt, ſermonem patrium, cor Latinũ. Reſtat hoc unũ uir faceti ſſime, ut nihilo ſegnius, uel quum uacabit aliquid lectioni operæ impendas, cuſtodiasq́ hoc, prout elegantiſſimus es, temperamentum, ut iſta tibi lingua teneatur ne ridearis, illa exerceat ut rideas. Hactenus Sidonius. Idem ad Ca-

Germanicꝰ ſermo

Euphonia gentis alienæ

Germanorum ſenatꝰ

Nouus Burgundionũ Solon

ad Catulinum, quem locum & antè citauimus,
Inter crinigeras ſitum cateruas
Et Germanica uerba ſuſtinentem,
Laudantem tetrico ſubinde uultu
Quod Burgundio cantat eſculentus
Infundens acido comam butyro?

LANGOBARDI GERMANICA LINGVA VSI

EXtant leges Langobardorũ quæ manifeſtè declarant eam gentem uſam ſermone Germanico. Fuere uero nobiliſſimi Germanorũ Langobardi. In legibus quia uocabula noſtrę linguæ ſunt paſſim inſerta, uideas Iuris interpretes Italos ſe miſerè torquẽtes, & tandem omnib. tentatis neq; cœlũ attingere neq; terram, iuxta prouerbium. In Græcis & Hebraicis cõſulendi ſunt earũ linguarũ periti: in Langobardicis erant adhibendi Germani. Diximus ſuprà de Schala Langobardorũ uocabulo pro patera, ac qualama pro ſcaturigine & piſcium uiuario. Opinor Bardunuuigũ urbem illam ab Henrico Leone euerſam Langobardorũ retuliſſe nomen, & ſedes illorũ ueteres indicaſſe. Nam Auguſti Tyberijq́; principatu illic habitarũt, uel atteſtante Velleio, qui cis Albim poſitos docet Langobardos à Rheno uenienti, Chaucisq́; uicinos facit. Poſtea fortaſſis in inſulas Germanici maris conceſſerunt pulſi ab aliqua ualidiore gente.

PROVINCIARVM LINGVA

TRanſdanubianæ prouinciæ Rhetia prima & ſecũda, Noricũ, ac Pannonia prima & ſecunda, atq; ciſrhenanæ prouinciæ, Rhetię primæ pars, pars Maximę Sequanorũ, Germania prima atq; ſecunda, poſtquàm à Romanis ſubactæ ſunt, ſermonem Romanũ omnes acceperũt. Nam ſtudio fuit Romanis, ut Prouinciales Romane addiſcerent, quo per linguæ præſidiũ obſequentiores & fauentiores haberent nationes. quæ eñ inter diſſimilis linguæ homines amicitia coaleſcere queat? Similem rem aliquando moliri in Inſubribus dicebat Ludouicus Gallorũ rex, Frãciſci qui nũc regnat, ſocer. Nec tantũ de uulgari lingua ſoliciti erant Romani, ſed & Latinã tradi Prouincialibus curarũt, unde municipales illæ ſcholæ apud Viſontionẽ & Lugdunũ, & illa apud Cliuiũ in Germania ſecũda, cui pręfuit Eumenius Rhetor. Hoc eñ pacto feritatem animorũ paulatim abſtergebant. Vocabat̃ hæc lingua Romana. Proinde quidam Galli ſe Romanos etiamnũ uocant, quũ propter ueterem ditionem, tum multo magis ob uernaculũ ſermonẽ quem adhuc retinent. Fl. Vopiſcus etiã Latinam appellat, quum ait Apolloniũ illum Tyaneum Aureliano Cæ-

ſari recipienti ſe in tentorium ea forma qua uidetur ſubito aſtitiſſe, atq; hæc Latinè, ut homo Pannonius intelligeret, uerba dixiſſe: Aureliane ſi uis uincere, nihil eſt quod de ciuium meorum nece cogites. Fuit autem Aurelianus natione Pannonius apud Sirmiū ortus. Et utebantur Romano ſermone Pannoniæ, quippe Prouinciæ. Sanè Velleius de bellis loquens à Tiberio Cæſare geſtis adhuc Auguſto ſuperſtite, Pannonios ſcribit nō ſolū diſciplinæ, ſed & Romanæ linguæ notitiam habuiſſe. Intelligit autem diſciplinam militarem. Verba illius hæc ſunt, In omnib. autē, inquit, Pānonijs nō diſciplinæ tantummodo, ſed linguæ quoq; notitia Romanę, pleriſq; etiam literarū uſus, & familiaris animorū erat exercitatio. Porrò Rhetos, Noricos, & Pannonios, quamlibet gentem proprium habuiſſe ſermonem à Germanico diuerſum, nemo dubitare debet. Heluetij Gallicè loquebantur & Raurici, Mediomatriciq;. Verū Tribocos qui in Mediomatricorum tractu cōſederunt, ubi hodie eſt Elſatia, Nemetes, Vangiones, Vbios, Tungros, Betaſios, & ſimiles populos qui è Germania tranſgreſſi in Galliam Rheno propinquos agros occupauere, libenter crediderim bilingueis fuiſſe. Certe eos qui ipſam Rheni ripā colebant, nihil ambigo Germanicū ſermonem retinuiſſe propter aſſidua cum tranſrhenanis Germanis commercia. Hinc Margam pro Medulla apud Plinium legimus, in Belgico habitantiū Germanorū uocabulū. Tametſi dictiones quædam etiam diuerſiſſimis populis communes nōnunquam exiſtunt. Vnde etiam Hebraicas uoces reperias in noſtrate ſermone. Nam puto hodie linguas omneis nōnihil eſſe mixtas, & puram nullā. Admonet me hic locus ut uocabulū utriq; Germaniæ tam Prouinciali quàm poſtea ueteri fortaſſis olim commune, reſtituam apud C. Plinium. Is enim naturalis hiſtoriæ libro xv cap. xxv de Ceraſorum generibus loquens, Principatus, inquit, Duracinis, quæ Campania Pliniana appellat, In Belgica uero Luſitanis. In ripis etiam Rheni. Tertius ijs colos è nigro ac rubenti uiridiq;, ſimilis matureſcentibus ſemper. Minus quinquennio eſt, quod prodiere quæ uocant laurea, non ingratæ amaritudinis, inſitæ in lauro. Porrò cōtuli in hoc capite uulgatā æditionē cū manu deſcripto codice, mihiq; uiſus ſum hanc è qualibuſcunq; ueſtigijs & mendis eruiſſe lectionem. Principatus Duracinis, quæ Cāpania Pliniana appellat, in Belgica uero Luſitanis, in ripis etiā Rheni Cerſis. Iis colos è nigro ac rubenti uiridiq;, ſimilis matureſcentib. iuniperinis, Subaudi, baccis. Quinquenniū eſt, q; prodiere. Et quæ ſequunt. Id uero Kerſorū uocabulū adhuc apud Germanos durat, à Prouincialib. indubie mutuò ſumptū, nam ut arbor ipſa, ſic quoq; fructus

Plinij locus

nomen

nomen Germanis peregrinũ eſt. Auſonius Burdegalenſis Moſellã amnẽ Belgicæ primę, quã olim, ut cõijcio, diuidebat à prima Germania, deſcribens, & tractum eum miris extollens laudibus, tandem ab eo quoqꝫ cõmendat, quòd Romano ſermone utatur, ſic autem canit,

Æmula te Latiæ decorat facundia linguæ.

Vocat, ut uides, Prouincialem ſermonem, æmulũ Latinæ linguę. Verũ hodie Moſellana regio cis Mediomatricos Germanicam linguam recepit, poſtquàm eſſe prouincia deſijt Germanis terras iſtas occupantibus. Porrò non modo linguam Prouinciales mutabant, ſed inſtituta quoqꝫ & cultum, Alioqui Tencteri non dicerent apud Tacitum Vbijs in corpus nomenq́ꝫ Germaniæ redeuntibus, inſtituta cultumq́ꝫ patrium reſumite.

GALLORVM VETVS LINGVA

SErmo quo peculiariter Gallia fuit uſa priuſquã in Prouinciæ formam redigeretur à Romanis, prorſum putatur abolitus. Non ſecus ſuum amiſere & Hiſpaniæ. O miram Romanorum dexteritatẽ, & indicibilem felicitatem. Et non miretur quis eripi potuiſſe Romanis prouincias, quæ nõ minus Romanę erant quàm ipſa Roma. Sed habent regna ſuas periodos. Cæterum non deſunt qui putent ueterem Gallorum linguam nõ abſimilem fuiſſe Britannorum dialecto, quos Anglia Vualos uocat. Nam in uita Agricolæ Tacitus de Britannis agens, In uniuerſum tamen, inquit, æſtimanti, Gallos uicinũ ſolum occupaſſe credibile eſt. Eorum ſacra deprehendas ſuperſtitionum perſuaſione. Sermo haud multum diuerſus. Hęc ille. Equidem ſatis conſtat, prouincialem Gallorum ſermonem, ex peculiari illa ueteriq́ꝫ lingua multas adhuc habere uoces immixtas, ex Germanica quam Franci intulere, quamminimum, ſed tamen aliquid. Autor eſt Iulius Cęſar, Belgas, Aquitanos, & Celtas, lingua, inſtitutis, legibus inter ſe differre. Auſonius de Narbonenſi Gallia,

Quis memoret portusq́ꝫ tuos, montesq́ꝫ, lacusq́ꝫ?
Quis populos uarios diſcrimine ueſtis & oris?

Porrò D. Hieronymus quum Galatarũ linguam Treuericæ ſimilem eſſe dicit, indubiè de ueteri lingua ſentit. Sed hãc diuerſitatem ſuſtulere Romani. Porrò ueterẽ Gallorũ linguam diuerſam à ſermone Germanico fuiſſe, ſatis indicat Cęſar, quũ ſcribit Arioui ſtũ ex lõginqua cõſuetudine nõnihil Gallicę linguæ percepiſſe. Eius uerba ſunt Cõmentariorũ lib. primo, Cõmodiſſimũ uiſum eſt M. Valeriũ Procillum C. Valerij Caburi filiũ ſumma uirtute & humanitate adoleſcentem, cuius pater à C. Valerio Flacco ciuitate donatus erat, & propter fidem, & propter linguæ Gallicæ ſcientiam, qua multa iam

Ariouiſtus longinqua conſuetudine, & quod in eo peccandi Germanis cauſa non eſſet, ad eum mittere, & M. Titium, qui hoſpitio Ariouiſti uſus erat.

GERMANORVM LINGVA

SErmo Germanicus longe lateq́ʒ fuſus eſt. Habet tamen ſua idiomata. Gaudet uocibus primigenijs monoſyllabis, ac nonnulla à Prouinciali lingua mutuatus eſt. Olim nō ſcribebat̃, ut diximus. proinde nihil noſtratium dictionum temere reperias in uetuſtis ſpectationibus aut libris, exceptis codicibus illis Francicè uerſis, quorū antè memini. Vnicum duntaxat apud Plinium occurrit uici uocabulū germanè Germanicum, nam etymologiam habet noſtræ linguæ. uerum ita deprauatum eſt ut à nemine hactenus ſit intellectū. Hermolaus enim ibi fruſtra ſudauit, è Ptolemæo nomina quædam oppidorum citans. Eſt autem locus apud Plin. lib. ix. cap. xv. in hęc uerba, Silurus graſſatur ubicunqʒ eſt omne animal appetens, equos innatantes ſæpe demergens, præcipuè in Mœno Germaniæ amne propter Lisboum, & in Danubio. Deprehendi uero è ueſtigijs manuſcripti codicis, ſed deprauatiſſimi, legendum, præcipue in Mœno Germaniæ amne pro Erlisborni, & in Danubio. Eſt autem Erlisbornis, ſic enim inflectit Plin. uicus ille in ripa Mœni fluuij ſitus qui hodie Erlenbrunnen dicitur, tantundem Germanis ſignificans, ac ſi dicas Alnorum fontem. Dixereq́ʒ Mœni ueteres accolæ bornen, ſicut Saxones & Elſatici mei pronunciant pro fonte, non brunnen cæterorum Germanorum more. Apud Erlisbornim etiamnum traiectus eſt, & uadoſus locus pro equis abluendis & potu reficiendis: quos illic Plinij tempeſtate, qui ſub Veſpaſiano, ni fallor, militauit in Germania prouincia, Siluri piſces magni demergebant, à qua nō ita multum abeſt is uicus. Suſpicor autem Plinium apud Maguncíacum agentem, hanc rem cognouiſſe. Sic uero dictū pro Erlisborni, ut dicimus pro roſtris, & pro templo. Porrò Germanorum litoralium quos uetuſtas Vuigeuonas appellauit, & Inſularium, lingua mollior, ut Francorum ueterum qui Cauchorum pars fuere, Saxonum, Phriſiorūq́ʒ, ac Scotorum & Danorum. Mediterraneorum uero, id eſt Heriuonum durior, ut Sueuorum, Quadorum Marcomannorum, & Hermundurorum, quos in tranſdanubianis hodie regionibus Pannonia prima, Norico & Rhetia utraqʒ loquentes audimus.

Plinij locus

Rerum Germanicarum Libri ſecundi finis.

BEATI RHENANI SE-LESTADIENSIS RERVM GERMANICARVM LIBER TERTIVS.

C. PLINII SECVNDI CAPVT XIIII. EX LIBRO quarto repurgatum à mendis atq; explicatum.

QVANDO hoc tertio uolumine quædã de populis & oppidis dicturi ſumus apud diuerſos obſeruata ſcriptores, operepręcium & ad rerum Germanicarum illuſtrationem in primis conducibile uidetur à Plinio feliciter auſpicari, quo loco Germanorũ genera quinq; recenſet. Nam arbitror multis iam ſeculis à nullo mortalium ibidem uerba Plinij intellecta, quæ tamen ab omnibus ſcriptoribus tum ueteribus tum nouis nuſquam nõ inculcantur. In cauſa eſt quòd illic ſunt uocabula quæ Germanicæ linguæ ſcientiam requirant. Itaq; nõ miror hæc à nullo exterorum deprehenſa. Alia autem inſunt errata quæ miror caſtigatores omnes feſelliſſe. Sed apponemus ipſa Plinij uerba quemadmodum uulgo leguntur.

CAPVT XIIII.

RHetiæ prope unius maiore latitudine, ſanè citra exceſſum eius ſubactæ. Nam Germania multis poſtea annis nec tota percognita eſt. Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa traditæ. Genera Germanorum v. Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. Alterum genus Ingæuones, quorũ pars Cimbri, Teutoni, à Cauchorũ gente. Proximi autem Rheno Iſtęuones, quorũ pars Cimbri mediterranei: Hermiones, quorũ Sueui, Hermunduri, Catthi, Cheruſci. Quinta pars Peucini, Baſternæ, ſupradictis cõtermini Dacis. Amnes clari in Oceanũ defluũt, Guttallus, Viſtillus ſiue Viſtula, Albis, Viſurgis, Amiſius, Rhenus, Moſa. Introrſus uero, nulli inferius nobilitate, Hercynium iugum prætenditur. Hactenus Plin.

Primum nõ magnopere me hoc offenderet, quòd tota periodus Plinij loci
uſq; ad iſta uerba, Genera Germ. v. eius oſcitantia qui Pliniũ in capita ſecuit huc fuit inepte translata, adijcienda præcedentib. ſi mendis careret. Nam hæc clauſula, Si cõiectare permittitur, haud multũ oræ deerit Græcorũ opinioni, & lõgitudinis ab Agrippa traditæ, nullo ſenſu dicitur, imò cõtrario. Siquidem paulo antè dixit, haud explica

bilem

bilem eſſe Germaniæ menſuram propter immodicã pudentium diſcordiam, ubi lego tradentiũ. Et interpretãs hoc ait, Græcos & quoſdam Latinos xxv miliũ paſſuũ oram Germaniæ tradere, Agrippã cũ Rhetia & Norico longitudinẽ D CLXXXVI. M. paſſuũ, latitudinẽ CCLXVIII. M. Itaq; maxima diſcordia eſt inter Græcos & Agrippam. Cur igitur Plinius hic nõ multũ oræ Græcorum opinioni deeſſe dicit? Locus haud uacat mendis. E ueſtigijs exẽplaris manu ſcripti, ſed deprauatiſſimi uiſus mihi ſum hanc eruiſſe lectionem, Nam Germania multis poſtea annis nec tota percognita eſt. Coniectare permittitur. Vt multũ abſit Græcorũ opinio à lõgitudine ab Agrippa tradita, Aut, ut multũ detraxerit G. opinio. Sequitur, GENERA GERMANORVM V. VINDELICI. Quid hic faciũt Vindelici, qui Prouinciales fuere ſubiecti Romanis. nam Rhetiam ſecundã inhabitarũt. Scribendũ, Vandili. Nam Cor. Tacitus inter Germanicæ gentis appellationes & uera ac antiqua nomina Vandalios ſiue Vandilos recenſet. Hij fuere Germanorum ultimi uerſus Gotthos & Gepidas, à quibus poſtea ſunt in Scythiam propulſi, quemadmodum ex Procopio liquet. Nam Vandalos Gotthi miris modis exagitarunt, ut Burgundiones Vandalorũ nationem in Alemanniam ire coegerint, qui in Sequanos poſtea ſunt trãſgreſſi, quemadmodũ libro primo fuſe demonſtrauimus. Hinc apparet illorum fœda hallucinatio, Vandalos nobis ex Vuinidis, hoc eſt Germanos ex Sclauinis Scythis facientium. Ita quibuſdam nõ labor, nõ animus deeſt, ſed iudicium. Vandili quibuſdam etiam Vindili dicuntur. Porrò quos Plinius hic Guttones appellat, Tacitus libro ſecundo Hiſt. Aug. uocat Gotones. Scribit enim Catualdã nobilem iuuenem ui Marobodui profugũ, ad Gotones ueniſſe. Videlicet ex Marcomannis ad extremam Germaniam cõceſſerat, in Gotones Vandalorũ nationem. In libello De ſitu & moribus Germanorũ. Trãs Lygios, inquit, Gotthones regnant. Nec ſunt Gotones pro Gotthis accipiendi. Quin ipſi Procopio nõ habeo fidem, Vandilos Gotthicæ nationis facienti, niſi nationes horum aliquot à Gotthis ſubactas intelligamus, quibus ut uicinis permixti fuere. Sed circa Mæotidem conſediſſe conſtat, à Gotthis pulſos ut arbitror. Cæterũ amplum fuit Gotthorum & Getarum nomen apud ueteres. Nam orbis deſcriptio facta Theodoſio Cæſare iubente, docet Germaniam omnemq; Gotthiam ad Huiſtiã amnem uſq; extendi, qui Dacorum etiam Alanorumq; ſit terminus. Tibiſcum intelligo. Sequitur, ALTERVM GENVS INGAEVONES. Quidam ſcribunt Ingenones. Sed neutrum recte. Nam Germanica dictio eſt, quemadmodũ oſtendam, innuens eos qui ſinus

maris

maris accolant. Itaq; ſciendum Vuic ſiue Vuig lingua Saxonum & eorum Germanorũ qui circa mare habitant, ſignificare ſinum maris aut fluuij, quod ſuperior Germania Vuog appellat, & uuonẽ eſt habitare. Vnde Vuigeuuones dicti qui ſinus maris incolerent, quos una atq; altera litera omiſſa, nam geminatis nos gaudemus, Romani Vigeuones appellarũt. Hos ſcribæ etymologiam uocabuli ignorantes in Ingeuones uerterũt, pro ui nobis in depingentes, qui lapſus in ueteribus ſcripturis creber eſt. Proinde ſatis liquet Vigeuones ſcribendum. Hoc etiam ipſi populi probant, Quorũ, inquit, pars Cimbri, Teutoni. Notum enim eſt iſtos Septentrionalis Oceani ſinus accoluiſſe. Sequitur, A CAVCHORVM GENTE. Tu repone, Ac Chaucorum gentes. Nam Tacitus ait Cauchos à Friſijs incipientes, partem littoris occupare. Sed & inſulas incoluere Cauchi. Quare ſunt inter Vigeuones numerandi. Nec ſine cauſa dicit Plin. Cauchorum gentes, populi magnitudinem oſtenſurus, quem Tacitus aſſerit immenſum terrarum ſpatium nõ tenere tantum, ſed & implere. Ex hijs Cauchis Franci prodiere ſine dubio. nam Cauchorum nobiliſſimam gentem Francos fuiſſe reor. Igitur olim Franci Vuigeuones erant. Tacitus, Proximi, inquit, Oceano Vigeuones. ſic enim legendum. Plin. noſter capite præcedenti de Septentrionali Oceano loquens, Incipit, inquit, inde clarior aperiri fama ab gente Ingæuonum quæ eſt prima. Inde Germaniæ Seuo mons, ibi immenſus, nec Riphæis iugis minor. Quæ uerba ſic legi diſtinguiq; debent. Incipit deinde, ſubaudi Septentrionalis Oceanus, clariore aperiri fama ab gente Vigeuonum quæ eſt prima. Inde Germania. Mons Seuo ibi immenſus. &c. Tranſcripſit hunc locũ Solinus, Mons, inquit, Seuo ipſe ingens, nec Riphæis minor collibus, initiũ Germaniæ facit. Hunc Ingæuones tenent, à quibus primis poſt Scythas nomen Germanicũ cõſurgit. In manu ſcripto Plinij codice legit, Mons Ebo. Sequitur, PROXIMI AVTEM RHENO ISTAEVONES. Præcipuum Germanorũ regnũ fuit ad Oceanum Septentrionalem. Illic enim Teutonorum ſedes inclytæ gentis quibus ipſe Tuiſcon olim imperaſſe uideatur. Hij igitur eos qui ad Rhenũ & Danubium habitabant, tanquam ultimos & remotiſſimos cultores, Iſteuuones uocarunt, quod ſuperior Germania durius loquens, die vſſerſtenuuoner diceret. Ac attendendũ hic, fieri reſpectum ad maritimos illos & inſulares populos. Tacitus cæteros ſcribit Iſtæuones uocari. hoc eſt, qui medij non ſunt neq; Oceano proximi. Sequitur, Quorum pars Cimbri. Quid hic nobis delirat Plinius, Cimbros Iſteuonibus annumerans, quos antè Vigeuones eſſe dixit? Hanc ob cauſam omnes le-

Plinij locus

gunt Cimbri mediterranei. de quibus ſuaue eſt legere uarias autorũ recentium cõiecturas quo loco ponendi ſint neſcientiũ. Nec animaduertunt quum Iſtæuones plane ripenſes ſint, nihil cum hijs cõuenire mediterraneos uel Cimbros, uel alios quoſuis. Ingens hic mendum eſt, & locus peſſimè deprauatus. Tu ſic caſtiga, Quorum pars Sicambri. Et colon adde, nam hic ſententiæ finis eſt. Sequitur, MEDITERRANEI HERMIONES. Tacitus, Medij, inquit, Hermiones. Dicti ſunt Hernuuones mediterranei Germaniæ populi inter Rhenũ & Danubium habitantes: Nam Her Septentrionalium Germanorum lingua terram ſignificat, nos hic addimus literam t, uel d. dicimus enim Herd, appellaturi iſtos mediterraneos Herduuoner. Facillimũ uero fuit Heruuones ſiue Hernuuones in Hermiones uel Herminones per errorem mutare. Scribit Põponius Mela ultra Cimbros & Teutonos ultimos Germaniæ eſſe Herminones. Nec dubium eſt, inter Cimbros Vigeuones & Quados Iſteuones ad Danubiũ, Heruuones extitiſſe. nam illic priſcis admodum temporib. Vandalorũ gẽtes fuiſſe locatas arbitror, proximè Peucinos & Baſtarnas qui Dacis cõtermini ſunt. Iam Vigeuonib. & Friſij debent accenſeri, Iſteuonibus poſt Sicambros in Galliam traductos, Tencteri, Vſipij, Bructeri, Chamaui, & Angriuarij, ac priuſquam Rhenum tranſirent olim Vbij. Tandem uero Franci quoq; è Vigeuonib. facti ſunt Iſteuones, occupatis ad Rhenum locis, quemadmodum oſtendimus libro primo: Saxonesq; poſtea Iſteuones propter Veſtphaliam, & Heriuones propter interiores regiones, qui prius Vigeuones fuerant. Cęterũ quod Tacitus tradit, Mãno Tuiſconis filio tres filios aſſignari, è quorũ nominib. iſti populi ſic fuerint appellati, intellige Mannũ in hanc formam teſtamentum cõdidiſſe. Maximo natu Vigeuones, hoc eſt, littorales inſularesq; populi parento. Minimus natu Heriuonibus, hoc eſt, mediterraneis imperato. Mediũ inter hos, Iſteuones, hoc eſt, ripas Rheni Danubijq; accolentes, regem habento. A ſubiectis quiſq; populis nomen accipito. Sequitur, VISTILLVS SIVE VISTVLA, ALBIS. Quid diſcriminis eſt inter Viſtillũ & Viſtulã, ut uocẽ repetat Plinius? nihil certe. Locus eſt uitiatus. Tu repone, Viſtillus, Sueuus, Albis. Errori cauſam dedit prior ſyllaba ſequentis dictionis quam ineptè bis ſcripſit librarius, alius tranſpoſitis eius ſyllabæ literis legit Sueuila, alius emendauit, Siue Viſtula. Sueui fluuij meminit Ptolemæus. Quidam hodie Zuenum uocari putant. Sequitur, NVLLI INFERIVS NOBILITATE. Hic leue erratum eſt, ſed tamen de hoc lectorem admonere uoluimus, ut totũ caput perpurgatum habeat. Itaq; ſcribendum, Nullo inferius nobilitate, Hercy-

nium

nium iugum prætenditur. Porrò uidere facile eſt quãtus labor ſit e=mendare Plinium, & quàm res neceſſaria: ut peſſime de literis mere=antur, qui hoc agenteis non ſolum rident, ſed & conuicijs proſcin=dunt.

DE DIOECESIBVS EPISCOPALIBVS

ROmanorum magiſtratuum diœceſeis (ſic enim etiam illi uoca=rũt quas adminiſtrationes dicere poſſumus) apud Chriſtianos epiſcopi, imitatione Ethnicorum gubernandas ſuſceperunt. Vnde uolumen Præfecturarum Romanarum enumerat Vicarium diœce ſeos Aſianæ, Vicarium diœceſeos Ponticæ, & Vicarium diœceſeos Thraciarum. Sic uir illuſtris Præfectus prætorio Italiæ multas diœ=ceſes ſub ſe habet. Nec pauciores præfectus prætorio Galliarũ. Con ſtat autem primum in Græcia floruiſſe Chriſtianiſmũ, unde & hoc nomen eſt mutuata antiquitas. Sed ut appareat quomodo propha=nam Romanorum ditionem Eccleſiaſtica ditio propemodum ſit æ=mulata, rem exẽplo manifeſtabimus. Raurici ſiue exteriores Sequa=ni præter magiſtratum Rauricenſis Auguſtæ, Præſidem Maximæ Sequanorum olim agnoſcebant, qui apud Veſontionem habitabat. Et hodie Rauricis Sequaniſq; ciſmontanis omnibus à Vocetio mõ=te uſq; ad riuum Eckenbachum Sequanorum Tribonorumq; ſiue Germaniæ primæ diſcriminatorem qui miliario ſupra Seleſtadium uiſitur, Baſilienſis antiſtes præeſt, archiepiſcopo Veſontino ſubie=ctus. Simili pacto Tribonos ſiue Tribocos ab Eckenbacho riuo ter minali Saletionem uſq; regit Argentoratenſis præſul, antiqua Tri=bonorum oppida ſummum, Elcebum, aut huius ruinas potius, & in fimum, Brocomagum ſub ſe habens: ab Argentorato uero quod e=tiam olim Tribonorum caput fuit, nomen ſortitus, nõ ſecus ac Co=mes ille militaris apud Romanos, cuius meminimus ſuprà, ac in ſe=quentibus ſæpe mentionem faciemus. Dixi nõ ſine cauſa, propemo dum, quòd fines alicubi uariatos uideam. Nam nõ dubito quin Co=mes Argentoratenſis totam Tribonorum regionem ſiue Germaniȩ primæ partem quæ ad Sequanos ciſmontanos, Leucos, & Medio=matricos olim pertinebat, ſub ſe habuerit. Siquidẽ Marcellinus Ara rim ſcribit inter Germaniam primam fluentem Sanconnam uocari. quem fluuium cõſtat in Lotharingia in extremitate Voſaginarum Alpium oriri in diœceſi Leucorum ſiue Tullenſi. Proinde cernis hic fines mutatos. Necq; enim libuit Francorum regi Dagoberto, Me=diomatricorum & Leucorum Eccleſias occupatis iam finibus pror=ſus ſpoliare. Idq; etiam in alijs diœceſibus accidit, de uariatione finiũ loquor. ſed hæc demõſtrare nimis lõgum eſſet. Nemetes Spirenſi e=

piſcopo parēt, Vangiones Borbetomagēſi ſiue Vuormacienſi: Maɂ gonciacenſis territorij homines, Magonciacenſi: Vbij, Agrippinenſi: Neruij quondam Nouiomagenſi tantum, unde Nouiomagū Neruiorum caput fuiſſe colligo, nunc etiam Tornacenſi: Treuiri Treuirenſi, Mediomatrici Mediomatricenſi, quē nūc Metenſem uocant, Remi Remenſi. & ſic de alijs. Ac rurſum ſicut Comes Argētoratenſis, Præfectus militū apud Nemetas, & Præfectus militū apud Vangionas, Ducem Maguncíacēſem agnoſcebāt, & Cōſularem ipſum: ſic hodie Præſules iſtarū urbiū Archiepiſcopo Maguncíacenſi ſubiecti ſunt. Et priuſquam cōſtituerentur, id quod ſub Francorum regibus Dagoberto & Pipino factū arbitror, illæ eccleſiæ dubio procul in diœceſi Maguncíacēſis præſulis erant. Sic Lugduni in Lugdunēſi prima, Rotomagi in Lugdunenſi ſecunda, Turonorum in tertia, Senonum in quarta, Treuirorum in Belgica prima, Remorum in ſecunda, Biturigum in Aquitanica prima, Burdegalenſium in ſecunda, Narbonenſium item in Narbonenſi prima, & Aquenſium in ſecunda, antiſtites, propter ciuitatum ueterem primatum, Metropoles enim ſunt, ſuæ quiſq; regionis epiſcopis imperant. Atq; hoc eſt quod Lucius papa dicit apud Gratianū, diſt. LXXX. Vrbes, inquit, & loca in quib. primates præſidere debent, nō à modernis ſed multis ante aduentum Chriſti ſtatutæ ſunt temporibus. quorum Primatus etiam pro maioribus negocijs appellabant. Hæc ille. Quod autē de primarijs Flaminibus ibidem ex Clemente refertur, minus placet. Vides igitur, ut opinor, quemadmodum eccleſiaſticæ diœceſes prophanas Romanorū diœceſeis imitatæ ſint. Porrò quū etiā transrhenana Germania ad Chriſti religionem conuerteretur, magna facta eſt acceſſio diœceſi Maguncíacenſi è Francis & uicinis aduenis gentibus: Vuormacienſi, Spirenſi, & Argentoratēſi, ex Alemannis qui ſerius Chriſtianiſmū ſunt amplexi, nō niſi inducti per Francos, ceu tradit Agathias, ſed tamen ante gentes iſtas aduenas quarū mox meminimus. niſi uelimus dicere, Maguncíacenſem antiſtitem Alemannorum aliquam cuilibet eccleſiæ partem adieciſſe. nam arbitror Alemannos ad religionem noſtram lōge antea fuiſſe cōuerſos priuſquam Argentorati ſedes epiſcopalis erigeretur. Cuius rei ſupra mentio nobis facta eſt. Baſilienſis eccleſia Rauricis & Sequanis ſuis cōtenta manſit, nec quenquam externū populū ſub ſuam recepit ditionem. At Cōſtantienſis quæ Vindoniſſenſi ſucceſſiſſe putaī, propterea quòd olim Rhetiæ primæ fuerit attributa, eam ob cauſam magis ad Italiā quàm Galliam pertinens, præter magnā Rhetiæ primæ portionē, etiā neophytis Alemānis inſigniter aucta eſt. Eccleſia Au-

guſtana Rhetiæ primæ uetuſtiſſima eſt. quod docẽt martyres qui illic ob profeſſionem Chriſtiani nominis occubuerunt. Etenim, ut ſupra quoq; diximus, Prouinciæ Romanorũ, ut Galliæ, quibus etiam ciſrhenana Germania annumerata quondam eſt, Pannoniæ, Noricum, & Rhetiæ, ſtatim Chriſti doctrinam acceperunt, quemadmodum Italia. Non quòd regiones totæ Chriſtianiſmũ publice amplecterentur, ſed quòd priuatim ſacratiſſimæ religioni complures nomen darent. Soli Germani, & pertinaciuſcule quidem Alemanni in paganiſmo perſtabant. Porrò Franci Chriſtiani facti, quod poſt illorum in ciſrhenanam Germaniam & penitiorem Galliam immigrationem accidit, etiam Alemannorũ gentem ſibi ſubiectam paulatim Chriſtianis ſacris imbuendam curarunt, uelut ex Agathia liquere poteſt. Proinde quoniam Francorũ reges Alemannis imperabant, qui diu antea Rhetiam primam quæ Lico fluuio, Alpibus, & Danubio terminatur, occupauerant, uerisimile eſt doctores Chriſtianæ religionis ad illos ex Magunciaco fuiſſe tranſmiſſos. Nam quis nõ credat Alemannos quum tantopere abhorrerent à Chriſtianiſmo, ſæuiſſe etiam in Chriſtianos quoſcunq; in Rhetia reperiſſent. Hoc itaque pacto Eccleſia Auguſtana Rhetiæ primæ uidetur ſub ditionem ueniſſe Magunciacenſis epiſcopi. Id quod de Curienſi quoq; eccleſia ſentiendum. Nam de recentioribus, Vuirtziburgenſi, Eiſtetenſi, & Babinberſenſi, res ſatis conſtat. Nam omnino Francorũ regibus Alemanni Chriſtianiſmũ debent, & ab Alemannis occupatæ regiones, in quibus ſi non nouũ & qui illic antea non fuiſſet, induxerunt, ſaltem inſtaurarũt extinctũ, atq; rudem ac tenuem ad incrementa ſolida prouexere. Nec hoc omittendũ, uideri tum Magunciacenſem Eccleſiam tum Agrippinenſem, priuſquam Metropoles fierent, id quod D. Bonifacij tempeſtate factum eſt, ſub Treuerenſi fuiſſe. nam hoc nobis præminentia loci planè perſuadet.

EXPOSITVS ET EMENDATVS APVD CAESAREM locus de ortu ſyluæ Hercyniæ, ubi uulgò legitur, oriri id nemus à Nemetũ & Tauracorũ finibus.

C Iulius Cæſar Commentariorũ libro ſexto de Hercynia ſylua loquens, Oritur, inquit, ab Heluetiorũ, & Nemetũ, & Tauracorum finibus, rectaq; fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorũ, & Anartiũ. Sed quid hic Nemetes faciũt, quos hodie pro Spirenſis diœceſeos cultoribus omnes accipiũt, & quidem rectè. Qui uero ſunt iſti Tauraci, ſiue ut in ſinceriorib. codicibus legitur, Tauriaci? Cur autem ab Heluetijs ſtatim ad Nemetas tranſilit Cæſar, populos intermedios omittẽs, Rauracos, Sequanos, Tribocos ſiue Me

diomatricos,qui potius erãt nominandi? An memoria lapſum dice‑ re uolumus? Crede mihi lector,locus iſte mendo nõ caret apud Cæ‑ ſarem.Ego ſcribo pro Nemetũ, Venetũ.Sunt autem Venetes Rhe‑ tiæ populi ſui parte ad inferiorem lacũ pertinentes, à quibus Vene‑ tus dictus eſt. Pomponius Mela:Rhenus ab Alpibus decidens,pro pè à capite duos lacus efficit,Venetũ & Acromũ.Iſtos Venetos ar‑ bitror apud Pliniũ dici Vennotes & Venonetes,ubi recenſentur in inſcriptione illa Trophæi Alpiũ, apud Cl. Ptolemæũ in deſcriptio‑ ne Rhetiæ Vennontes. Vnicæ uero literæ inuerſio nobis iſtũ erro‑ rem peperit.Ex Nenetum enim doctus aliquis fecit Nemetũ.Porrò nomine Tauriacorũ accipio,Turgauos. Siquidem ſuſpicor Taurũ ſiue Tauriam fluuiũ illum fuiſſe dictũ,quem hæc ætas Turũ uocat. à quo Turgauiæ uocabulũ quam uideo tam latè protenſam olim ut Turegũ etiam cõplecteretur, ab amne quoq; Turo ſiue Turgauia nominatũ,nimirum quòd Tauriaci tractus uelut angulus & extre‑ mitas eſſet,ut primo libro docuimus. Turegũ autem in Turgauenſi pago ſitum ſub adminiſtratione Ducis Alemanniæ, docet diploma Ludeuuichi regis Francorũ. nam ab Alemannis Tauriacus tractus totus occupatus eſt cũ uicinis regionibus,ut ſuprà tradidimus. Nec uero me latet,Tauracos à quibuſdam autoribus uſurpari pro Raura cis.Cæterum Acromi lacus alterius nomenclaturam,ut arbitror,re‑ fert uiculus ille in lacũ excurrens,quem uernaculus ſermo Romerſ‑ horn appellat,quaſi dicas Acromi cornu ſiue promontoriũ. Vide‑ tur autem Hercynium nemus ætate Iulij Cæſaris ad lacum Venetũ uſq; pertinuiſſe, priuſquam uidelicet inter Alemanniam & Rhetiã ſuperiorem limes conſtitueretur eo tractu ubi hodie Tuieliã arcem & Cregiam uidemus, indubiè munimenta Romanorũ, Iuliomagũ uerſus,quod ego corrupte Pfullendorff dici conijcio, & Brigoban‑ nem,ad fontem Danubij declinando.Nam ea loca Romani repurgã ri curarunt,ſyluæ parte reciſa.

Cæſaris locus

MARTIANA SYLVA

MArtianam ſyluam uocauere Romani ſuperiorem partem Her cynij nemoris,quã uernaculo ſermõe Germani den Schuartz uuald appellant,hoc eſt,ſi quis interpretationem requirat,nigrã ſyl uam.Sed dubium eſt an à Marte uernaculũ iſtud nomen ſit deductũ olim,quandoquidem à Germanis lucos & nemora conſecrari con‑ ſueſſe,deorumq; nominibus appellari ſecretũ illud quod ſola reue‑ rentia uidebant,Tacitus tradit:an potius, quæ mihi probatur opi‑ nio,Orczuuald,hoc eſt Hercyniũ nemus, addita litera, s, mutatũ ſit à nouis cultoribus Alemannis in Schuuartzuuald.Solet eñ uulgus

incognitas uoces detorquere in aliquod forte ſignificatū quamlibet abſurdum. Nam Mars, ut arbitror, apud Germanos ſuum habet nomen. Ammianus lib. xxi. de Iuliano Cæſare loquens, Profecturus itaq; per Martianas ſyluas, uiasq́; iunctas Hiſtri fluminis ripis. De Martiana ſylua meminimus in Alemannis libro primo.

ORCYNHEIM

QVam ſyluam Græci Latiniq́; Hercyniam uocant, Germani ueteres appellabant Orcyniam, autore Iulio Cæſare. Proinde quod oppidum ſermo uernaculus Pfortzheim nominat, Orcynheim fuit dictum ab Orcynio nemore, in cuius meditullio ſitum eſt. Sicut Boiohemum à Boijs. Nam quæ de Phorcyde Phrygiæ narrantur, ad librum Luciani pertinent, cui ille titulū fecit ἀληθοῦς ἱστορίας. Porrò Orcynium nemus, quæ poſtea Martiana ſylua dici cœpit, Iulianus Auguſtus perluſtrauit, ex Rauracis ad Danubiū profectus, ubi hæc ætas Vlmam conditam uidet. Itaq; meminit huius nemoris alicubi citante Suida, in hæc uerba, πρὸς τὴν ἑρκυνίαν ὕλην ἐθέομεν. καὶ εἶδον ἐγὼ χρῆμα ἐξαίσιον, ἰδοὺ γοῦν σοι θαρρῶν ἐγὼ ἐγγυῶμαι μήποτε ὦφθαι τοιοῦτον, μὴ δὲ ὅσα ποτέ γε ἡμεῖς ἴσμεν ἐν τῇ ῥωμαίων. ἀλλ' εἴτε τὰ θετταλικὰ τέμπη δύσβατα νομίζει τὶς, εἴτε τὰ ἐν θερμοπύλαις, εἴτε τὸν μέγαν καὶ διωλύγιον ταῦρον, ἐλάχιστον ἔστω χαλεπότητος ἕνεκα πρὸς τὸν ἑρκύνιον τοὔνομα. Quorū uerborum hæc eſt ſententia, Ad ſyluam Hercyniam accurrimus. Ac uidi ego rem inſigniter mirificam. Ecce enim confidenti animo tibi polliceor, neq; te tale nemus uidiſſe, neq; quantum ego ſanè nouerim, in Romano orbe extare. Verum ſiue quis putet Tempe quæ in Theſſalia ſunt, ſiue ſyluas Thermopylis proximas, aut uaſtū illū & ingentem Taurum, plurimū incommoditatis ad iter habere, minimum ſanè fuerit quantum ad difficultatem aſperitatemq́; attinet, ſi comparatio fiat cum ſylua cui Hercyniæ nomen eſt.

NICER.

NIcer amnis eſt quem uulgus eruditorū hodie Neccharum appellat. Oritur in Martiana ſylua. Panegyriſtes ad Conſtantinū Magnum, Sed pulchrum, inquit, tibi uidetur, & reuera pulcherrimum eſt, ut Rhenus ille non ſolum ſuperioribus locis, ubi aut latitudine uadoſus, aut uicinia fontis exiguus, ſed & ibi nouo ponte calcetur, ubi totus eſt, ubi iam plurimos hauſit amnes, quos hic noſter ingens fluuius, & Barbarus Nicer, & Mœnus inuexit. Loquitur autē de ponte Agrippinenſi. Auſonius in Moſella.

Hoſtibus exactis Nicrum ſuper & Lupondum.

Fl. Vopiſcus in uita Probi Cæſaris, de Germanis agens, Et quum iam in noſtra ripa, inquit, imò per omnes Gallias ſecuri uagarentur, cæſis propè quadringentis millibus qui Romanum occupauerant ſolum, reliquos ultra Nicrum fluuium & Albim remouit. Sic enim utrobiq; legendum docuimus capite De ſtatu Germaniæ ueteris libro primo.

DANVBIVS.

MArtianus Capella ſatis innuit, Danubium à monte Abnoua ubi fontem habet, nomen inueniſſe, quum inquit, Hiſter fluuius ortus in Germania de cacumine montis ad nouem ſexaginta amnes aſſumens, etiam Danubius uocitatur. Tu ſcribe, de cacumine montis Abnouæ. nam librarij uitium eſt. Nec curandum Abnoba ſcribatur an Abnoua. pro b enim u ſcimus uſurpari. Germani D litera articuli loco addita dicebant Daunou pro die Abnau, Romani Danubium. Equidem Germanicum Abnouæ uocabulum collem terrenũ & campum paſcuũ quem noſtrates augiam uocant, potius inſinuat quàm montem ſyluoſum. Et tali loco Danubij fons eſt. Proinde Tacitus molle & clementer æditum montis Abnobę iugum aſſerit. Cæterum Herodotus ex ciuitate Pyrrhene Danubium fluere ſcribit, & è Celtis. Alludit uero uernaculum tractus Porienſis uocabulum ad Pyrrhenem. Ac Celtarum appellatione more ueterum autorum Hecatæi uidelicet, Phylarchi, Hermippi, & Diodori Siculi, Germanos intelligere oportet. Illius uerba Græca hæc ſunt, ἴστρος τε γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ κελτῶν καὶ πυρρήνης πόλιος ῥέει μέσον σχίζων τὴν εὐρώπην. id eſt, Siquidẽ & Danubius fluuius initio ſumpto è Celtis & Pyrrhene ciuitate fluit, mediam ſecans Europam. Marcellinus lib. xxij. Amnis uero Danubius, inquit, oriens prope Rauracos montes, limitib. Rheticis per latiorẽ orbem protentus, ac ſexaginta nauigabileis penè recipiens fluuios, ſeptem oſtijs per hoc Scythicum latus erumpit in mare. Hæc ille. Tam propinquus autem fuit limiti Rhetiæ Germaniæq; Danubij fons, ut quidam dixerint Danubium oriri in Rhetia. Claudianus,

Sublimis in Arcton
Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſyluæ,
Quæ ſe Danubij iactat Rheniq; parentem.

Capellæ locus

NOMINA FLVVIORVM GERMANICORVM

NOmina fluuiorũ Germanica pleraq; in aha deſinunt, ut in ſylua Martiana, Kuntzaha, Schiltaha, Vuolfaha. In ſaltu Voſagi, Lebraha, Andelaha, Haſelaha. Apud Ruuacum, Ruuaha, quæ nomen oppido, & arci dedit. Suartzaha apud Cœnobium eiuſdem appella-

appellationis in tractu Badenſi. Proxime Auguſtam in Rhetia prima, Vuertaha qui Virdo olim dictus eſt, ac ſub nemore Bohemico, Marauaha huius quoq; deſinentiæ fuiſſe credo fluuium quem lacus Turegienſis emittit. Fæaha in ſuburbio Seleſtadiẽſi, ſed mutato prius nomine, Ello amni miſcetur.

GERMANICAE LOCORVM APPELLATIONES QVAEDAM

APud Germanos uicis & arcibus nomina plerumq; familiæ nobiles indiderunt, ut Quendelingi in Saxonia Quẽdelingeburgo. Tubingi, Reutelingi, Ezelingi, Geppingi, Geiſelingi in Alemannia memoriam ſui reliquere uicis cõſtructis, quæ hodie oppida uidemus. Nordlingi in Nordgauia habitantes, unde & nomẽ nacti ſunt, conlatis domicilijs Nordlingen oppidum cõſtituerunt. Et ſic de multis alijs. Non aliter oppidulũ Seleſtadio proximũ hodie Gemar dictum, in diplomate Caroli Magni quo Lebrahenſis cœnobij inſtitutionem à Volrado factam, approbat, nominatur Gamaringa, à nobili aliqua gente Gamaringorũ. Arbitror uero Colmariam primũ Colmaringam appellatam à Colmaringis. Nam hac terminatione gaudebant olim Franci & Alemanni, imò Germani omnes.

IVHONVM CIVITAS APVD TACITVM

COR. Tacitus in ipſo calce libri decimitertij Hiſtoriæ Auguſtę, Sed ciuitas Iuhonum, inquit, ſocia nobis malo improuiſo afflicta eſt. Nam ignes terra æditi, uillas, arua, uicos, paſſim corripiebãt, ferebanturq; in ipſa conditæ nuper coloniæ mœnia. Neq; extingui poterant. Nõ ſi hymbres caderent, nõ ſi fluuialib. aquis, aut quo alio humore niterentur. donec inopia remedij, & ira cladis, agreſtes quidam eminus ſaxa iacere. dein reſidentib. flammis propius ſuggreſſi, ictu fuſtiũ, alijſq; uerberibus, ut feras abſterrebant. Poſtremo tegmina corpori direpta inijciunt, quanto magis prophana uſu & uilio ri polluta, tanto magis oppreſſura ignes. Hactenus Tacitus. Ciuitatem hic uſurpat, quod & Cæſar ſubinde facit, pro toto agro omniq; ditiõe. Coloniã pro oppido ciuitatis. Verbi gratia, ſi Reſpublica Seleſtadienſis uicos circumquaq; ſitos pleno iure poſſideret, omnes illorũ habitatores eſſent de ciuitate Seleſtadienſi, ſed nõ de oppido. Ciuitas & oppidum quo differãt Hoc obiter annotare placuit, ut ſciatur inter ciuitatẽ & oppidũ differentia. Suſpicatus aliquando ſum ciuitatem iſtam Iuhonũ in Nordgauia fuiſſe, & coloniam ipſam eſſe quod illic oppidũ hæc ætas Ala uocat, propterea quòd ſciebã Hermunduros ſemper fauiſſe Romanis, & apud illud municipiũ Romani imperij ſubterraneos muros

extare

extare lõgiſſimo ſpatio uetuſtatem admirandam arguenteis. Et iacta tur uulgo oppidum Alahenſe primum libertatem nactum. Sed poſt quam in mentem mihi uenit, Tacitum eius ciuitatis libro quoqꝫ ſecundo meminiſſe, de Germanico Cæſare loquentem qui in Chaucorum terram tempeſtate maris tandem delatus, nihilominus poſt inſignem eam in mari cladem acceptam, in Chattos & Marſos exercitũ duxerit, re feliciſſimè geſta, deprehendi Inhionum ciuitatem eſſe Friſijs & Chaucis propinquam circa amnem Amiſiam. Verba Taciti eo loco ſunt hæc, Reductus inde Inhiona miles. Tametſi in æditionibus uulgatis ſcriptum eſt, in Hiona diuiſis dictionibus, ac aſteriſcus appoſitus, arbitrante Beroaldo legendum, in hyberna. Cæterum apparet apud Inhionas militum ſtatiua fuiſſe & hybernacula.

PALAS SIVE CAPELLATIVM REGIONIS NOMEN unde Palatini Comitis appellatio.

EA regio quam hodie uernacula lingua Pfaltziam, indoctè Palatinatũ uocamus, olim Capellatij uel Palas nomen habuit. Am. Marcellinus lib. xviij. Quum uentum fuiſſet ad regionem cui Capellatij uel Palas nomen eſt. Ab hac itaqꝫ priſca uoce Palatini uocabulũ deſcendit, & nõ à palatio uel imperatoris, uel regis Francorum, nam ſunt qui Palatinum eſſe putant, qui à Francis olim Maior domus fuerit appellatus. Iulianus Cæſar poſt Argentoratenſem pugnam qua Alemannorum copias penitus deleuit, quum ſuſpicaretur eam gentem tanto amiſſorum damno ciuium affectam, minime quieturam, ſed aliquid auſuram hoſtile, ut cæteris quoqꝫ terrorem incuteret recenti etiamnum nuper acceptæ cladis memoria, Maguntiaci per pontem illic cõſtitutum tranſire uoluit. Obſiſtunt Alemanni pontem obſeruantes. At Iulianus noctu trecentos milites uſuarijs nauibus quadraginta impoſitos, adeo tacitos tranſire Rhenum iubet, ut etiam remi ſuſpenderentur. Hij quum Reges & Regales, ſunt autem Regales Regum filij, & Regulos, ab Hortarij Regis conuiuio iam multa nocte uenientes, in fugam uertiſſent, & è ſeruis qui pedibus illos ſequebantur, quoſdam occidiſſent, tandem cognouere Alemanni tranſiſſe Romanos, & metu perculſi quem nocturnum tempus augebat, diffugiunt. Mox ponte conſtrato, per Hortarij regna Iuliano fauentis tranſitum eſt in terras infeſtorum regum. Quibus hoſtiliter tractatis, uentum eſt ad regionem cui Capellatij uel Palas nomen eſt. Vbi Macriano & Hariobaudo, Vadomario, Vrio, Vrſicino, & Verſalpo Alemannorum regibus pacem obſecrantibus, pax eſt conceſſa. In hæc fermè uerba Am. Marcellinus libro xviij. Et meminimus nos in Alemannis libro primo. Palatinæ

ditioni

ditioni imperat hodie clariſſimus princeps Ludouicus ex familia Bauariæ ducum, cuius partem obtinet ad Danubium. Vnde Comitis illinc, hinc uero Ducis habet titulum. Huius Herois gloriæ nō parua facta eſt acceſſio ſuperioribus annis profligato Franciſco Siccingio nobiliſſimo illo equite. quam rem confecit non abſque Theſeis ſuis, hoc eſt, Archiepiſcopo Treuirenſi Richardo Griphencloio, & Philippo Catthorum Principe, expeditionis eius & fœderis conſortibus.

TRAIANI BVRGVM, TRANBVRG. HODIE CRONBVRG.

MVnimentum illud quod in Alemannorum ſolo cōditum Traianus dum Germaniam prouinciam procuraret, ſuo nomine uoluit appellari, reparatū à Iuliano Cæſare, locato ibi præſidio, ſuſpicor eſſe ex deſcriptione Marcellini, Cronburgum prope Francofordiam. Huius quoq; meminimus in Alemannis. Traianæ meminit Ptolemæus prope Maguncíacum, ſed in parte diuerſa.

BVDORIS.

BVdorim potius credam eſſe Durlacum, quàm Heidelbergam, quod ueteris nominis partem referat. Et præ ſe fert alioqui mirandam antiquitatem Durlacū. In cauſa poteſt eſſe, quod quicquid inter Rhenum eſt & Nicrum, uelut in Prouinciæ formam redactum aliquot annos Romanis paruit. Hinc tantum uetuſtatis reperias nō ſolum in Nicri litore, ſed in intermedijs etiam locis. Vnde manauit illa apud Vuaibilingam inſcriptio, CLODIVS HOC FECIT VXORI SVAE. Nec de Francorum rege debet intelligi, quod præfectus aliquis Romanus poſuit. Sed uulgus hiſtoricorum neſcio cuius familiæ cum Francis affinitatem hoc argumento perſuadere conatur. Hinc apud Ettelingam tabula lapidea fuit reperta, cui Neptunus erat inſculptus, quam nos Sebuſij uidimus, quò Maximilianus Cæſar afferri ſuo ſumptu iuſſerat. Hodie poſſidet inſignis ille Baro Ioan. Iacobus à Merſpurgo, Præfectus Cæſareus apud Hagenoiam.

SALINGOSTADIVM.

A Salo fluuio Salingi dicti Franci in ripa amnis Mœni nominatum à ſe Salingoſtadium oppidum conſtruxerunt. Hos Romani Salios appellarunt, ut ex Marcellino liquet qui hac utitur uoce. Gallicani ſcribæ Salicos dixere, & Legem eorum Salicam. De hoc mentionem fecimus in Francis.

FRANCOFORDIA.

HVnc traiectum Mœni fluminis Franci poſſidebant, à quo oppido nomen datū per eam occaſionem nato. Sed cogitandum

an in huius quocꝙ ripa amnis oppida ſita Schueinſfurdia & Ochſenfurdia, à Sueuis & Foſis populis potius ſint dicta, quàm à ſignificatarum beſtiarum tranſitu, uel conditorum cognominibus.

CATTIMELIBOCI.

CAtteleboci quos hodie Germani Catzenelebogios uocant, de quo uocabulo mirari quis poſſit qui ueram etymologiam ignoret, Catthi ſunt Melibocum montem cuius Ptolemæus meminit, ac colentes, Annotauimus & hoc in Heſſis libro primo.

BOIEMVM TACITO, VELLEIO BOIOHEMVM, BVbiemum ſiue Buiemum Straboni, pro loco. Ptolemæo Bemi, gens ipſa.

FAbula eſt quod uernaculi Sclauinorum Bohemorũ annales produnt de regionis eius uocabulo, propterea uidelicet appellatam Bohemiam, quòd Sclauini hac uoce eis uaticiniũ ſignificante, ex nuper occupatis Illyrici finibus quum ea prouincia nõ omneis caperet, in medios iſtos Orcyniæ ſyluæ ſaltus tranſgreſſi ob repertam illic fatidicam mulierem nomine Libyſſam, huiuſmodi nomenclaturam regioni indiderint. Nã Cornelius Tacitus in libro De ſitu moribuſcꝙ Germanorum, ualidioribus olim Gallorum rebus exiſtentibus, D. Iulio teſte, etiam Gallos in Germaniã tranſcendiſſe docens, de Boijs Gallica gente dat exemplum, quos ſcribit ulteriora Hercyniæ ſyluæ tenuiſſe: manſiſſe ſua quocꝙ tempeſtate, hoc eſt, Fl. Veſpaſiano Principe, Boiemi nomen, & ſignificare loci ueterem memoriã, quamuis mutatis cultoribus. Id quod ipſe exponit paulo pòſt in eodem libello, Marcomannos tradens pulſis Boijs Boiohemum occupaſſe, quũ inquit, Præcipua Marcomannorũ gloria uireſcꝙ, atcꝙ ipſa etiam ſedes pulſis olim Bois uirtute parta. At Velleius Paterculus antiquior ſcriptor, ut qui ſub Tiberio Cæſare Præfectus equitũ fuerit in Germania, regioni quam Maroboduus Marcomannorũ rex incolebat, Boiohemo nomen fuiſſe dicit. Maroboduo nãcꝙ duce Marcomannos excitos ſedibus ſuis, quæ magis ad Danubium uergebant, atcꝙ in interiora refugienteis, incinctos Hercyniæ ſyluæ campos inhabitaſſe, eo magis etiam timendos quòd quum Germaniam ad læuam & in fronte, Pannoniam ad dextram, à tergo ſedium ſuarũ haberent Noricos, tancꝙ in omneis ſemper uenturi, ab omnibus timebantur. Sic nobis Bohemiam Marcomannorum ſedem deſcribit Velleius, quam in hoc Maroboduus occupauit, ut auocata procul à Romanis in Danubij ripis perpetua præſidia agentibus gente ſua potentiora quidem arma uitaret, ſua autem faceret potẽtiſſima. Nactus ſanè Bohemiam Maroboduus, finitimos omneis, puta Catthos, Cheruſcos,

Bructe-

Bructeros,& ab altera parte uerſus Danubium Hermũduros,Quados,& uicinas Sueuorum nationes,aut bello domuit, aut cõditionibus iuris ſui fecit.Sed & Strabo qui ſub Auguſto & Tyberio floruit,Bohemiam ſignanter deſcribit,oſtendens à Maroboduo ſua ætate occupatam.Sic autem inquit lib.ſeptimo, Ἐν ταυτῇ δ' ἐστὶ καὶ ὁ ἑρκυνιος δρυμὸς,καὶ τὰ τῶν σουήβων ἔθνη,τὰ μὲν οἰκοῦντα ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ καθάπερ τὰ τῶν κολδούλων,ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ βουβίεμον τὸ τοῦ μαροβούδου βασίλειον.εἰς ὃν ἐκεῖνος τόπον,ἄλλους τε μετανέστησε πλείους,καὶ δὴ καὶ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἑαυτοῦ Μαρκομμάνους. ἐπέστη γὰρ τοῖς πράγμασιν οὗτος ἐξ ἰδιώτου μετὰ τὴν ἐκ ῥώμης ἐπάνοδον.νέος γὰρ ἦν ἐνθάδε,καὶ εὐεργετεῖτο ὑπὸ τοῦ σεβαστοῦ. ἐπανελθὼν δὲ ἐδυνάστευσε καὶ κατεκτήσατο πρὸς οἷς εἶπον , λουίους τε μέγα ἔθνος καὶ ζούμους καὶ βούτωνας καὶ μουγίλωνας καὶ σιβινοὺς , καὶ τῶν σουήβων αὐτῶν μέγα ἔθνος σέμνονας. Quæ uerba ſic poſſunt Latinè reddi , In hac (ſ.Germaniæ regione) eſt etiam Hercynium nemus & Sueuorum nationes,partim ſanè habitantes intra nemus, quemadmodum Coldulorum gentes.In quibus extat & Bubiemum Marobudi regia.In quem ille locum quum alios complureis traduxit, tum etiam populareis ſuos Marcomannos.Siquidem hic quum antè priuatus fuiſſet,poſt reditum ex urbe Roma,rebus adminiſtrandis præfectus eſt.aduleſcens enim illic uixit,& beneficijs ornatus eſt ab Auguſto. Reuerſus autem in patriam regnare cœpit , & præter gentes quas nominaui (uidelicet Marcomannos,Coldulos,& quos alios in Boiohemum tranſtulit)etiam Luios magnam gentem,& Zumos,Butones,Mugilones,Sibinos,& ipſorum Sueuorum populoſam nationem,Semnones,imperio ſuo adiecit. Porrò deprauatus eſt , nec hic tantum,Aſulanicus codex Græcus,in quo βουιάσμον legitur. Emendatius exemplar habuit Guarinus Veronẽſis Strabonis interpres, qui Bubiemum uertit.Quanquam fortaſſis βουΐεμον legendum fuerat.ſed fieri poteſt ut ipſe Strabo Germanicam dictionem ſic corruperit,ut ſunt in peregrinis etiã in Latinis incurioſiores Greci.Et alioqui quælibet natio ſuo more externa profert.Rurſus de Bohemia loquitur Strabo,quum paulo poſt inquit, ὁ δὲ ἑρκυνιος δρυμὸς πυκνότερός τε ἐστὶ καὶ μεγαλόδενδρος ἐν χωρίοις ἐρυμνοῖς κύκλον περιλαμβάνων μέγαν.ἐν μέσῳ δὲ ἵδρυται χώρα καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένη, περὶ ἧς εἰρήκαμεν. Hoc eſt, Hercynium nemus admodum denſum eſt, & in locis deſertis eximiæ magnitudinis arboribus præditum,ambitum magnum cõplectens.In meditullio uero collocata eſt regio quæ cõmode inhabitari poteſt.de qua locuti iam ſumus. Porrò Ptolemæus in hoc tractu Bemos ponit,cõciſum uocabulum uſurpans,qui etiã uulgo noſtrati mos eſt.Nec uero Græci in medijs dictionibus niſi per

Strabonis locus

illas ſuas duplices, uocalibus aſpirant, Latinis etiam ſpiritum ſubinde reſpuentibus. unde Tacitus Boiemum nominauit, nō Boihemū. Cæterum urgentibus Marcomannis apparet Boios ceſſiſſe priuſquam rerum potiretur Maroboduus. Nam ſub Auguſto præfectum habenis regni Strabo tradit. At exules Boij cum Heluetijs aduerſum Iulium Cæſarem longe antea pugnauerant. Diximus uero ſuprà, uideri nobis Marcomannos cū uicinis nationibus puta Nariſcis & Hermunduris, à uetuſtis Boiorum Gallorū ſedibus nomen ſibi Boierorum induiſſe, qui poſtea Noricū & Rhetiam ſecundam occuparint cum Alpibus uſque ad Atheſim amnem.

PYRENAEVS HODIE GERMANIAE MONS

INter Alpes Rheticas Pyrenęus mons eſt, quem occupata Rhetia Germani Prennerū uocant. Plinius Cæcilius in Panegyrico quē dixit Traiano Cæſari: Germaniamque, inquit, quum plurimæ gentes ac propè infinita uaſtitas interiacentis ſoli, tum Pyrenęus, Alpes, immenſique alij montes niſi hijs compararentur, muniunt dirimuntque. Huius montis Dionyſius in carmine ſuo De ſitu orbis mentionem facit. Nam exorſus à Septentrione Germaniā deſcribere, ſic canit,

Τοῖς δ' ἐπὶ πυρηναῖον ὄρος, καὶ δώματα κελτῶν
Ἀγχόθι πηγάων καλλιρόου ἠριδανοῖο. hoc eſt,
Pyrrhenes ſequitur mons, Poſt hunc Celtica tellus
Eridani fontis contingens rauca fluenta.

Nomine Celtarum Gallos Togatos intelligit, qui Italis Ciſalpini ſunt. Huius Pyrenæi meminit poeta quoque Baſſus in epigrammate quodam quod in laudem Germanici Cęſaris ſcripſit cuius. cum Germanis pugnas quos ipſe uocabulo Celtarum innuit ueterum more Græcorum, Pyrenæum iſtum ait aſpexiſſe. Retulit id carmen in primum librum Epigrammaton Maximus Planudes. Sunt autem huiuſmodi uerſiculi,

Οὔρεα πυρηναῖα, καὶ αἱ βαθυάγκεες ἄλπεις
ἂι ῥήνου προχοὰς ἐγγὺς ἀποβλέπετε,
Μάρτυρες ἀκτίνων, γερμανικὸς ἃς ἀνέτειλεν
ἀστράπτων κελτοῖς πουλὺν ἐνυάλιον.

Saxa Pyrenæi, & depreſſæ uallibus Alpes
Quæ Rheni fontes haud procul aſpicitis,
Vidiſtis radios, Cæſar Germanicus ædit
Quos cum Teutonibus fulgure belligerans.

Pyrenæis montibus nomen inditum aiunt à crebris fulminum ignibus.

CAMPI CAVINI IN RHETIA PRIMA

DE campis Cauinis mentionem facit Sidonius in Panegyrico Iulij Valerij Maioriani Cæſaris, hijs uerſibus,

Conſcenderat Alpes
Rhetorumq́ꝫ iugo per longa ſilentia ductus
Romano exierat populato trux Alemannus,
Perq́ꝫ Caui quondam dictos de nomine campos
In prædam centum nouies dimiſerat hoſtes.

Ammianus Marcel.lib.xv.de Conſtantio Auguſto loquens, qui pagis Alemannicis bellum indixerat, ex Inſubribus in Rhetiam primam mouens, Ad quem, inquit, procinctum Imperator egreſſus in Rhetias, camposq́ꝫ uenit Cauinos. Cogitandũ autem an oppidum Rhetiæ primæ quod Caufburen hodie uocant, ab Cauinis iſtis campis habeat nomen, uel quaſi Cauinus fons dictũ, uel potius à ruſticis ædibus Cauinorũ camporũ ſic appellatum. de Cauinis campis obiter meminimus in Alemannis lib.primo.

ARBOR FELIX

ARbor felix, oppidulũ eſt in ripa lacus Acromi ſitum, quem ueteres Brigantinum dixere, medio ferè loco inter Brigantiũ & Conſtantiam. Hodie ſermo uernaculus Arbon appellat. Vnde monachi D. Galli qui nobis aliquot diuorũ uitas conſcripſere, uetuſtatis ignari, Arbonam dixere. Meminit Arboris felicis Antoninus in Itinerario. Liber Præfecturarũ Romanarũ oſtendit Tribunum cohortis Herculeæ Pannoniorũ aliquando ſtatiua ſua habuiſſe Arbore, ſub diſpoſitione uiri ſpectabilis Ducis Rhetiæ primæ & ſecundæ. Sic apud Brigantiam ſiue Confluentes præſidium agitabat, Præfectus numeri Barbaricariorum.

FINES.

IN ripa Turi ſiue Tauriæ fluuij caſtellum extat, Ad fines à Romanis appellatum. Hodie Germani uocant Pfin. Nec fruſtra nomen habuit, uelut limes fortaſſis inter Rhetiam primam & tractum Tauriacum. Mentio fit huius & Antonino.

CONSTANTIA.

SCribit Marcellinus Sequanam prope Caſtra Cõſtantia fundi in mare. Quo loco hodie Cõſtantiam urbem epiſcopalem uidemus attributam Nortmanniæ. Non aliter Conſtantia noſtra ad effluentem ex Acromo lacu Rhenum & Veneto ſeſe immergentem ſita, à caſtris Conſtantijs originem habet, quæ Conſtantius illic exædificauit pro militum præſidijs aduerſum Alemannorum incurſiones excubantium. Vnde conijcere licet, limitem illum Rhetiæ & Ale-

mann iæ nõ ita procul abfuiſſe à Cõſtantia. Hic ſtatiua militũ erant, hic hybernacula. Quum Ammianus ſcribit Alemannos Arbetione Romanarũ copiarum duce fugato ſublatis animis ferocib. incedentes cottidie prope Munimenta Romana ſtrictis mucronibus diſcurriſſe, frendendo minas tumidas intendentes, iſtum indubie locũ ſignificat, ubi Cõſtantiam hodie cernimus. Nam in mãdatis hoc ab Imperatore Cõſtantio acceperat Arbetio, ut margines lacus Brigantini legeret. Huc aiunt epiſcopalem ſedem ex Vindoniſſa translatam. De qua re diximus ſuprà. Tabula lapidea uetus, in qua mentio fit Impp. C. Aurel. Val. Diocletiani, & M. Aurel. Val. Maximiani, & Val. Conſtantij, & Gal. Val. Cæſ. uidetur ex Vituduro oppido propinquo Cõſtantiam aduecta. Fuit is Cõſtantius pater Conſtantini Magni. Extat epiſtola Leonardi Aretini qua Conſtantiam accurate deſcribit ad Nicolaum.

INSVLA LACVS VENETI, ID EST, BRIGANTINI INFERIORIS

LAcus Venetus inſulam habet quæ Maior augia à Chronographis monachis uocat. Sermo uernaculus Diuitem appellat. Cœnobio Benedictinorum antiquiſſimo ornatur. In hac Tyberius Cæſar aliquando caſtra habuit cũ Vindelicis bellũ gerens, autore Strabone, cuius hæc ſunt uerba lib. VII, Is habet, inquit, inſulam qua uelut arce ad inuadendos Vindelicos cõmodiſſime uſus in naualibus pugnis Tyberius. Et addit paulo pòſt, Cæterum, inquit, Tyberius à lacu unius diei progreſſus iter, Iſtri fontes aſpexit.

FORVM TYBERII ET GAVNODORVM

EO durante bello Tyberius in uico Heluetiorũ nõ procul à ripa Rheni hyemabat, cui Forum Tyberij nomen obuenit, quod illic ſuis etiam ius redderet. Germani Tribunal Cæſaris ſua lingua uocant. Ab hoc crediderim nõ multũ abfuiſſe Heluetiorũ alterũ oppidum Ptolemæo Gaunodurũ appellatũ. Sanè Zurtzaci nomen non penitus abludit, ſic dictũ Alemannis pro Duraco. Gaunũ autem ueteri Gallorũ lingua qua ſunt uſi Heluetij, ſaxum ſignificat. Vnde Agauno uocabulum inditum in Octodurenſi tractu. Monendum id duxi, quo certius inueſtigari locus queat. Nam propter cataractas Rheni libenter id nomen Loufenbergo tribuerem. Sed ſunt & ſuperiores cataractæ.

SCHEFHVSIVM

NOuum oppidũ eſt Schefhuſium, à domibus nauiculatorũ nomen habens. Nam illic olim traiectus Rheni fuit, ubi pontem hodie uidemus.

CASTELLVM THERMARVM AC THERMAE HELVETICAE

COR. Tacitus lib. x v i i hiſtoriæ Auguſtæ de Cæcina agẽs, qui Vitellianarũ partium, cũ Germanicis legionib. propiore tranſitu nempe Pœninis iugis in Italiam feſtinabat, Fabio Valente per Cottianas Alpeis & per Galliam ingrediente, ſic ſcribit, Iritauerant, inquit, turbidum ingeniũ Heluetij Gallica gens, olim armis uiriſq; (ſic enim legendum eſt) mox memoria nominis clara, de cæde Galbæ ignari, & Vitellij imperium abnuentes. Initium bello fuit auaritia ac feſtinatio undeuiceſimæ legionis. Rapuerant pecuniã miſſam in ſtipendiũ caſtelli, quod olim Heluetij ſuis militibus ac ſtipendijs tuebantur. Ægrè id paſſi Heluetij, interceptis epiſtolis, quæ nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebãt, centurionem & quoſdam militũ in cuſtodia retinebant. Cæcina belli auidus, proximam quamq; culpam, antequàm pœniteret, ultum ibat. Mota properè caſtra. Vaſtati agri. Direptus longa pace in modum municipij extructus locus, amœno ſalubrium aquarũ uſu frequens. Hactenus Tacitus. Arbitror caſtellũ id, cuius hic fit mentio, Badenſem arcem eſſe: quam ampliorem olim fuiſſe, ueſtigia murorũ arguunt, antiquitatem erutis illic tabulis lapideis & inſcriptis cõmonſtrantibus, cuius rei fidem nobis facit Felix Hemmerlinus Turegenſis in libello de Thermis. Hodie præter ſpeculam in monte ſitam parum ſupereſt. Alemannos puto, quũ Maximam Sequanorũ occuparent, aut paulo prioribus incurſionib. ita uaſtaſſe. Porrò locus quem in Municipij modũ extructum, id temporis direptũ à militibus Cecinæ tradit, uicũ reor fuiſſe qui à Thermis ipſis per accliuem monticulũ uſq; ad Caſtellũ ipſum pertinuerit. Hodie uidemus oppidũ arci coniunctum, ſed non minus quàm ea tempeſtate peramœno ſalubriũ illarũ aquarum uſu frequens. Nam diuerſoria habet elegantiſſima, populũ comem. Agnoſcit hoc tempore uetuſtiorũ octo pagorum communem Ariſtocratiam, quolibet biennio nouũ præfectũ per uices ſubſtituentiũ. Proinde Caſtellũ Thermarũ dici poterit. Debemus Tacito, quod illius ſimulq; Thermarũ antiquitatem agnoſcimus, quas quidam proximis ſeculis à paſtore pecorum inuentas credit. Sed tamen fieri poteſt, ut aliquam multis annis intermiſſo illarum uſu latuerint prorſus ignoratæ.

Taciti locus

Caſtelli Thermarum antiquitas

VOCECIVS MONS

HEluetij propter uaſtatos agros, ut diximus, uicũ thermarũ direptum cõmoti in Cæcinam & Vitellium, lecto Claudio Seuero duce ſtatuerãt legioni reſiſtere. Sed quũ cogitarent exitioſum aduer

ſus ueteranos eſſe præliũ, & intutã obſidionẽ Caſtelli dilapſis uetuſtate mœnibus, nõ auſi tentare fortunã, arma abiecerũt inter Cæcinę exercitũ & Rhæticas cohortes in medio uagabũdi. Magna pars ſaucij aut palantes in Voceciũ perfugere, unde depulſi, cõſectantibusq́; Germanis ac Rhætis per ſyluas atq; in ipſis latebris trucidati. In hãc fermè ſententiã Tacitus ſcribit. Voceciũ mõtem, ni fallor, hodie Germanicus ſermo nominat den Bœtzberg, B pro V uſurpans. Iuraſſi pars eſt, infamis ob lamas & uoragines quas præſertim pluuio tẽpore trãſire ſit difficillimũ, adeo terra mollis eſt & uliginoſa. Habet adherẽtẽ in imo uiculũ quẽ Voceciũ uulgus appellat, uerſus Rauracos.

VINDONISSA

VIndoniſſa nobilis olim fuit legionũ hybernaculis. Tacitus Hiſt. Auguſtæ lib. xx: Hyberna ſubuerſa crematáq;, ijs tantũ relictis quæ Maguncíaci ac Vindoniſſæ ſita ſunt. Paulo poſt eodem libro, Atq; interim, inquit, una & xx legio Vindoniſſa, Sextilius Felix cũ auxiliarijs cohortibus per Rhetiam irrupere. Porrò ſita fuit ad amnem Ruzam, ubi Arulam recipit: habuitq; magnã cõmoditatem à duobus illis nauigabilibus fluuijs duos traiectus ſortita, ac alteram quoq; Ruzæ fluuij ripam ædificijs olim cõplexa. Hanc Alemanni in Maximam Sequanorũ irruentes, ante ſæpius uexatam primũ deſtruxerunt ſub ruinam Romani Imperij. Porrigebať uerſus Habiſpurgum arcem, quod nihil miri ſit ſi à Vindoniſſa quoq; nomen habeat. Ferunt hic epiſcopalem ſedem fuiſſe, quæ poſtea Cõſtantiam, proxima ciuitas erat, traducta ſit, per Hunnorũ, ut arbitror incurſionem denuo omnib. euaſtatis ut uix hodie pagi nomẽ mereať. Duos epiſcopos Vindoniſſenſes in antiquis cõcilijs reperio, Gammatium in Lugdunenſi, in Epaonenſi Bubulcũ. Poſſibile eſt diœceſeos Vindoniſſenſis partẽ uſq; ad Turi fluuij ripas pertingentẽ, qui Rhetiæ, ni fallor, & Maximę Sequanorũ limes fuit, epiſcopo Conſtantienſi Rhetiæ primæ, qui magnã Alemãniæ portionẽ, magnã Rhetiæ primæ poſſidet attributã, alterã partẽ Lauſannenſi. Nã apparet in Heluetijs, Auẽtico gentis capite excepto, nullã ciuitatẽ fuiſſe celebriorẽ. In campis Vindoniſſæ uerſus arcẽ Habiſpurgiã Val. Cõſtantius Cõſtantini Magni pater numeroſas Alemannorũ copias deleuit. Vnde Panegyriſtes clamat, Quid, inquit, cõmemorem Lingonicã uictoriã, & Imperatoris ipſius uulnere glorioſam? Quid Vindoniſſę campos hoſtiũ ſtrage cõpletos, & adhuc oſſib. opertos? In libro prouinciarum Gallicarũ, annumerať Vindoniſſa caſtris Maximę Sequanorum, hoc eſt oppidis uulgaribus, & quæ epiſcopũ nõ habent. In hũc enim ſenſum Decreta Pontificum caſtri nomenclaturam uſurpant.

VALLIS POENINA

VAllē pœninā ſatis cōſtat eā eſſe quā hodie priore uocabulo ſeruato Valleſiā dicimus. Regio eſt Heluetijs hoc tēpore fœderata, cuius caput Sedunū olim Octodorus erat. Sed uaſtato Octodoro ſedes epiſcopalis è Veragris in ciuitatē Sedunenſiū eſt translata, quemadmodū modo de Vindoniſſa factū meminimus. Nā tempore eodē & Octodorū floruit & Vindoniſſa. Cuius rei euidēs argumentum eſt, quòd in ijſdē cōcilijs utriuſque eccleſiæ epiſcopos affuiſſe reperi. Nā in uetuſto quodā codice poſt decreta Lugdunēſis ſynodi in catalogo ſubſcribentiū antiſtitum ſic legit, Rufus epiſcopus eccleſiæ Octodorenſiū. In Epaonēſi cōcilio ſic, Cōſtantius epiſcopus ciuitatis Octodorēſis. Et præcedit, Orbicius epiſcopus eccleſię Veſontienſis. Cōſidera quàm multis ab hinc ſæculis ſynodi iſtæ celebratæ ſint, nā Veſontinus tāetſi metropolitanus epiſcopū ſe tantū nominat, nō archiepiſcopū. Nec fit illic Lauſannenſis epiſcopi mentio, quē nondū, ut uidet, habebat ea eccleſia, Veſontinæ tantū parēs. Sed libet Octodori & Agauni deſcriptionem ex uita D. Mauritij paucis recēſere.

OCTODORI DESCRIPTIO

MAximianus Cæſar ad cōprimendam Bagaudarū factionem in Gallias properans, ad Alpiū Pœninarū aditum uenit. Tranſmeantibus iter Alpiū poſt arduam & horrendam uiam, ſubito ęqualis loci campeſtris occurit grata planicies: quo in loco oppidū factū eſt, quod Octodorus nomen accepit. Circa quod irrigua fluminib. prata atque agrorū fertilis cultura porrigitur. Deinde Rhodani fluminis ualidus curſus offertur, qui more ſuo leniter fluens regionis ipſius prata grata amœnitate commendat.

AGAVNI DESCRIPTIO

THebæa legio præteriens Octodorū oppidū, ad locū cui Agauno nomen eſt celeriter properauit, ut duodecim milliū ſpacio ab Octodoro ſeparata, neceſſitatē cōmittendi ſacrilegiū præteriret. Agaunū accolæ interpretatione Gallici ſermonis ſaxū dicunt. Quo in loco ita uaſtis rupibus, Rhodani fluminis curſus artatur, ut tranſeundi facultate ſubſtracta, cōſtratis pontibus uiam fieri itineris neceſſitas imperaret. Vndique tamē imminentib. ſaxis paruus quidē, ſed amœnus irriguus fontib. campus includit: ubi feſſi milites legionis Thebææ poſt laborem tanti itineris, reſederāt. Ibi poſtea iuſſu Maximiani bis decimati ſunt, & omnes tandem reliqui ſimul iugulati, quum ipſe princeps apud Octodorū interim eſſet, quod duodecim milliū ſpatio diſtat ab Agauno. Deinde poſt multos annos ab iſta cęde, Theodorus Octodorēſis ſiue Sedunēſis epiſcopus, ut cōijcio,

nam hiſtoria uocat illius loci Epiſcopū,ego intelligo territoriū, Baſi licam Agauni cōſtruxit,quæ uaſtæ nūc adiuncta eſt rupi. Proinde li quere poteſt Agaunenſe monaſteriū non eſſe id quod quidam ho= die Octodorenſe uocandū cenſent,nec Agaunū & Octodorū eiuſ= dem eſſe loci uocabula,quū duodecim milliū inter ſe diſtent, & O= ctodorum,ut ſuprà didicimus,in plano campo ſitum ſit, contrà au= tem Agaunū rupibus undiq; cingatur ac ſaxis iuxta Rhodanū. Por= rò quum iſtam Agauni deſcriptionem lego, uenit mihi in mentem Loufenbergi,quod oppidū in confinio Rauricorū & Heluetiorum poſitum non ſine cauſa arbitror Ptolemæo Gaunodurū dictū, ut & ſupra attigimus. Nam arx quam habet, munimentū prouinciæ fuit aduerſum Germanos tranſrhenanos. Deſcribit Octodorū Iulius Cę ſar in initio tertij libri Commentariorū. Galba ſecundis, inquit, ali= quot prælijs factis,caſtelliſq; compluribus eorū expugnatis, miſſis ad eum undiq; legatis,obſidibuſq; datis,& pace facta,conſtituit co= Comment. Cæſaris locus hortes duas in Nantuatibus (ſic enim legendū eſt) collocare, & ipſe cū reliquis eius legionis cohortibus,in uico Veragrorū,qui appella tur Octodorus,hyemare. Qui uicus poſitus in ualle non magna,ad= iecta planicie,altiſſimis montibus undiq; continetur. Quū hic duas in partes flumine diuideretur,alteram partem eius uici Gallis ad hye mandū cōceſſit, alteram uacuam ab ijs relictā cohortibus attribuit. Hæc Cæſar. Octodorū Alemanni qui in Vallem Pœninam immi= grarunt,hodie Martenachū appellant. Peninas Alpeis Cæſar Sum= mas uocat,hoc eſt partem illarū hoc donat nomine,quū ſcribit ſe Ser uiū Galbā cū legione duodecima, & parte equitatus in Nantuates, Veragros Seduroſq; miſiſſe,qui à finib. Allobrogū & lacu Lema= no & flumine Rhodano ad ſummas Alpes pertinent. Vnde Anto= ninus in Itinerario ſuo inter Auguſtā Prętoriam & Octodorū Sum mi Pœnini meminit. Idem Alpem ſummam alibi ponit in Alpibus maritimis. Tacitus Pœnina iuga nominat,tradens Cæcinam per ſu= periorem Germaniam & Heluetios,propiore itinere in Italiā tranſ= cendiſſe,cōtrà lōgiore Fab. Valentem,nempe per Galliā & Cottia= nas Alpeis. Veniebāt autem ex Vbijs. Illius uerba hæc ſunt lib. xvij. Ingens,inquit,uirib. opibuſq; Vitellius,duos duces duo itinera bel lo deſtinauit. Fab. Valens allicere,uel ſi abnuerent, uaſtare Gallias, & Cottianis Alpibus Italiā irrūpere,Cæcina propiore tranſitu Pœ= ninis iugis digredi iuſſus. Rurſum paulopoſt. In Alpe Graia ipſe pau lulum cōctatus,num Rhæticis iugis in Noricum flecteret, ſed repu= tans Noricos incerta uictoriæ præmia ceſſuros,Pœnino itinere ſub ſignanū militem & graue legionū agmen,hybernis adhuc niuib. tra

duxit.

duxit. Hactenus Tacitus. Catalogus quo prouinciæ Gallicæ recenſentur cum ciuitatibus epiſcopalibus, ciuitatem Vallenſiū, id eſt Octodorum, Alpibus Pœninis attribuit, Graijs Tarentaſiam. Cęterū Vallem Pœninam, Rhætiam, & Vindeliciam à Q. Cæcilio Ciſiaco Septitio Prolegato, ſimul fuiſſe gubernatas inſcriptio docet quę Veronæ extat apud D. Florianum, huiuſmodi uerbis,

Q. CAECILIO CISIACO SEPTITIO PICAI CAICILIANO PROCVR. AVGVSTOR. ET PROLEG. PROVINTIAI RAITIAI ET VINDELIC. ET VALLIS POENIN. AVGVRI FLAMINI DIVI AVG. ET ROMAI C. LIGVRIVS L. F. VOL. ASPER. Ↄ. CON. I. CR. IN GENVOR.

Sed tamen re exactius perpenſa, malim hoc accipere de Valle Pœnina quę fontibus Atheſis & Oeni uicina eſt. Nam ſcio quàm lōge porrigantur Alpes quæ Pœninæ uocari ſcriptoribus ſolent. Et Vallis Pœnina de qua nos agimus, magis ad Galliam pertinuit, Alpiū Pœninarum Præſidi ſubiecta, qui Præfecto prætorio Galliarum parebat. Verum Rhetiæ erant iuris Italici. Rhodanum ex Pœninis Alpibus oriri Marcellinus autor eſt.

AVENTICVM HELVETIORVM

AVenticū caput Heluetiorū fuiſſe tradit Tacitus quū de Heluetijs à Cæcina Vitellioq́ʒ profligatis loquens, Multa hominum, inquit, millia cæſa, multa ſub corona uenundata. Quumq́ʒ direptis omnibus Aueticū gentis caput iuſto agmine peterēt, miſſi qui dederent ciuitatem. Hæc ille. Liber prouinciarū Gallicarū, in prouincia Maximæ Sequanorū ciuitatem Heluetiorū recenſet, cui additū, id eſt Auenticū. Ego Vindoniſſam ciuitatib. Maximæ Sequanorū potius annumerauero, Caſtris Auenticū attribuens. Nemo uero miretur Ptolemæū Sequanis Auenticū aſſignare. Siquidem is Romanorum adminiſtrationem reſpexit, qua nō ſolum Auenticū, ſed tota Heluetiorū regio Maximæ Sequanorū annumerata Præſidem Veſontionenſem agnoſcebat. Sicut adhuc facit quantū ad forū Eccleſiaſticum attinet, niſi quòd Vindoniſſenſis diœceſeos pars Conſtantię Rhęticæ eſt attributa. ceu ſupra meminimus. Vuiſerij in Heluetijs extat inſcriptio, qua Auenticenſes incolæ T. Tertio Seuero ob eius erga ſe merita donum ſe poſuiſſe teſtant̄. Ibidē Donatus exactor tributorum in Heluetijs, elogium habet. Inſcriptiones quæ inter ruinas Auentici reperiunt̄, non uiſum eſt apponere. Subditū id hodie Friburgenſiū ditioni. Auenticenſis pagi deuaſtati ab Alemānis Oudarius ſemilatinus autor mentionem facit, quem in hiſtoria ſua Paulus Æmilius inter primos ſecutus eſt.

NVITHONVM

NVITHONVM REGIO.

BVrgundiones Vandalici generis autore Plinio, quid uetat credere quũ meliores agros quæſitũ irẽt, rapuiſſe ſecũ Nuithones, quorũ niſi apud Tacitũ nulla amplius memoria, qui tranſgreſſi cum illis in Sequanos, citra Iuram conſederint in Heluetijs ubi hodie Bernam & Friburgũ oppida cultiſſ. cernimus. Nã is tractus hodie Nuithlandia appellaẽ, & Minor Burgũdia. Meminimus de hac re in Burgundionibus lib. I. De origine uulgatæ iſtius appellationis multę cõiecturæ ſunt, inter quas fortaſſe & hæc noſtra locum habebit.

VERBIGENVS HELVETIORVM PAGVS APVD CAESAREM

IVl. Cæſar lib. I. Commentariorũ ſuorũ, de deditione Heluetiorũ loquutus, Dum ea conquiruntur, & conferuntur, inquit, nocte intermiſſa circiter hominũ millia ſex eius pagi, qui Verbigenus appellatur, ſiue timore perterriti, ne armis traditis ſupplicio afficerentur, ſiue ſpe ſalutis inducti, quod in tãta multitudine dedititiorũ ſuam fugam aut occultari, aut omnino ignorari poſſe exiſtimarẽt, prima nocte ex caſtris Heluetiorũ egreſſi, ad Rhenũ finesq́ Germanorũ contenderunt. Huc uſq́ Cæſar. Dubiũ eſt apud eruditos quiſnam iſte Verbigenus pagus, aut ubi fuerit, Dicam coniecturam meam. Suſpicor ſcribendũ, Vrbienus, ad uernaculam fortaſſis ueterũ Heluetiorum linguam. Alioqui mallem Vrbinus. Eſt autem Vrba antiquiſſimum oppidũ Heluetiorũ, in illa, ceu poſterior ętas uocare cœpit, Ciſiurana Burgundia, non minus uetuſtatis præ ſe ferens ruinis ædificiorũ quàm ipſum Auenticũ. Agnoſcit hodie ciuitatem Friburgenſem. Inter lacum Lauſinnum, hoc eſt Lemanum & Ariolicam Vrba Antonino ponitur.

SALODORVM

ANtiquitas Salodori in confeſſo eſt. Iacet in ripa Arulæ fluuij, qui Argauiæ nomen dedit. Meminit eius Antoninus. Salodori ferunt Vrſum & Victorem ex Thebæa legione pro Chriſto ſupplicium ultimum ſuſtinuiſſe.

AVGVSTA RAVRICORVM

RAuricorũ ueterũ & Sequanorũ Ciſmontanorũ loca tenent hodie Alemanni, qui à tempore collapſi Imperij Romani diœceſim Baſilienſem incolũt, hoc eſt à monte Vocecio incipiendo, Vricgauiã quæ Rauricorũ nomẽ refert, primorib. duabus literis ablatis, Ciſgauiã, Sungauiã, & Elſatiã ſuperiorẽ. Siquidẽ Rauricos & Sequanos Ciſmõtanos à Tribonis ſiue Tribocis foſſa illa terminalis diuidit miliario ſupra Seleſtadiũ, ꝑ quã riuus fluit quẽ uocãt Eckẽbachũ. Sanè Ptolemęus inter Rauricorũ oppida Auguſtã Rauricũ receẽſet

ac Ar-

ac Argentuariam, quam addidit ideo quod Sequanis paruerit, quibus Raurici iuxta Prouinciarum à Romanis inſtitutam gubernationem ſunt unà cum Heluetijs accenſiti. Eſt autem Argentuaria uicus ille quem hodie Horburgum quaſi Argburgum dicimus proxime Colmariam quæ tribus milliarijs à Seleſtadio diſtat. Auguſta uero Rauricorum inclyta illa quondam urbs, nunc ad miſerum uicũ, imò uix uici nomine dignum, redacta eſt, primũ per bellicam hoſtilemq́ꝫ uiolentiã exciſa, deinde per iniuriam temporũ paulatim tota cõſumpta, adeo ut propemodũ nihil ſupra terram appareat, quod priſcam magnificentiã indicet. Quin ipſos Rauricos indicat Cæſar Heluetiorum exemplo, omnia ſua oppida uicosq́ꝫ, & quicquid ædificiorũ habebant exuſſiſſe. At ſub terra, mirũ dictu, ꝙ plena muris ac ruderib. omnia. Viſuntur adhuc in colle nõ procul à molendino geminę ſtructuræ cauæ ex ſilicib. quadratis cõpoſitæ hemicycli figura, quas cuinam uſui ueteres ædificarint, nemo diuinare poteſt, quũ nec ciſternę fuerint pro cõſeruanda aqua, nec apta quarũlibet rerũ receptacula, multo uerominus ad propugnandũ ualuerint. Subterranearũ ruinarum ueſtigia paſſim apparent Liechtſtallũ uſqꝫ, ubi puto ſpeculã fuiſſe Romanorũ in mõte. Vnde cõijcere poſſumus Auguſtæ magnitudinẽ, tũ quàm amplis ſuburbijs cincta fuerit. Nihil aũt admirabilius ꝙ fornices ſubterranei toto fermè ſpacio quod modo diximus, è quadratis lapidibus extructi. Vulgus diuerticula Romanorũ fuiſſe credit per quę ueluti cuniculos quoſdã, hoſtilẽ illi uim metuẽtes, uel lõga obſidione fatigati, ſeſe ſubducere cõſueuerint. Veriſimilius eſt aquæductus fuiſſe, nõ quidẽ aquæ fontanæ, cuius illic, ut eſt montiũ natura, crebræ ſunt ubiqꝫ ſcaturigines, ſed fluuialis potius quæ ſordes ciuitatis ablueret, in quẽ uſum Baſilea plurimas ſub terra teſtudines habet, quæ res ad mundiciẽ urbis in primis cõducit. neqꝫ em̃ Argentorato quicqꝫ aliud magis officit, ꝙ quod huiuſmodi egeſtorijs ſtructuris caret. Venit mihi ruinas illas cõtemplanti in mentẽ aliquãdo Romanorũ aquæductuũ, de quib. Procopius, Romæ, inquit, aquæductus quatuordecim ſunt, cocto ex latere per priſcos homines illos ædificati, ea latitudine ac ſimul profunditate, ut equeſter uir aliquis, ipſo cũ equo per eos ſupernè euadere liberius queat. Hęc ille. Iactat aũt uulgus mirabilẽ fabulã, eſſe uidelicet hic gazophylaciũ quoddã ſub terra ꝗd magnã auri uim cõtineat à Romanis ibi depoſitã, ad quẽ locũ ijs cryptis perueniat. Hanc camerã ferrea ianua claudi, cane peruigili tuente, qui in eos qui propius ſuggreſſi fuerint, rictum uelut deuoraturus diducat. Itaqꝫ nullus adhuc cõpertus eſt tam audax, qui cum hac belua congredi ſuſtinuerit. Ac proximis annis (non

narro

narro fabulam) quũ quidam extrema paupertate laboraret, & omnibus tentatis etiam ad mediocrem uitæ ſuſtentationem nihil ſuppeteret, erat autem uxor alenda cum liberis, & annona magno uendebatur, nec opificiũ ipſe nouerat, ſtatuit ſecum experiri fortunam, ſatius eſſe ducens ſemel occumbere, quàm tantam miſeriam quotidie perpeti, cui nullum uideret remediũ. Proinde huius theſauri potiundi ſpe teſtudines illas ſubterraneas penitiſſime ſolus ingreſſus diu quidem in ipſis errauit. Quum uero prope gazophylaciũ acceſſiſſet, ut ipſi uidebatur, cõſpectis illic humanis oſſibus quæ diſcerptos aliquando homines fortaſſis ſimilia auſos indicabant, & uiſis neſcio quibus ſpectris, ita ſtatim ſubito quodam pauore exanimatus eſt miſer, ut diu iacuerit mortuo ſimilis. Tandem uix ſibi redditus aliquantulum, lento gradu uiribus corporis omnibus deſtitutus erepſit. domum reuerſus, poſtridie mortuus eſt. Crediderim ego, imaginationem illorum terriculamentorum antè cõceptam, miſero tantum metum inuexiſſe. Quanquam etiam ſecretarum artium periti negant ſe unquã penetrare potuiſſe, quamlibet magnis incantamentis inſtructos. Sed ijs rebus nulla adhibenda fides. Inueniũtur paſſim in agro Rauricẽſi nomiſmata ærea, nõnunquam etiam argentea ac aurea, atque gemmæ ſignatoriæ. Nec dubitarim quin longe plura reperirentur, niſi locus eſſet deſertus, & ædificia ſubterranea partim uepres, partim agri frugiferi cõtegerent. Auguſtam Rauricorũ hodie Germanica lingua Augſt appellat. uicina eſt Rinfeldiæ, cuius arcẽ à Baſilienſibus ab hinc annos plus minus quinquaginta demolitam Rauricorum propugnaculum fuiſſe crediderim. Attinetq; ad ditionem Auſtriæ ducis. Eius magnitudo uix cõijci poteſt, quod paucis locis terra aperiatur eruendorũ duntaxat è muris lapidum gratia, quibus tamen nõ magnopere opus habent hodie Raurici, quippe qui in tuguriolis degunt argillaceis & ſtramentitijs. Quòd ſi hic eſſent qui ædificarent, & pro fundamentis ædium locandis terram altè effoderent, haud dubie mira uetuſtatis argumenta ſcrutantibus occurrerent, & uideri poſſet quouſq; fuiſſet protenta. Fidem tamen mihi faciunt aquæductus illi ſubterranei, de quibus dixi, ſeparatam aliquantulum à Rheno, quod in alijs etiam ueteribus urbibus obſeruare licet, Liechtſtallũ uerſus fuiſſe porrectam. Habuit autem indubiè munimentum Rheno flumini imminens. Sanè extant adhuc in cõtraria ripa arcis ualidiſſimæ ueſtigia, qua ſe primum aduerſus Germanos, deinde cõtra Alemannos aduenã gentem tutati ſunt Romani. Quinetiam Vuallenburgum quod uocant oppidulũ ad exciſam illam rupem an dem Houuenſtein ſitum, Rauricorũ propugnaculum fuiſſe

reor ac uallum. Vnde nominis origo. Magis enim hoc placet, quàm quod ab Alemãnis poſtea ſic ſit appellatũ, qui Italos lingua ſua Vualos uocant, quorum hic præſidia ſemper erant. Nam Auguſta Rauricorum, colonia fuit Romanorum. Hucq; deduxit eam orator ille clariſſimus L. Munatius Plancus, uir Conſularis ac Prætorius, M. T. Ciceronis diſcipulus, qui Lugdunum item coloniam traduxit, quemadmodum indicat inſcriptio uetus, quæ Caietæ uiſitur ſic habens,

L. MVNATIVS L. F. L. N. L. PRONEP. PLANCVS. COS. CENS. IMP. VIIVIR EPVL. TRIVMPH. EX RHAETIS AEDEM SATVRNI FECIT DE MANVBIIS, AGROS DIVISIT IN ITALIA BENEVENTI, IN GALLIA COLONIAS DEDVXIT LVGDVNVM ET RAVRICAM.

Vnde etiam antiquitatem Rauricorũ colligere licet. Siquidem neceſſe eſt oppidũ ſtetiſſe, quò colonia fuerit deducta. Neq; enim idẽ eſt urbem condere, & condere coloniam. Cõditur urbs dum extruitur ubi antè non erat. Condit̃ colonia, dum miſſis colonis occupat̃. Fuit autem Auguſta Rauricorũ colonia militaris ab Auguſto ſic cognominata, cuius auſpicijs res geſta eſt, qualẽ Greci uocant σεβαστὴν, quòd illis σεβαστὸς ſit, quẽ nos auguſtũ dicimus. Porrò deſtruxerũt Auguſtam Rauricorũ haud dubie primũ Alemanni, quibus tandẽ ſub Valentiniano eius nominis tertio Theodoſij iunioris ſucceſſore contigit, quod ante toties maximis etiam periculis fruſtra tentauerant, nempe ut Germaniam primam cũ Elcebenſi regione, & Rauricenſem tractũ ac Heluetiorũ terras tum occuparent, tũ pacifice poſſiderent. id quod illis nũquam antè contigerat. Nam quanquam in Ripenſem Galliam ſæpe tranſgreſſi ſunt, & ad tempus in ea habitarũt, non fuit tamen hoc illis perpetuũ & ſtabile. Equidem Gallia Ripenſis quæ utranq; Germaniam & Rauricos Heluetioſq; continet, Romanis paruit uſq; ad hoc tempus. Siquidem Germania prima & ſecunda Conſulares habebant, ac Maxima Sequanorũ ſiue Prouincia Sequanici, in qua præter Sequanos ipſos & Veſontios Raurici ſunt & Heluetij, regebatur à Præſide. Præterea tractũ Argẽtoratenſem, hoc eſt Tribonorũ regionem, quorũ oppida ſunt Argentoratũ, Brocomagus, & Elcebus, pro quo hodie Sleceſtadiũ habemus, unde totam prouinciam poſtea Elces uernacula ſimplicitas appellauit, quidam Alſatiam uocare auſi ſunt, Comes Argentoratenſis, uir ſpectabilis adminiſtrabat nomine Romanorũ. Et item uir ſpectabilis Dux Magonciacenſis ſub ſua diſpoſitione habebat Præfectos militũ, apud Saletionem, apud Tabernas, apud Vicũ Iuliũ, apud Nemetas, apud Altam ripam, apud Vangionas, apud Magonciacũ, apud Bin

n gium

gium,apud Bodobrigam,apud Confluentes,& apud Antonacum. Itaq; quum primũ Alemanni labente iam imperio Romano, dictas regiones ad Gallicam Rheni ripam uergentes inuaſiſſent, quicquid erat munimentorũ,& quicquid erat urbium exciderunt,ueriti ne ſi redintegratis uiribus reuerterentur Romani, & ipſos depellerent, quod ante ſæpiſſime cõtigerat,recuperatisq; arcibus & oppidis terras eas rurſus facerent inexpugnabiles. Tum igitur Concordia, munimentum Romanorũ,& alterũ cui Tribonis nomen fuit, in tractu Argentoratenſi, Argentoratũ, Saletio, Brocomagus, Elcebus, Argentuaria, Vindoniſſa, Forum Tiberij, Auenticum, & iſta noſtra Auguſta,ſed & interiores aliquot urbes,ut Diuodorũ in Mediomatricis, Tullũ & Naſiũ in Leucis, & ſimiles euerſæ ſunt, præcipuam tamen uiolentiam ijs expertis quæ in ripa Rheni uel proximis Rheno locis ſitæ erant,quo ipſis per uim Romanorum repulſis facilior in futurum eſſet tranſitus. Quanquam ſi quis à Burgundionibus, & forte Nuithonibus quorum Tacitus meminit,euerſam putet Auguſtam Rauricorum, Vindoniſſam, & Auenticum, nolim ei magnopere refragari. Nam Burgundiones,autore Plinio, originis Vandalicæ, ex Alemannia, ubi paucis annis precario conſederant,primi fermè Barbarorum tranſito Rheno Sequanorum interiorum, & eorum Heluetiorum qui Iuræ monti propinquiores ſunt, loca occupauere.

BASILEA

NOn deſunt qui tradant Auguſtam Rauricam ab Vngaris fuiſſe deletam,& Baſileam ab Henrico Germanorum rege,qui Othonis primi pater fuit,conditam & templis exornatam abhinc annos ſexcentos & amplius aliquanto. Quorum prius nõ inficior,ut ſi quæ ſuperfuerint reliquiæ Auguſtæ Rauricorum,eæ ſint ab Vngaris cõſumptæ,quos docet Regino Prunienſis & Luitprandus Ticinenſis,Germaniam,Italiam,Baioariam, Alemanniã, & Galliam ipſam crebro pluſquàm hoſtiliter uexaſſe. Quod imprudentię Arnulphi Imperatoris debet,qui truculentiſſimæ genti primus in noſtras regiones aditum patefecerit,quũ huius opera aduerſus Zuentebaldum Marauanorum Principem ſubigendum uteretur. Et fit mentio caſtri Rauricenſis in libro Prouinciarum Gallicarum, ubi ciuitates & caſtra Maximæ Sequanorum recenſentur. Alterũ nõ credo. Neq; enim qui uel mœnibus cingit oppidum,uel ampliat, aut ædibus ſacris exornat,ſtatim cõditor dici meret. Nam ſic Vuolphelinus Cæſareus præfectus tum Seleſtadij,tum Colmariæ extructor foret, qui utrũq; uicum muro circumdedit. Et Vuerthrada regina Caroli Magni ma-

gni mater, Salodori, Colmariæ, Conſtantiæq́; eſſet autor, quarum templis de prouentibus proſpexit. Ac Himelgardis Sueuiæ Duxiſſa Seleſtadij extructrix dici deberet, propterea quòd illic templum in honorem dominici ſepulchri curarit ædificandum, quod poſtea diuæ Fidei uirgini dicatum eſt. Nec magis conditoris nomen meretur, qui priuilegijs donat. Egò longe aliam opinionem de Baſilea habeo. Nam puto Baſileam dictam, non ἀπὸ τοῦ Βασιλέως, quòd à rege Henrico cõdita ſit, ſed à traiectu quem lingua Romanenſis, hoc eſt Gallica, paſſum uocat. Vnde etiam Baſſella Moſellanica quã uulgo Paſſel appellamus, ſibi nomen uendicauit, ut ſit dicta Baſilea quaſi Paſſilea. Traiectum enim hoc loco fuiſſe ueriſimile eſt etiamdum ſtante Auguſta, quòd hic propter uallem per quam torrens è Birſa ductus fluit, ripa ſit humilior, & ob multas cauſas ad tranſitum aptiſſima, apud Auguſtam autem prorſusabrupta. Proinde conſentaneũ eſt hic tranſmittere ſolitos quibus cum Rauricis res eſſet, ut Germanorum, Tacito teſte, & dubio procul poſtea Alemannorum, in ripa tantum cõmercium. Huc facit, quòd in Olinone perpetuum præſidium habebat Dux Sequanici tractus, non tam ob defenſionem prouinciæ, quàm ad tuendum iſtum præcipuè traiectũ, ad quem locus ille rectà reſpondet, Antiquam uillam exiguum uiculum attingens, & nunc prorſus ſylueſcens retento tamẽ nomine. Et quia munimento opus habebat traiectus aduerſum Germanos, & mox Alemãnos, ideo duo propugnacula erexere Romani, quorum fundamentis turres iſtas duas impoſitas credo quas hodie uidemus, alteram in capite pontis, alteram paulo inferius à ſale hodie nomen habẽtem quod in ea aſſeruatur. Iam poſt triumphabundam illam Alemannorum in Galliam immigrationem, primum domus utrinq; ædificatæ ſunt nauiculariorum & pandochiorũ, initiũ futuræ duobus oppidis. Mox uero locus frequentior fieri cœpit, ut etiam mercatores illic habitarent. nam circa traiectus omnis generis hominũ turba confluere ſolet. Nec alia res pluribus oppidis originem dedit, ut Schefhuſiæ ad Rhenum à nautarũ caſis ſic appellatæ, Vlmæ apud Danubiũ, Heidelbergæ apud Nicrũ, Seleſtadio apud Ellum fluuiũ, & innumeris alijs. Quanto uero magis minui cœpit Auguſta, tanto Baſilea auctior indies facta eſt, noui populi qui nuper ex Germaniæ finibus Rhenum tranſierat, noua ciuitas, quũ illam omnes fugerent uelut inauſpicatam, & ſemirutam, hanc autem propter multas cõmoditates non ſolũ traiectus ipſius, ſed & facilioris omniũ rerũ importationis, & melioris agri uiciniam, omnes adamarent. Si quid igitur poſt multa excidia miſeræ Auguſtæ ſuperfuit, hoc totũ uelut colonia quædã

Baſileam commigrauit. Hinc nos in Munatij Planci memoriam, & illuſtrationem Baſileæ Alemannorum coloniæ, huiuſmodi inſcriptionem compoſuimus, quæ in foro frumentario ſub imagine Munatij legitur.

L. Munatio Planco, ciui Romano, uiro Conſulari & Prætorio,
oratoriq́, ac M. Ciceronis diſcipulo, q̃ poſt deuictos Rhętos,
æde Saturni de manubijs extructa, non modo Lugdunum, ſed
& Rauricam coloniã deduxit, quæ Auguſta fuit appellata, ab
Octauio Auguſto tum rerum potiente, S. P. Q. Baſilienſis
tametſi Alemannorum tranſducti coloni ſubactis ac depulſis
Rauricis, amore tamen uirtutis quæ etiam in hoſte ueneratio-
nem meretur, uetuſtiſſimo tractus huius illuſtratori, culpa tem
porum prorſus abolitam memoriam poſtliminio renouarunt.
Anno M. D. XXVIII.

Porrò opinionis meæ argumentũ eſt, quod ſenes indigenæ narrare ſolent, ita à maioribus ſuis edocti, ubi hodie Baſilea eſt, olim nihil fuiſſe niſi traiectum Rheni duabus iſtis turribus quæ etiamnum uiſuntur, cõmunitum. Et addunt, eam uiam quæ à Rheno ducit ad forum piſcariũ, ab inſtitoribus illic habitantib. inueniſſe nomen, adhuc antiquioribus notũ. quæ uetus loci celebritas, confirmat eam urbis partem cęteris antiquiorem. Proinde qui Baſileam dictam putant quòd regia ciuitas ſit, me non habebũt ὁμόψηφον. Oſtendimus enim modo quænam fuerit illius origo. Ac indubiũ eſt eo nomine uocatũ locum priuſquam aliquid extructũ eſſet, quod regiũ dici mereret̃. Nec mos erat Romanis Græcanicas oppidis ſiue munimentis à ſe conditis appellationes indere, multo minus Alemannis. Concordiam apud Tribonos agnoſcimus Romanorũ opus, agnoſcimus Tabernas, Vicũ Iuliũ, Altam ripam, & quod ijs omnibus Baſileæ uicinius eſt Tyberij forum. Niſi concedere uelimus eos qui huic loco uocabulũ primi impoſuere, fuiſſe diuinos, ut qui præſcierint exorituram ibi poſteriorib. ſeculis ciuitatẽ quæ regia nomenclatura digna foret. Nam ſiquis hodie Baſileam cõtempletur, an nõ regiã uocabit? quando ea eſt uiarũ mundicies, ac ædiũ in cõmune æqualis ordo, quarundam etiam magnificentia atq́ amœnitas, præſertim quibus à tergo uiridariũ eſt D. Petri, & Prædicatorũ cœnobiũ, amplas areas & hortos elegantiſſimos habentibus, & quæ Rhenũ aſpectant, ut etiam ijs qui Italiam uiderunt, placere poſſit. niſi quòd hypocauſtorum uſus multos offendit nõ aſſuetos, & pandochiorũ ſordes. id quod cum tota Germania commune habet. Cœli rara quædam ac grata temperies. Ciues, humani. Templorũ ſatis magnus numerus. Epiſcopale repara-

reparatum olim fuit à D. Henrico Auguſto, quũ terræmotu cõcidiſſet, ſiue ut quidam uolunt, poſt Vngaricam uaſtationẽ, multisq́ donarijs ab eodem condecoratũ. adeo ſemper Baſileæ bene uoluerunt Henrici. Inter quæ eminet lamina illa aurea ligneæ tabulæ adhȩrens ſeptem millibus florenorũ æſtimata, qua ipſe priuatim in larario ſuo quum uiueret uſus eſt. Vnde & tutelareis diuos refert quos ille prȩcipuè coluit, nempe quatuor angelos, Michaelẽ, Gabrielem, Raphaelem, Vrielem, & Benedictũ, ac in horum medio ſtantem Chriſtum cuius pedibus ipſe cum uxore Cunigunde aduoluitur. Apud D. Petrum ſacerdotum ſodalitium eſt, quod collegium appellant. Martini phanum parochiale eſt duntaxat. Leonardi uero etiam Canonicos inſtituti D. Auguſtini habet quos regulareis cognominant. Ii Ezelinum Canonicum epiſcopalis templi ſuũ iactant autorem. Ego per ſimilem occaſionem inſtitutos puto, quemadmodũ eos qui in monte Turegienſi degũt, à Turegienſibus canonicis, & eos qui apud D. Arbogaſti uiuunt ab Argentoratenſibus cœnobiticam uitam deſerentibus natos prædicant. Parochia D. Vdalrici uicina eſt ædi epiſcopali, Albani uero & Ioannis ſuum quæq́ ſuburbium claudit. Illic Benedictinorum quos Haſenburgius Baſilienſis epiſcopus acciuit, hic uero Ioannitarum domicilium. Prædicatores in ſuburbio D. Ioannis ampliſſimum poſſident cœnobium, ædificijs multis ac ſpacioſiſſimis hortis, præſertim autem Græca Bibliotheca ſpectabile. Ea potiti ſunt poſt mortem Ioannis prius Argenſis Epiſcopi, deinde Cardinalis Raguſini, qui in ſynodo Baſilienſi in obeundis negocijs non poſtremas tulit. Franciſcani ad mœnia ueteris urbis habitant inſignes ampliſſimo templo. quem locum Ezelinus Præpoſitus illis dedit. Auguſtinianis poſt hos receptis locum præbuit ſenatus Baſilienſis, cui adhuc plus cæteris obnoxij ſunt. Cœnobia puellaria maius oppidum duo habet, & minus item duo præter monaſterium Cartuſienſium & Parochiale D. Theodori templum ex aduerſo ſitum. Vbi hodie Cartuſia eſt, aiunt magnificam olim domum ſtetiſſe quæ Epiſcopi fuerit Baſilienſis, quum illi id oppidum adhuc pareret. quod aliquando pignori datum Duci Auſtriæ propter ſtipendia non ſoluta, ſenatus Baſilienſis redemit. Academia quo minus floreat, in cauſa eſt prouentuum tenuitas, & nimia gymnaſiorũ in Germania multitudo. Præſtaret eſſe pauciora, & frequentia. Vrbs ipſa abhinc annos plus minus ducentos ampliata eſt, & ſuburbia nouo muro latiſſime circundata. Huic magnum decus nec minus commodi concilium attulit œcumenicum hic propemodum decem & octo annis celebratum. Illuſtrat etiam hodie Typographorum ſolertia

ac diligētia, quorū facile princeps Ioannes Frobenius. Quòd ſi quis ſiue uiridarium D. Petri cōtempletur tum amplū, tum ob arborū copiam elegantiſſimū, cuius pars olim humādis Iudæis ſeruijt, ſeu pōtem duo oppida cōiungentem, & ad proſpectū in amnem cōuenienter accōmodatū, facile fatebitur etiam cū amœniſſimis urbibus certare poſſe Baſileam. Si uero ſalubris cœli dotem expendat, proculdubio, palmam dabit. Igit̃ qui talem ciuitatem Βασίλειαν, hoc eſt reginā uel regiam domū ludens uocarit, nō multū aberrabit. Abſurdior eſt illorū opinio qui à Baſiliſco hic reperto nomen traxiſſe uolunt, propterea quod uidēt nōnunquam appingi baſiliſcū qui inſignia urbis teneat. Nam nō cōſiderant hoc fuiſſe ſolenne pleriſq; ciuitatib. ut inſignia affingerent ad ſuum quæq; nomen in propria lingua alludentes. Sic florem præfert Florentia, Colmaria clauam, Schafhuſia arietem. Id quod hodie paſſim fit ab ijs qui natalibus reſtituuntur à Cæſare, dum imagines ſiue inſignia affingunt quæ Princeps approbet. Sic inuenimus nuper in antiquis picturis Oliuerium illum quo familiariter uſus eſt Carolus Magnus, pro inſignibus habuiſſe puellam quæ oliuæ ramuſculum in manu ferret, uelut ab oliua ferenda nomē haberet. Magis ferendi ſunt qui à Baſilio quodam Romano duce cōditam & appellatam cōmemorant. Nam in antiquis codicibus ubiq; per i ſcribitur Baſilia, nō per e, quemadmodū etiā indicat liber Prouinciarū & urbium Graiarum, Pœninarū, ac Gallicarū, quem uel ob hoc liquet nō eſſe uetuſti autoris, quòd ciuitatem Baſilienſiū inter ciuitates Maximæ Sequanorū recēſeat, cuius nec Ptolemæus, nec Antoninus Aug. in Itinerario ſuo fecerint mentionem, ut quæ tum Auguſtæ Rauricæ fuerit annumerata, cuius erat traiectus & pars. Sed creſcebat Baſilea, ac ab habitatorib. indies magis atq; magis frequentabatur, Auguſta Vindoniſſaq; euaneſcebant, quas tamen liber ille inter caſtra recenſet, hoc eſt oppida minuta, uerū nō liquet quo tempore ſit cōſcriptus. Et infulciuntur etiam antiquis interdum recentia, dum libri deſcribuntur. Itaq; Baſileæ primum epiſcopum præſediſſe tradunt Pantulum eum quem hiſtoria diuæ Vrſulę narrat cum illa uirginum ſodalitate Romam profectum, & redeuntes Agrippinam uſq; fuiſſe proſequutum, ibiq; unà cum illo puellarum examine ab inimicis Chriſtianæ religionis trucidatum. Id quoniam ſine teſtimonijs dicitur, quibus refragari nō liceat, neſcio an apud omneis fidem mereatur. Veriſimile eſt hunc Pantulū è Veſontione Baſileam deſtinatum, ut nouæ eccleſiæ præeſſet. Quanquam apud Rauricam quoq; nihil dubito fuiſſe Chriſtianos aliquos. Siquidem Galliarū prouinciæ citius Chriſtianiſmum ſunt amplexæ. Cæterum quemadmodum

Liber prouinciarum

Pantulus primus epiſcopus Baſilienſis

admodum prophana poteſtas apud Sequanos & Veſontionem erat, cui Raurici Heluetijq́ parebant, habebant enim Præſidē & Ducem, de quo ſuprà diſſeruimus, ita etiam eccleſiaſtica autoritas illic primatum obtinuit. Mallem ego dicere Rauricenſiū epiſcopum fuiſſe Pantulū, ſi modo eo tempore Romā profecta eſt Vrſula, quod illius hiſtoria indicat, naſutioribus parū ſatisfaciens. Neq; enim putant, ut de alijs taceamus, Francos & Alemannos facile paſſuros fuiſſe, ut aduerſo Rheno opera equorum uſæ Baſileam nauigarent, quum illi in ripam Gallicam ſemper oculos intentos haberent prædæ gratia. Quòd ſi dicamus iam ad Chriſtum fuiſſe conuerſas iſtas gentes quæ tranſiſſent pridem in Gallias, adhuc uix credat aliquis homines aſſuetos militiæ potuiſſe prorſus ab iniurijs manus abſtinere. Oſtenduntur adhuc Baſileæ gradus quibus ad templum aſcenderit quod à D. Martino nunc cognominant, tum, ut uidetur, ſi nō epiſcopale, certe primariū, & fortaſſis unicum. Nam Burgum quod hodie uocant, ubi ædes epiſcopalis extructa cernitur, nihil aliud fuit quàm locus præſidio recipiendo idoneus, ad tuendum traiectum. Poſt Pantulum Baſilienſis ſedes multis ſeculis uacauit uſq; ad tempora Caroli Magni, aut circiter. Nam catalogus epiſcoporum Baſilienſium primum recenſet Vualamum qui tanto interuallo Pantulum ſit ſubſecutus. Ego meo fretus iudicio malim dicere Baſilienſem tractum in Veſontinæ eccleſiæ diœceſi ſiue adminiſtratione fuiſſe, donec iuxta ſanctionem quæ in uolumine legum Francicarū extat, in hunc ſenſum, Singulæ ciuitates ſuos epiſcopos habento, proprium epiſcopum acceperit. Sic olim Argentoratenſis eccleſia ſub Mediomatricenſi fuit. Sed iam ſatis de Baſilea diſputatum eſt. Nos hic, ut in cæteris, ingenue noſtram opinionem aperuimus, in nullius certe præiudicium, liberum eſto cuiq; ſentire quodlibet. Quid enim ſtultius quàm de ijs rebus friuole digladiari, quæ nō certis teſtimonijs, ſed ſolis coniecturis nituntur. Verum nos ad Rauricos noſtros reuertamur, quandoquidem magis nobis animus eſt antiquitatem excutere quàm noua ſtilo perſequi. Raurici fuerūt ſub Præſide Prouinciæ Maximæ Sequanorum, quemadmodum & Heluetij. Docet id nos uolumen De magiſtratibus Romanis, & liber Prouinciarum ac urbium Gallicanarum modo citatus à nobis, qui ſic habet, Prouincia, Maxima Sequanorum, Ciuitas Metrop. Veſontienſium, Ciuitas Equeſtrium, id eſt Nouidunus, Ciuitas Eluetiorum, id eſt Auenticum, Ciuitas Baſilienſium, Caſtrum Vindoniſſenſe, Caſtrum Ebrudunenſe, Caſtrum Argentarienſe, Caſtrum Rauracenſe. Erat autem Præſes Maximæ Sequanorum ſub diſpo-

ſitione uiri ſpectabilis Vicarij ſeptem Prouinciarum. Sed & uirũ illuſtrem Præfectum prætorio Galliarum hæc Maximæ Sequanorũ diœceſis agnoſcebat. Habebat præterea Ducem militarem uirũ ſpectabilem, ſub cuius diſpoſitione Batauienſes milites erant apud Olinonem, qui locus ſubductus aliquantulum eſt à traiectu Baſilienſi, ne pueris quidem ignotus. Proinde etiamnũ Baſilienſis eccleſia Veſontienſi tanquam metropolitanæ ſubiecta eſt, euidentiſſimo argumento, pertinuiſſe quondam Rauricos ad Sequanorum ditionem. Hoc poſtremo obſeruandum, Rauricos nunc pro gente ipſa, nunc pro loco uſurpari. Poſteriores enim Mediomatricos dixerunt pro Diuoduro Mediomatricorum, Treuiros pro Auguſta Treuirorũ, Pariſios pro Lutetia Pariſiorum, Morinos pro Taruana Morinorum. Et ſic de alijs.

OLINO

OLinonem hodie Baſilienſes uocant Holé. nam amant aſpirationes Germani. Protenditur uerſus uicum Altſchuileriũ. Ibi nõ ſolum nomiſmata Romana reperiuntur, ſed & ſepulchra ac ſarcophagi. Vulgi commentum eſt illic habitaſſe regem. Olinonis ſuprà plus ſemel meminimus.

DITTASIVM

PTolemæus inter oppida Sequanorũ ponit Dittaſiũ. Cogitandum an Haſenburgũ Sequanorum arx Tulingis proxima hinc nomen habeat, ſic dicta, quaſi Taſenburg. Siquidem Germani non deſinunt externas uoces torquere donec detortæ ſignificent ſibi aliquid. Vidi inſignia aliquando Comitum Haſenburgenſiũ, qui nũc ſunt extincti, nec leporem habebant. Eſt in eo tractu uicus quoque Tachsfelden, non abludens à Dittaſio.

CAMBETIS

CAmbetis quam Antoninus Aug. indicans iter à Mediolano per Alpes Pœninas Maguncíacum, poſt Auguſtam Rauricorũ proximo loco ponit, pagus eſt ad nemus Rauricorũ ſitus quà ad Rhenũ uergit cõtra tergũ montis Suſenhardi, adhuc ueterem nomẽclaturam etiam apud Alemannos ſeruans. nam Cæmps appellatur. Eſtq; Cambetis maior ac minor. Illa cis rhenana, hæc trans Rhenum ſita. Præſidiorũ loca fuerũt aduerſum Germanos. Supra maiorem Cambeten & in ipſo uico mira ueſtigia murorũ ſubterraneorũ apparent. Videt autem ſic dicta, ſi modo à Romanis inditum nomen eſt, quòd illic Campi Raurici incipiant ſe pandere, quos Alemanni noui incolæ, die Hart appellarunt propterea quòd ſteriliores ſint. Sed tamen nõ ignoramus Cambodunũ, & ſimiles appellationes. Ii campi uſq;

pi uſq; ad montem Briſiacũ porrigunt̃,à Sungauis Raurico tantũ nemore dirempti. Quid autem uetat Campos Rauricos & ſyluam Rauricam dicere eo modo quo Marcellinus Rauricos montes uocauit? Tametſi Cæſar Sequanicos potius appellaſſet, poſiturus etiam Baſileã in Sequanis,quorũ uocabulũ in Sungauos detortũ ab Alemannis uideri queat. Sunt enim Sungaui,Sequani Campeſtres, ſiue exteriores. Nam interiores Sequani montana loca ac ualles incolunt. Vnde Sequanorũ inuia dixit Auſonius. Inter Cambeten & Argentuariam ponit Antoninus Aug. Stabula, ac in Rauricis ſiue potius campis iſtis Sequanicis alicubi Arialbimiũ & Vruncos, hauddubie Rauricorũ ſiue Sequanorũ inferiorũ loca: tamen quia nõ ſemper rectum iter ſequitur,ſed oppidorũ cõmemorationis gratia à regia uia ſæpe declinat,difficile ſit,iſta ut pleraq; alia certò indicare.

ARIALBIMIVM

NOn poſſum tamen omittere quin de Arialbimio dicam coniecturam meã. Id uidet̃ mihi eſſe exiguus ille uicus,qui in Sequanicis campis rectà contra traiectũ Nouoburgenſem iacet, proxime pagũ qui ab Othomaro nomen poſſidet. Illic enim tantũ uetuſtatis indiciorũ reperire eſt, ut nõ liceat palũ infigere terræ quin aliquid occurrat. Porrigebatur autem uſq; ad publicam illam in campis uiam quam altam uocant. Nam agri illi ruinas tegunt, ubi ſubſidens quoq; terra ſarcophagos lapideos ſæpe demonſtrat. Alicubi in Antonini Itinerario legitur Artalbinnum. Alemanni Pantzenheimum appellarunt.

MONS BRISIACVS

MOntem Briſiacũ uocat Antoninus Aug. oppidũ quod hodie Briſacũ appellamus. Is autem nullas tranſrhenanas urbes commemorat in Itinerario ſuo, ſed tantũ Prouincialeis, puta Rauricas, Germanicas Germaniæ primæ & ſecundæ, Rhæticas & Pannonicas,& aliarũ Prouinciarũ Romanis ſubiectarũ. Vnde & titulus libello factus, Itinerariũ prouinciarũ omnium. Quare uel hoc argumento liquet alueũ Rheni hic mutatũ,qui ab altera parte quondam prætercurrerit oppidũ quũ adhuc in Gallica ripa ſtaret. Cuius rei indiciũ eſt adhuc eius loci humilitas per quem olim Rhenus fluxit. Hinc inundãte fluuio nõ ſecus ac ſtagnũ quoddã ſiue lacus, aquis repleri ſolet. Pręterea aliquatenus Baſilięſi epiſcopo obnoxius eſt etiamnũ Mõs Briſiacus,propter neſcio quã annuã pẽſitatiunculã. Nã quãdo olim Galliç dubio procul accẽſebat̃,hoc eſt Rauricorũ ſiue Sequanorũ inferiorũ tractui,cui dubiũ eſſe poſſit, ad Baſiliẽſem olim diœceſim id oppidũ pertinuiſſe. Luitprãdus Ticinẽſis,q ſub Henrico Germaniarum

maniarum rege uixit, & huius filio Othone primo, Montem Briſiacum Alſatiæ tribuit, & inſulam Rheni fuiſſe docet, quanquam uocabulũ quod prouinciæ eſt, per errorem oppido aſſignat, ut homo Italus & in Germania quidem uerſatus, ſed neſcius linguæ. Sic eñ ſcribit libro quarto. Eſt, inquit, in Alſatiæ partibus caſtellũ Briſecgaue patrio uocabulo nuncupatũ, quod & Rhenus in modum inſulæ cingens, & naturalis ipſa loci aſperitas munit. Hæc ille. Ergo Montem Briſiacum Rhenus illinc circũdedit. Proinde ualidiſſimũ haud dubie fuit Romanorum munimentum, hinc aduerſus Alemannos Rauricorum ſiue Sequanorum ac Tribonorum prouincias aſſidue propugnantium. Montem Briſiacum obſedit olim Otho Germaniarum rex, poſtea Auguſtus, eius nominis primus, quũ Eberhardus Comes illum occupaſſet, & Elſatiam ac circumiacentes regiones nouo Principi fauentes, hoſtiliter uexaret. Is cõſpirauerat contra Othonem Henrico patri in regno ſuccedentem, cum Henrico iuniore regis fratre, & Gisleberto Lotharingorum Duce. Memorabilis in ea obſidione uox Othonis audita eſt. Nam quum Friderici Maguncia cenſis Archiepiſcopi conſilio, deſtituiſſent illum epiſcopi complures & principes, Comes quidam in ea expeditione militans, ratus ſe nactum opportunitatem etiam quiduis à rege impetrandi cui hoc rerum ſtatu non uideretur negligendus, ſubornat qui Laureſheimenſis monaſterij prouentus, id eſt in diœceſi Vangionũ circa mõtanam trans Rhenum uiam tum opulentiſſimum, ipſum expetere nuncient. Otho ſtatim rem ſentiens, mentem meam illi, inquit, coram ipſe exponam. Id quum precatores homini renunciaſſent, ſtatim ad regem aduolat, putans negocium ex animi ſententia ſucceſſurum. Hic pius ac magnanimus princeps, audiente turba aſtantium, Obedire magis, inquit, deo oportet quàm hominibus. Docet autem Chriſti doctrina, quod ſanctum eſt, non eſſe dandũ canibus. Id quod ſanè facerem, ſi quæ ſacerdotibus & pauperum alimoniæ dicata ſunt, tibi homini prophano largirer. Proinde quando prorſus iniqua eſt hæc petitio tua, ſcias nihil unquam ex me tibi ſperandum. Inuitum retinere nolo. Si libet, ad deſertores tranſi. His uerbis pudefactus Comes, ad pedes regis prouolutus eſt, & illicitæ poſtulationis ueniam orauit. Othonibus ſemper negocium fuit cum Monte Briſiaco. Siquidem quum Otho huius nominis quartus, qui Philippo Cæſari ſucceſſit, illic ageret, & aulici per domos ſingulas, ut fit, à ciuibus hoſpitio recepti, intemperantius ſe gererent, quod huic hominum generi non eſt inſolitum, oppidani inito conſilio ſuos quiſque hoſpites domi per inſidias trucidant.

Qui

Qui effugerant extra ædes uiſo periculo unà cum ipſo Cæſare ex oppido ſunt proturbati. Poterant Briſiacenſes uideri iura hoſpitij fregiſſe, niſi filiarum & uxorum pudicitia bonis uiris uita propria charior eſſet. Hoc annotatũ reperi in Chronicis monaſterij Senonienſis. Seruat Mons Briſiacus inclytorum illorum martyrum Geruaſij & Prothaſij reliquias, eò perlatas è Mediolano, quũ Fridericus Ænobarbus ex Italia domitis Inſubribus uictor rediret. Arcem Briſiacenſem, in cuius area Maximilianus Aug. elegantiſſimam domum proximis annis extruendam curauit, Berctholdus Zarigenſis, Dux Ciſiuranæ Burgundiæ in qua tam Friburgum quàm Berna cenſentur, ædificauit, quemadmodum epigramma docet ſaxo inciſum. Porrò Montem Briſiacum eſſe uocandum nõ Briſacum, docet Briſigauorum appellatio, de quibus mox dicet. Olim Montem Briſiacum Harelungi poſſidebant. Vuenceslaus Cæſar, ni fallor, Caroli quarti F. Montem Briſiacũ, Schifhuſiũ, Nouum burgũ, ac Rinfeldiã oppida libera atq; ad regnũ Germanicũ ſiue imperium Romanum pertinentia, Auſtriaco Duci pro mutuo ſumpta pecunia pignori dedit.

BRISIGAVI.

PArs Alemannorum quũ Germaniam tranſrhenanam occupaſſet, uicinam Monti Briſiaco terram, Briſigauiam appellauit. Ipſi Briſigaui dicti. Hij in Seniores & Iuniores diuiſi, ſub Romanis ſignis meruerunt, quemadmodum indicat liber Præfecturarum Romanarum. Nam inter ſexaginta quinque Auxilia Palatina numerantur & Briſigaui quum Seniores tum Iuniores. Intra Italiam ſub uiro Spectabili Comite Italiæ Briſigaui iuniores militabant. Seniores uero ſub Comite Hiſpaniæ intra Hiſpanias. Et Iunioribus quidẽ caput humanum hiſpida barba ac capillitio per floccos ſurſum uerſo præditum, inſignium uice fuit. Senioribus, circulares lineæ coloribus diſtinctæ.

RVFACVM.

HOc Elſatiæ ſuperioris oppidum hodie, Henricus Cęſar eius nominis quartus hac occaſione euaſtauit. Primum inter aulæ Cęſareæ miniſtros, & ciues ipſos neſcio ob quale iniuriarum genus nata turba, fit utrinq; magnus cõcurſus. Nec deeſt Cęſar ſuis. Sed quũ ciues multitudine præualerent, hoſpites iſti fuga ſibi cõſulere coacti ſunt. Non pauci in ea cõflictatiuncula ceciderunt. Interim ſarcinas & regia ſcrinia plebs intercipit, in quibus Cæſareus cultus ſeruabatur. Hanc prædam non antè reſtituerunt, quàm impunitatem & iniurię ueniam ſibi impetraſſe uiderentur. Sed ulturus Cæſar illorum rebellionem, exercitu contracto nec opinanteis obruit, & oppido

potitus

potitus, cædibus & incendio cūcta deformauit. Adhuc apparent ruinæ & areæ uacuæ multis locis, ut demirer eam iacturā tanto æui ſpacio nondum reſarciri potuiſſe. Huius oppidi calamitas nihil uicinæ Colmariæ nocuiſſe uidetur.

ARGENTVARIA.

HOrburgū hodie eſt quæ fuit olim Argentuaria, uicus non magnus Ello flumini imminens, & ſacello diuæ uirginis uulgo notus. Ibi pontem adhuc habet amnis, ueteris traiectus argumentū. Ad hanc ſortem uaſtationib. Alemannorū recidit. Hij primū more ſuo primore uocis antiquæ ſyllaba retenta Arburgū dixere ſiue potius Argeburgū. Id addito ſpiritu poſteris in Horburgū uerſum eſt, originationem ignorantibus. Fuitq; Comitatus olim inſignis, qui poſt eius familiæ interitū ad Comitem Vuittenbergēſem hæreditatio iure peruenit. Argentuariam nobilem reddidit Gratiani Aug. uictoria, quam illic de Alemannis reportauit, cæſis ipſorū xxx. millibus, modico ſuorū ſanguine. Caſtri Argentarienſis meminit liber ciuitatum Gallicarum in Maxima Sequanorum. Vnde adhuc Baſilienſem Epiſcopum & Veſontionem Metropolim agnoſcit huius propago Colmaria.

COLMARIA.

EXcidiū Argentuariæ nobis Colmariam peperit Alemannorū opus, non multis paſſibus diſtantem, & paululū ab Ello flumine ſubductam. Hanc ſuſpicor primū Colmaringam fuiſſe dictam. de qua re ſuprà memini. Collegiū canonicorū D. Martini illic, Prioratus, ut uocant, quondam fuit Benedictinorū, ad Monaſteriū uallis D. Gregorij pertinens, ut alter ibidem qui D. Petri dicitur, ad Paterniacum. Inſtitutricem memorant Bertham reginam, ad cuius iuriſditionem nonnulla ex parte ſpectarit olim Colmaria. Vnde magni illinc Conſtantienſi Præpoſituræ prouentus, quos ei eccleſiæ hæc nobiliſſima matrona donauit. Cœnobia habet, Minoritarū, ſpacioſiſſimum: Prædicatorū, amplum & opulentū: Auguſtinianorū, exiguū. Monialium item titulo Sub tilijs, maximū, & alterū diuæ Catherinę dicatū aliquanto minus. Colmariam muro cinxit Vuolphelinus Cæſareus apud Hagenoiam Præfectus imperante Friderico Aug. eius nominis ſecūdo, teſtimonio Chronicorū Senonienſium, quum antè uicus fuiſſet mediocris. Habuit inſignem in literis uirum patrū memoria Sebaſtianū Murrhonem, & huius filiū eodem nomine, qui iuuenis perijt. Habuit etiam Apellem ſuū Martinū illum qui ob ſingularem pingendi gratiam Belli cognomen meruit, & huius germanos fratres duos Paulū atq; Georgiū aurifices æquè præſtantes. Homines aiunt

nes aiunt illic ter mille & quingentos numerari qui ſingulis annis ad ſacram Euchariſtiæ menſam accedant, uulgus Communicanteis appellat. Vnde ciuitatis modus colligi poteſt.

ELCEBVS.

ELcebum, Græcè ἐλκηβον, Ptolemæus Tribonorum oppidum eſſe dicit, ponens id ſupra Argentoratum. Ego ſtetiſſe ſuſpicor inter Seleſtadium & Ebersheimum, quod ſic appellatum conijcio, quaſi Ebsheimum. Idq́ꝫ deinde uulgus in Ebersheimum ſuo more detorſit, quod apri domicilium ſignificat. Atqꝫ ſtatim commenti ſunt quidam illic Sigebertum Dagoberti regis filium excuſſum de equo quem inuſitata occurrentis apri ſpecies terruerat. non quòd inficier id factum, ſed an in iſto loco factum ſit, hoc uero dubiū apud me eſt. nec enim quibuslibet hiſtorijs fidem habeo. Poſſibile eſt etiam Elcebenſium partem ad ſuperiorem Elli fluminis ripam commigraſſe, ubi Seleſtadium hodie conditum uidemus, nec huius rei deſunt argumenta, quorum pręcipuum eſt quod in antiquis diplomatis plerūqꝫ ſcribitur Sleciſtat, in quibuſdam etiam quæ apud diuam Fidem mihi inſpicere contigit, Selceſtat. In ſigillo ciuitatis c in z mutatum eſt Slezeſtat. Vſqueadeo prodeſt ueterem ſcripturam ſeruare, etiam ſi non intelligas. S autem literam Alemannicæ linguæ proprietas adiecit ſolita locorum nominibus articulum Ze præponere. Sed ſunt qui nequaquam in Romanam uetuſtatem inquirentes, credere malint à portu fluminis Elli dictum, quod noſtrate lingua, area illa pro portu ubi res nauibus imponendæ ſiue è nauibus eductæ deponuntur, Ladhof appelletur, unde datum initium oppido uolunt. Aſſertionem ſuam hoc argumento confirmant, quòd Carolus Magnus in diplomate quodam hic in comitijs regni perſcripto Selatiſtatum uocet. Porrò ſi quis Elcebum ab Ello fluuio & Cebo riuo dictum autumet, ut eſt ueri ſimile, Ebersheimenſi cœnobio faciet uicinum, à quo nō ita procul abeſt Cebi ſcaturigo. Vulgus Campſum uocat. Hinc illæ fabulę natæ. Stetiſſe templum illic Mercurio ſacrum, in quod Iulius Cæſar aliquando ſit ingreſſus litaturus deo, Nouientū inſulam appellatam. Ac D. Maternum apoſtolum Germaniarum prouinciarum effigies ſuperſtitionis ethnicæ ſublatas illinc in neſcio quam uoraginem abijci iuſſiſſe. Nec prorſus de nihilo eſt ea fama. Vidimus enim ipſi ueſtigia antiquitatis illic in nemorum collibus quos uulgus à paganis adhuc cognominat. Deniqꝫ quando dubium nō eſt, uicinum Elli fluminis tractū à dominante pago inter Ellum & Cempſum ſito Elces denominatū, rurſus opinant̄ quidam nihil aliud eſſe Sleceſtat, quàm Elces Tadt, hoc eſt, Elcebi tractum. nam Tadt Ale-

manni Franciç tractum ſiue territorium uocarunt. Vnde Mandat circa Rufacum & Vuiſſenburgum, quaſi dicas nobilium clientū locum. quod nōnulli mandatum, quidam munus datum interpretantur. De quo ſuprà mentionem fecimus. Arbitror autem in Antoniano Itinerario Helueto pro Elcebo paſſim legi, quod aliquis transpoſitis literis fortaſſe ſcripſiſſet Elueco. nam u pro b nōnunquam à ſcribis ponitur.

Itinerarij Anton. locus

ELCES. ELSATIA. TRACTVS ARGENTORATENSIS.

AB Elcebo, quo gloriari poſſumus, Elces uernaculū regionis nomen deductum eſt, aut ab hoc ille uocatus. Quod primo tantū ei tractui qui circa Ellum fluuiū eſt, tributū fuit, deinde toti regioni, ueteri Tribonorum nomenclatura abolita. Nam Alſatiæ uocabulū recens eſt, ætate Caroli Magni aut circiter natum, in cuius priuilegiarijs diplomatis quibus Lebrahenſe cœnobium exornat, ſcimus Alſatienſis pagi mentionem factam. Multos Alſas nouimus in alijs regionibus, ſed de hoc noſtro fluuio nihil nobis cōſtat. Vernaculus ſermo uocat Illū & prouinciam Elſes. quorum utrumq; magis alludit ad Ellū & Elcebum ſiue Elces, quàm uel Alſa uel Alſatia. ut omittam quod Elſas à poſteriori interpretanť quaſi Alſæ ſedem, id quod nō ſatis ſcio an illi uoluerint ſignificare, qui primū uocabulo ſunt uſi. Argentoratenſis tractus appellatur in uolumine de Pręfecturis Romanis, Comiti Argentoratenſi ſubiectus. Alſatiæ nulla mentio. Huius fines hodie multo ſunt ampliores quàm olim. nam etiam partem Baſilienſis diœceſeos cōplectitur nobilibus uineis inſignē, quas Probus Aug. Gallis & Pannonijs habere permiſit.

VNDE MVTATAE LOCORVM APPELLATIONES, & euerſionis cauſa.

ROmanorum magiſtratus multis annis poſt Chriſtū natū in Ciſrhenanis prouincijs manſerunt uſq; ad tempora Valentiniani tertij, qui Theodoſio Iuniori ſucceſſit, quando tum Franci tum Alemanni, ceu ſuprà diximus, labaſcente iam Occidentis imperio Rhenum tranſeuntes non iterū depellendi, quod ſæpe prius acciderat, illas occuparunt. Erat tum hauddubie non ditione ſolū, ſed & ſermone Romanenſis ex magna parte Ciſrhenana Gallia, præſertim Triboni, quos iam olim è Germania tranſgreſſos in Galliam Strabo docet, Tribochos eos uocans. Quo minus miror Alemannorum gentem omnis cultus expertem & ſubagreſtem ex Elcebo pro barbarię ſua Ebsheimum ſiue Sleceſtadium, ex Argentorato Stroratburgū, Bromatium ex Brocomago, ex Argentuaria Argburgum, è Saletione

tione Seltzam feciſſe. Cæterum arbitror Elcebum ipſum & cæteros tractus Argentoratenſis uicos, ut Hellum, & alios quorum nomina uel mutata ſunt uel interciderunt, ab Alemannis miſere uexatos, quum ſub Conſtantio Aug. & Iuliano Cæſare hanc primæ Germaniæ prouinciam hoſtiliter incurſarunt. Nam quid non igni ferroq; depopulatos eſſe credis Alemannos, quos in campis Argentoratenſibus Iulianus Cæſar innumeros cum paucis militibus fudit? An nō putas rurſum Elcebum & ſi quid in Argentoratenſi tractu floruit, ab Alemannis illis, digreſſo Cæſare, ſolo odio Romani nominis cui hæc regio deuota erat, funditus euerſum? Quanquā uero miſera iſta Ciſrhenanæ Germaniæ oppida ab Alemannis ſæpe ſunt exciſa, ſed tamen ſemper Romanorū quibus parebant beneficio reſarta. Nūquam illa grauius læſa puto, quàm poſtremis temporibus ſub Theodoſio Iuniore, & Valentiniano eius nominis tertio, quādo collabente funditus Occidētis imperio deeſſent qui Prouincialeis aut armis tuerentur, aut ſumptibus ſubleuarent in reparādis munimentis quę ſæuitia Alemannorum deſtruxiſſet, & hij multo crudelius graſſarentur propter acceptas ſub Iuliano Gratianóq; popularium ſuorum clades. Ad hæc nihil magis oderant Alemanni quàm oppida quæ ſine magno detrimento non poterant expugnare, & in hijs præſidia Romanorum erant ad prohibendas illorum liberas incurſiones diſpoſita. Sed & reculas ac fortunas ſuas, infelices Ciſrhenani oppidis committebant. quæ res admodū Alemānos urebat, ſola prædandi cauſa toties in Galliā trāſgreſſos. Planè eñ patiebant̃ olim Ciſrhenani propter Gallias ab Alemānis, quod tot annis propter Mediolanū ab omnib. propemodū rationib. tulerūt Inſubres. Quinetiā territoria deuictarum gentiū habitabant Alemāni, ipſa oppida uelut circūdata retibus arbuſta declinantes, ut ſcribit Ammianus Marcellinus. Amabant enim in liberis campis conſiſtere, quo melius congregari poſſent ingruentibus Romanis, & facilius elabi. Incluſi muris & uallis obſidionis mala ferre coguntur, nec in ſua poteſtate pugnam habent ad loci defenſionem adſtricti. Proinde circa ſingula ferè oppida Alemanni pagos cōdiderunt oppidis nō reſtitutis, ut apud Elcebū, Ebersheimum, Antiquam uillam, Burnarium, & Sleciſtadium, Iuxta Argentoratum, Kunigshofen, nō procul ab eo loco ubi hodie ſacellum D. Galli uiſitur & monacharū cœnobiolum citra Cartuſiā, Apud Argentuariam, Colmariam & Denheimum. Proxime Hellū, Benfeldium, & uicos alios. Porrò non debet hoc oppidis quibuſdā adimere uetuſtatem, quòd non ubiq; Romanorum inſcriptiones occurrunt, & antiquorum ædificiorum murorumq; inſignia ueſti-

gia. Nam talium rerum longum tempus multum abſumit, ut nõ cõ-memorem, Romanis etiam ſtipites magnos in terram defixos, & cõnexos, loco limitum in mediterraneis regionibus aduerſum Barbaros fuiſſe, quemadmodum Spartianus in Hadriano tradit. Hoc uero cõſtare puto, nõ fuiſſe priuatim apud ueteres in ædificãdo luxum, quem hodie uidemus apud omnes receptum. Alioqui ſi Auguſta Rauricorum tot è quadratis lapidibus domos habuiſſet, quot habet uel Baſilea, uel Berna, uel Friburgũ in Nuithonibus, alia crede mihi ruinarum ueſtigia apparerent. De hoc nemo dubitabit, qui legerit Argentoratenſe templum quod primum illic cõdidit Ludouuichus rex quem Clodoueum Galli uocant, ligneum fuiſſe. Meo iudicio ſic illi habitabant in oppidis, ut nunc in pagis habitatur. Siquidem quem iuuiſſet opes ſuas in ædificium expendere, cui Germanorum primum, deinde Francorum & Alemannorum irruptiones perpetuò timendæ erant? Nec magnopere excolebant uel muniebant quælibet loca Romani, niſi in quibus crebro uerſabantur, & quæ ad tuendos præſertim limites erant idonea. Quòd ſi locus uetuſtus nõ eſt, ubi nõ extant inſcriptiones, & hoc genus antiquitates, nec Argentoratum erit uetus, apud quod nihil Romanarũ ſtructurarum prorſus, quod ſciam, aut inſcriptionum occurrit, una ſola lapidea tabula excepta quã uidimus olim in ædibus Vuolphij iunioris ſed mutilam, tum recens effoſſam & ab illo emptã. Hoc autem cõſiderare oportet, in ijs locis in quibus certa militum ſtatiua fuerunt, multa Romanæ uetuſtatis monimenta plerumq; reperiri, ut Vindoniſſæ, Helli Tribonorũ, Brocomagi, Saletione ubi erant ſtatiua Præfecti militum Pacenſium: Tabernis, ubi Præfectus militum Menapiorũ agebat: apud Nemetas, ubi milites Vindices: apud Vangionas, ubi milites ſecundæ Flauiæ uerſabantur. Et tamen rurſus uno loco plura reperias quàm alio. Tabernis omnia plena ſunt uetuſtatis indicijs, apud Spiram Nemetum, præter unicam Cõſtantij, ni fallor, inſcriptionem, nihil obuium eſt quod Romanam antiquitatẽ arguat. Magunciaci ueterum inſcriptionum magna copia eſt, ideo quòd Romani ibi ſemper ſint uerſati limitem Rheni tuentes, & ſub poſterioribus Augg. præfectus militum armigerorum, & præterea Dux militaris qui multas inſuper militum Præfecturas gubernabat, illic ſedem ſuam habuerint. Iam tradit Cornelius Tacitus nullas Germanorum populis urbes habitari: & tamen Cl. Ptolemæus qui non ita multo poſt uixit, plurimas urbes Germaniæ recenſet, ſed quarũ nullam hodie digito facile demonſtrare queas. Veriſimile eſt, ut Tacito libenter credo, uicos potius fuiſſe quàm oppida. & tamen ur-

bium

bium uocabulo dignatus eos eſt Ptolemæus. Quid igitur mirũ ſi ita ciuitatis appellationem Elcebo tributã credamus, ut ſubinde Germanorum ciuitates uocat Tacitus, quos tamen negat uel urbes uel oppida habuiſſe. Itaq; fieri potuit, ut quãdo Triboni in hanc Galliæ partem è Germania tranſiſſe feruntur ab autoribus, partim ſic habitarint ut habitabant Germani, ædificijs nõ cohærentibus, ſed hortorũ & agrorum ſpacio diſcretis. Vnde cõijcio, circumiacentes pagos nõ tam Elcebi colonias eſſe quàm portiones.

SELESTADIVM

EXcidio ueteris Elcebi Seleſtadiũ debemus, ut Colmariam Argentuariæ euerſæ. Sed quia patria eſt, libet paucis deſcribere. Iacet itaq; Seleſtadium ad Ellum fluuiũ meridionali latere ripam eius attingens, à quo etiam ſyluam ab eo amne cognominatã propinquiorem habet. Oppidi figura ad circularem accedit. Mœnia habet elegantiſſima ex coctili latere cum ambulacris ubiq; fermè intectis, ut ij qui nocturnas excubias agunt, cõmodius ambulent, aduerſus celeſtes iniurias aliquanto tutiores. Turres habet nõ aſpernandas. Foſſis cingitur aquam perennem cõtinentibus alicubi quatuor, ut circa portam quam inferiorem uocant, alicubi duabus, & tertia quæ eſt intima, ſicca. Per portam Elli fluuij Rhenum aditurus priuſq; nemus proximum emenſus fuerit, hoc eſt, ad uillam cui Schnellonũ colli nomen eſt, peruenerit, xxxiiij. pontes tranſire coget. In Hollandia putares te eſſe. Propter huiuſmodi munimenta tum naturalia tũ arte facta, caſtrũ diceres eſſe uerius q; oppidũ. Alioqui nihil eſt hic eximiũ præter munitionem. Quũ olim Elſatia ſuperior uineas ſola coleret, quicquid uinorũ inferiori Germaniæ cõmunicabat, id per Ellũ fluuium Argentoratũ uſq; deuehebat, Seleſtadij nauibus impoſitũ, ubi portus erat, & adhuc eſt, etiam quondã hauddubie traiectus priuſquam pons illic conſtitueret. Is apud portã eſt quæ nomen à fluuio habet, nam uel hoc antiquitatem oppidi demõſtrat, quòd ex Briſigauia & tranſrhenanis tractibus hac rectà in Tranſellanam Elſatiã, & Lotharingiam, ac Galliam itur. Tametſi nõ deſunt qui uiam eam haud fruſtra nouam appellatam credãt. Itaq; ueteribus principibus ex Ellenſi illo teloneio luculentũ emolumẽtum fuit. Intelligo autem Francorũ reges primũ, ante diuiſionem regni, deinde Auſtraſiorũ, tandem etiam Germaniarũ. Nam hoc cõſtat, Othones Saxonicos, Henricos, & Chunrados Impp. hoc telonion partim poſſediſſe, quũ ad fiſcũ regium, mox Imperialem pertineret. Nec hoc uectigal duntaxat Auguſtorũ iuris fuit, ſed & aliqua Seleſtadij pars. Fiſcalinos tales appellarũt Francicorũ regũ tempora. Alteram partem maiorem

duces Sueuiæ tandẽ à Francis, ut puto, nacti ſunt, ex cõnubio, quã-tum apparet, ac hæreditaria per uxores ſucceſſione. Alodiũ eẽ fuiſſe reor. Leonis inſigne quo ſenatus in obſignãdis cõtractuum tabulis etiamnũ utitur, uetuſtiorẽ aliquẽ dominũ arguit. Sic Colmaria olim Berthæ reginæ obtigerat, dotis, ut uidet̃, nomine. Inuenio tũ Kirch-enſi Comitatui Seleſtadiũ annumeratũ. Siquidẽ iuxta Francorũ con ſuetudinẽ omnes prouinciæ Comitatibus diſtinctæ erant. Extruxit poſtea templũ hic Hildegardis Ducíſſa Sueuiæ, primũ Dominico ſepulchro, cuius figurã crypta quæ ſub adyto eſt, præ ſe fert: mox di uæ Fidei uirgini dicatũ. Exemplũ literarũ cõditricis eſt huiuſmodi,

In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, Felicius agi res putamus humanas, ſi noſtris ex facultatibus res adiuuemus diuinas. Quã ſen-tentiã ego Hildegardis in Chriſto pauper & modica, cũ filijs meis ui delicet Othone Argentoratenſis eccleſiæ epiſcopo, Sueuorũq; Du ce Frederico, Ludouico, Vualthero, Cõrado, & filia mea Adelhei-da chariſſima, ante oculos ponentes & pia cõſideratione attendẽtes, eccleſiã in Slezeſtat adinſtar dominici ſepulchri factã, & à præfato fi lio meo Othone epiſcopo cõſecratam, S. Fidi in Cõcha, cũ curti mo nachorũ officinis apta, & cũ certo prædio ſubnotato, legali ſtipula-tione tradidimus, eaq; ratione cõfirmauimus, ut ibidẽ deo monaſti-cè ſeruiat̃, & à Conchenſis cœnobij abbate regulariter regat̃. Tradi-dimus etiã monachis ibidẽ deo ſeruientibus duos Manſos in Vuit-tenckheim marcha in pago Alſatia, & uineã unã in Onolteſzuuile, & duo mancipia. Eiuſdẽ traditionis liberã poteſtatẽ illorũ utilitati cõceſſimus, cõcedendo firmauimus, & quicquid huic traditioni deo adiuuante addere poterimus, una eademq; cõfirmatione ſtabiliui-mus. Adhuc etiã eandẽ eccleſiã & eius atriũ ab omni ſeruitutis iugo abſoluimus, Et tali libertati ſub præfati epiſcopi Othonis anathema te aſcripſimus, ut etiã ab epiſcopali ſit libera ſeruitio, Et atriũ ipſius eccleſiæ, neq; Baptiſmalis eccleſiæ presbyter, nec aliquis clericorum aut laicorũ, aut ſepultura, aut alia aliqua occaſione inquietare præſũ-mat. Acta ſunt aũt hæc & feliciter cõſummata, Anno ab incarnatio-ne domini noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo XLIIII. Inditione ſecũda, re-gnante Henrico Imperatore IIII. Sub Othone Argentinenſi epiſco po, Sueuorũq; Duce Friderico cæteriſq; ſubnotatis teſtibus, Burch-ardo maioris eccleſiæ Præpoſito, Heroldo Cantore, Vuernhero Camerario, cæteriſq; fratribus. De S. Thoma, Cunone Præpoſito, Mannone, cæteriſq;. De S. Petro, Hezelino Præpoſito, Cumberto, Ioanne, cæteriſq; quãplurimis eiuſdẽ ordinis. Anshelmo aduocato, cæteriſq; quamplurimis, eiuſdẽ ordinis. Porrò obſeruandũ quòd

diploma

diploma Baptiſmalis eccleſiæ meminit,quæ multis ſeculis iſtud tem
plũ antiquitate ſuperat.nec eñ ullũ unquã ius in parochiam habuit
diuæ Fidei Præpoſitus tẽpore poſterior. Sed pergamus. Iſti iam nõ
templo uerũ nouo monaſteriolo haud ita diu pòſt Hildegardis illi=
us filij, Fridericus, Ludouicus, Vualtherus, & Otho epiſcopus Ar=
gentoratenſis, de prouentibus proſpecturi, quum prius prodigioſo
quodam terriculamento olim factæ promiſſionis admoniti fuiſſent,
& iam antiſtes monaſterioli Bertranus Conchenſis fame laboraret,
frigente Dominici monumẽti quæſtu, quo ſolo uitam annis aliquot
tolerauerat, ut ſunt incõſtantes plebis affectus, quicquid ad ipſorũ
ditionem Seleſtadij pertinebat, liberaliter donauerũt. Et Præpoſitu
ra opulenta ſtatim facta, quæ miſera uere monachi, nempè unici, cel=
la pauloante fuerat. Hinc præficiendorũ magiſtratuũ ius aliquãdiu
fuit apud Præpoſitũ diuæ Fidei. Sed Cęſar cui hic etiã nõnihil ditio
nis eſſet, ut antè diximus, facile impetrauit, id aliunde cõpenſans, ut
in cõſortium reciperet. Is fuit Fridericus Aug. eius nominis ſecũdus,
ſub quo Seleſtadiũ muro cinctũ eſt. Sicq; amborũ pari poteſtate re=
ſpublica adminiſtrabat. par utrinq; ſenatorũ numerus quũ Imperia=
lium tum Præpoſitianorũ, & uectigal æqualiter diuidebat. Præto=
rem autẽ quem Sculcetũ uocant, alternis annis per uices dabãt. Id du
rauit uſq; ad tẽpora Rudolphi Cæſaris, qui ſui præceſſoris approba
ta cõmutatione, uectigalis dimidiũ ad Elli portam, ipſe largitus, totã
iuriſditionem Imperio Romano uendicauit. Huius rei teſtem epi=
ſtolam à Rudolpho Cæſare reperi, cuius hoc exemplum. Rudol=
phus dei gratia Romanorũ Rex ſemper Aug. prudentib. uiris Scul=
teto, Cõſulibus, & uniuerſis ciuibus de Seltzſtat, dilectis ſuis fideli=
bus gratiam ſuam & omne bonũ. Quia inter nos & honorabilem
uirum Maurum præpoſitũ Sanctæ Fidis in Seltzſtat dilectũ deuo=
tum noſtrũ, taliter permutatio interuenit, ut nos totũ Iudiciũ, & ip=
ſe plenum & integrum telonium apud Seltzſtat debeamus perpe=
tuò, ex permutationis cauſa, ſine turbatione qualibet obtinere, fide=
litati ueſtræ firmiter præcipiendo cõmittimus præciſe uolentes qua
tenus prædictũ præpoſitũ uel ipſius nuncios in integra perceptione
ſeu collectione telonij prænotati impedire nullatenus præſumatis,
ſed eos ſtudeatis potius fauorabiliter promouere, ſi noſtram indi=
gnationem regiam uolueritis euitare. Datum Hageñ. x Kalen=
das Decembr. Indictione x. Anno domini M. CC. LXXX primo, Re=
gni uero noſtri anno nono. Deinde Alberti Cæſaris principatũ
quũ inter Præpoſitũ Mironẽ & ſenatũ eſſet nata diſcordia, Præfe=
ctus Cæſareus Ioannes à Liechtenbergo ſic rem tranſegit, ut ciui=

tas tertiæ partis medietate de uectigali foret cõtenta. Nam adhuc dimidium accipiebat. Et telone cõmuni utebantur. Sic em̃ cõuenerat, Chunrado Vuernhero ab Hadeſtat prætore, & Friczemanno Nauuaro Cõſule. Anno M. C C. X C nono. ſub Epiphaniam. Porrò ob ea beneficia quibus à Friderico Aug. & Rudolpho ſunt affecti ciues Seleſtadienſes, tale monimentum illis ſtatuere.

Impp. Cæss. Friderico eius nominis ſecundo, & Rodolpho Habiſpurgio Augg. ſyncerioris ac plenæ libertatis uindicibus, S. P. Q. Seleceſtadienſis beneficiorũ memor, inclytis patronis & ueris patriæ parentib. poſt ueteres Frãciæ huius Germanicæ, quæ & Auſtraſia dicta eſt, benigniſſimos reges ac Romanorũ Imperatores, Dagobertũ, Carolũ Magnũ, Arnulphum, & qui hos ex Saxonibus, Baioarijs, ac Sueuis, inſecuti ſunt, monumentũ hoc gratitudinis ergô poſuit. Poſteri diligenter conſeruanto.

Tum uero Prætoris munus, Imperiale beneficium factum eſt, & additum inſigne, crux quadrata, quam à diuerſis unacum ſuperficie aliter atq; aliter colorum diſcrimine uariatam cõſtat. Quod ſane munus diu in manibus fuit Vuaffelariorũ ab Eccerich, à quibus adhuc nomen habet area quæ ante curiam eſt, deinde à Botzhemijs obtentum nõ ſine ciuili ſtrage, quod per Angarianam portam quæ Ioannitatum domui attigua, muro hodie clauſa eſt, clanculũ irrumpens Blopzenheimius quidam ex Heimburgiorum familia nouũ ſucceſſorem per uim eiecturus, nõ citra ſanguinem repreſſus eſt, ingẽti ſeditione cõmota, ſed præualentibus ijs qui Botzheimij partes ſequebantur. Id accidit anno M. CCC. LII. Multis poſt annis Prætoriũ munus ad ius ciuitatis hac occaſione deuenit. Ioannes Botzheimius cuius adhuc pictura uiſit̃ in tẽplo Parochiali, quũ pro tribunali ſediſſet, ob neſcio quã cauſam cõmotior factus, Prætoritiũ baculũ, quem ius dicẽs ſolet habere in manib. indignabũdus in terrã abiecit. Videbat̃ iniuria facta Cæſareæ Maieſtati, cuius id inſigne eſſet, Itaq; ex aſſeſſorib. quidã ſurgens, Nomine Cęſaris, inquit, hunc ſcipionem de terra leuo. Quod uindicatæ iniuriæ ſtudiũ, Sigiſmundo Aug. adeo gratũ fuit, ut ius deſignandi prætoris ad ſenatũ trãsferret. Tum primũ ciues ſenatores ad hũc magiſtratũ aſſumpti, cui tantũ nobiles antè præficiebant̃, de quib. decretũ ne in ſenatũ allegant̃. Adminiſtrat̃ Reſpublica per VIII. uiros. Annuę ꝑ ęquales uices quatuor præſunt. Senatores ex ſodalitijs ſiue ciuiũ collegijs deligunt̃. Ea ſunt XII. In magnis negocijs etiam Centum uiri adhibentur. Nobilitarunt bellicam Seleſtadienſium uirtutem Armeniacenſes illi Rauricorum,

ſiue

ſiue Sequanorum & Tribocorum uaſtatores in Voſagi ſemitis non modo opimis ſpolijs quæ ſecum abeuntes ferebant, ſed & uita priuati. Fortiter illic pugnauit Chunradus miniſter publicus cui Longo cognomentum fuit. Vexilla Gallica adhuc in æde Parochiali uiſuntur. Sed hoc nō abſq; uicinorum auxilijs geſtum eſt. Non minorem illis gloriam attulit quod proprio Marte paulopoſt geſſerūt, Herlesheimum oppidum quatuor milliarijs diſtans pulcherrimo ſtratagemate capientes, & hoſtem ſuum Grephum raptum inde ſecum uinctum abducētes. Is multis annis Seleſtadienſeis uexarat, nō præter nobilium quorundam Germanicorum morem. Verum hic hæreo dubitans an à fortitudine Seleſtadienſeis prædicem, an potius à clementia, qui hoſtem ultimo ſupplicio dignum, non modo captiuitatis tempore humaniſſime tractarint, ſed duntaxat mille aureis multatum, datis tamen obſidibus non commouendæ in poſterum ullius tragœdiæ, liberum ac incolumem ſuis reſtituerint. Hoc fuit illius ſenio & procerum quorundam precibus tributum. Ea uictoria cōtigit die qui Marco Euangeliſtæ ſacer eſt. Exierant pridie quadringenti ciues incipiente nocte cum uehiculis & armis, itinere quidem rureſtri ſecundū nemus Elli fluuij, prætTeritaq; Colmaria ad ſolis ortum hoſtili loco uicini latebant. Vehiculum erat ad fraudem cōpoſitum, in quo uiri ſedebant ſed cultu muliebri. Id mane ſimulatq; porta hoſtilis municipij fuiſſet aperta, præmiſſum, ſubſtitit in ponte prætextu uectigalis numerandi. Proferebantur nummi incogniti. Hos quum accipere nollet portæ cuſtos, oborta expoſtulatione deturbatus eſt in foſſam. Sicq; occupata porta mox proſilire cœpit exercitus qui ſe humi in propinquo occultauerat. Dictū oppidanis ut bono animo eſſent, néue rebus ſuis timerent. Ipſos enim non peti, ſed hoſpitem duntaxat Grephum. Is ad primum tumultum in fumariū ſe quoddam abdiderat, unde ſtatim extractus eſt. Ex filijs alter nempe iunior cū patre cōprehenſus fuit. alter nudus aufugit interula tantum tectus. De hac re huiuſmodi memoria reperitur.

Fortitudini & Clementiæ
dicatum.

Quando contra graſſanteis ac prædabundos hoſtes uti uigilantia ſolertiaq; cōuenit, Græci στρατήγημα appellant, ciues Slezeſtadienſes circiter quingentos, ex autoritate ſenatus cum carris ſuis ac armis collegiatim exeuntes pridie D. Marci Euangeliſtæ ſub noctem per nemus Ellenſe & agrum qui ad fluuium Ellū uergit, poſtridie ſummo mane ingenio uehiculi perſona-

tos muliebri cultu uiros uehentis oppido Herlesheimio potiti ſunt, & hoſte ſuo Henrico Grepho capto cum altero filio, nam alter nudus fuga elapſus noſtros fefellit, eodē die pleni uictoria ac triumphabundi domum ſunt reuerſi tota ciuitate ob congratulationem obuiam effuſa. Et ô magnam maiorum noſtrorum clementiam, eum ſenem ſibi ac filio ſuo de extremo ſupplicio miſere metuentem, è carcere qui Herlini cognominatur paucis poſt diebus exemptum, in ædibus honeſtiſſimi ciuis adhibitis tamē cuſtodibus humaniſſime fouerunt, & procerum ac nobilium huius regionis precibus ſatisfacientes mille tantum aureis multa tum cautione & fideiuſſoribus de more acceptis, incolumem & ob inſperatum beneficium præ gaudio lachrymantem non ita poſt multos menſes dimiſerunt. Anno M. CCCC. XLVIII.

Porrò familiæ claræ & antiquæ Seleſtadij fuerunt, Vuaffelariorū, Monetariorum, Schurpheſaccorum, Schnellonum, quorum ædificium, uilla ad Ellenſe nemus cui Schnellonum colli nomen eſt, præterea Botzheimiorum, Rappencophiorum, & Obrechtorum. Habet hoc oppidum parochiale templum & unicum & omnium antiquiſſimum, cuius lapidea ſtructura unacum turri ſatis quidem magnifica eſt ſed recentior. Olim haud dubie ſimplicius fuit & anguſtius ſanctæ Cruci diuæꝗ; Catherinæ dicatum. Sed poſtea D. Georgius & Agnes in adyti, quod chorum uocant, tutelam aſciti ſoli nūc regnant, ueterū nulla memoria, præter picturam. Ab hoc prima eſt ædes dominici ſepulchri quæ nunc diuæ Fidei Præpoſitura uocatur, Benedictinorum religionis ab Hildegardi Sueuiæ Duciſſa multis pòſt ſeculis conſtructa, ac ab huius filijs amplis prouentibus ditata, quemadmodum paulo ante diximus. Cuius reditus & cenſus impetrauit ætate noſtra Albertus Argentoratenſis epiſcopus à Romano Pontifice, quum antea Cardinalis Neapolitanus Oliuerius hoc cœnobium ſibi obnoxium habuiſſet. Viſuntur illic feneſtræ uitreæ Friderici Ænobarbi iuſſu factæ, in quarum margine hoc aſcriptum eſt epigramma.

Tempore quo redijt ſuperatis Mediolanis
Nos rex Romanus fieri iuſſit Fridericus

Cœnobium Prædicatorum, quod mediocre eſt, multū debet Heſſoni Monetario, qui ſumptū ſuppeditauit quū Chorus quē uocāt, extrueretur. Franciſcani ſepultura Elſatiæ Landgrauiorū Ioannis & Simonis inſignes, qui templi conditores quibuſdam exiſtimantur, in

loco

loco quidem eleganti habitant,ſed re parum lauta, quod ei familiæ propemodũ peculiare eſt,uel ob cœnobia nimis multa quibus hæc ſecta cæteras ſuperat,uel quòd D.Franciſcus egenorum ἀρχηγὸς ſuos uelit eſſe pauperes. Ioannitæ ad mœnia habitant loco ſaluberrimo,qui uitæ ſanctimonia ſemper cõmendati fuere. Sequunt̃ hi proprium quoddam inſtitutũ,cuius tantũ tria cœnobia numerant̃, hoc uidelicet quod diximus,& unũ Argẽtorati,tertiũ in Agrippina Colonia. Sanctimoniales apud Silon incluſæ humilius habitant,ut mirer non pluribus morbis obnoxias illas eſſe.ſed bona diæta nihil ſalubrius.Cœnobiũ habent amplum & frequens. nam plerumq; non pauciores quadraginta in eo degunt. Traductæ ſunt in oppidũ anno M. CC. LVIII. è monte circa Rapoldiſuilerium ſito, quũ à Comite Horburgenſi ſubinde uexatæ fuiſſent, eo quod huius germanus frater opes ſuas ipſo præterito his eſſet dilargitus. Obſeſſum fuit Seleſtadium à Bertholdo de Buochecg,& mox à Ioãne Liechtenbergio antiſtitibus Argentoratenſibus nec diu, & fruſtra. Sæuijt hic uulgus in Iudæos ſub Carolo Aug.eius nominis quarto, incertũ ob quam cauſam.Hi diu poſt prorſus ſunt eiecti per Heluetios Lotheringorum duci Reinhardo ſuppetias ferentes,approbante deinde factum hoc Friderico Aug.Ex ſchola literaria multum celebritatis acceſſit oppido,cui quinq; inſignes uiri per uices præfuere, Ludouicus Dringenbergius,Crato Hofmannus Vdenheimenſis, Hieronymus Gebuuilerius,Ioannes Sapidus,& Vitus Rotenburgius. Encomium Seleſtadij ſcripſit Eraſmus Roterodamus elegantiſſimo carmine,rogatu Iacobi Vuimphelingij. Habet in ſumma homines bis mille & ſexcentos plus minus,qui ſacroſanctæ euchariſtię ſacramento ſecundum Chriſtianum ritum ſingulis annis participantur, quos Cõmunicantes appellant.Populus eſt ſimplex ac tenuis,ut uinitorum fert cõditio,pręterea comeſſationibus paulo addictior. Ruſticana cõiuratio ſeditioſorũ quorundam,direptionem diuitũ & legum nonnullarũ abrogationem molientiũ anno M. CCCCXCIII. cladem Seleſtadio minabatur.Huius duo tantum ciues erant conſcij, tonſor alter,alter è conſulũ numero nuper ſubmotus, quæ illum ignominia ſtimulauerat ut tam ſceleratæ factioni nomen daret,non alienas opes ſed ultionem ſitiens aduerſariorum, quæ res in tempore deprehenſa eſt.Sed nunquã grauius periculũ imminuit quàm anno uiceſimoquarto ſupra ſeſquimilleſimũ,quũ Ioãnes Iacobus Schutz à Troubach patre ſcriba natus,Cõſulib.Seleſtadieſib.ſed præcipue Melchiori Ergersheimio,q tũ propter dexteritatẽ ſuã primas tenebat,certã perniciẽ adornauit. Videns enim hos aduerſari liberioribus

bus iſtis cōcionibus quibus cōtrà plebs enixe ſtudebat, cogitauit ſatis eſſe occaſionis ut affectu quorundam ſimpliciū ad fraudem abuteretur. Cōfingit literas uelut ab Ergersheímio ad Ducalem ſenatū apud Enſisheimum ſcriptas, quibus ille nō ſuo tantum nomine ſignificabat, eſſe hic quoſdam nouæ doctrinæ ſtudioſos dignos qui illuc ad pœnas luendas abducantur, quod nemo ſit prohibiturus. Et addidit ciuium quorundam nomina quos ſciebat ob id ſtudium ſenatoribus eſſe inuidioſos, ſed & ſchedæ nomina mulierum inſeruit. Eam epiſtolam ſibi ſecreto communicatam à Materno Barto Ducalis ſenatus ſecretario mentiens, quibus uiſum eſt legendam exhibuit. Facile erat ijs imponere, quos ante torquebat ſuſpitio. Quare multis perſuaſit ipſam Ergersheimij manum eſſe, & ſigillum illius agnoſcere uidebantur. Quum animos omnium ſatis cōcitatos uidet ipſe ſe ſubducit Argentoratū, ubi quo gratior hoſpes eſſet ait ſe moniturum ueniſſe eam ciuitatem de cōſilijs quibuſdam quæ aduerſus illam principes quidā inijſſent. Auditus eſt ſed mera mendacia narrans. Interea monentur Conſules Seleſtadienſes eſſe neſcio quid ſiniſtræ ſuſpitionis inter quoſdam ciues de ipſis natum. Vocantur ad ſenatum unus & alter. Quæſiti quidnam ipſos male haberet, proferunt fictitiam illam epiſtolam. Re cognita mittuntur ſtatim Argentoratum è conſulibus duo ut hominem in ius uocent, nihil impetrāt. nam impoſtor publica ſe fide munierat quàm primum ſenſit ſe peti. Rurſum mittuntur tres, Caſpar Vueſtermannus, Ioannes à Cogenheim, & Sebaſtianus Hertzogius, quibus adiunxit ſe Ergersheimius ſuo nomine cauſam perſequuturus. nam commodum è Thermis Marchionis domum redierat. Horum hæc erat poſtulatio, ut in carcerem falſarius conijceretur. Diu diſputatum eſt in ſenatu num in tali caſu fidem publicam infringere liceret. Tandem quum iudices ipſos ambigere uiderent, addunt legati Seleſtadienſium, priuſquā pati uelint abire calumniatorem, ſe ipſos in uincula libenter ituros. Idem ad rauim uſq; Ergersheimius occinebat. Igitur ad tantas legatorum obteſtationes decretum eſt, ut reus & actor in carcerem ducerentur neuter altero meliorem ſortem habiturus, & è legatis Seleſtadienſiū unus in ædibus nummulariorū è regione curiæ cuſtodibus adhibitis aſſeruaretur. Nam hoc erat perſuaſum Argentoratenſibus, hominem eſſe ſinceriſſimum qui peſſimus erat ſycophanta. Diu diſceptatum eſt priuſquam dignus iudicaretur ex quo per tormenta ueritas eſſet exquirenda. Nec ullis uero fidicularum cruciatibus ex illo quicquam elici potuit. Ita animum ſuum obfirmarat. Tandem hoc conſilium prudentes dederūt, ut Colmariam deduceret̃, Materno quoq; addu-

adducto quem illa ſibi myſteria communicaſſe dicere perſeuerabat. Non diſplicuit Ducalibus ſenatoribus conſiliũ. Adſunt cũ ſuo captiuo quem ad extundendam ueritatem tormentis acerbiſſime exercuerant. Nec ibi tamen aliud quàm titubabat non clare faſſus impoſturam, altero geſtiente in os & faciem eius manibus inuolare. Quũ uero uideret ſibi cũ Ducalibus conſiliarijs abeundũ eſſe, maluit crimen confeſſus Argentoratũ redire, ſpe fautorũ quos illic non paucos habuerat, bonam illum cauſam agere putanteis. Quo cum eſſet reductus interceptæ ſunt mox illius literæ quibus ſuos admonebat, deprecatores pararent, Comitem Vuirtenbergenſem, Comitem à Furſtenberg, uterum ferentes mulieres, & prẹſtantiſſimũ quemq, pereundũ alioqui fore. Sed dictũ illi per magiſtratus, Omitteret talia. nã moriendũ eſſe. Timuit autem ne uiuus diſſecaretur, nam id commeruerat. Huius atrocis ſupplicij illi gratia facta. Amputato capite, corpus in quatuor partes diſſectũ eſt. A morte ſtatim per ſacerdotẽ productorem quem hactenus ſilere iuſſerat, alterũ facinus proditũ eſt, non quidem ſuperiori comparandum, ſed tamen planè nebulonicũ. Cathenam orichalceam hoſpiti ſuo ſeruandam dedit aſſerens aureã eſſe. deinde pecuniam ab illo mutuatus eſt. quam alter haud grauatim dabat putans ſe precioſum pignus habere. Quid factũ? Timens impoſtor ne fortaſſis deprehenderet cathena aurũ mẽtita, furtim ſublatam in amnem Pruſcam abiecit. deinde repetit depoſitũ ab hoſpite, de precio auri multa magnifice iactans. Ille non reperit, & de ſuis malam concepit ſuſpicionem. Sed quũ de falſarij crimine conuictum cerneret, hæc etiam illi impoſtura ſuboluit. Verũ furcifer tametſi ſæpe rogatus nihil de hac re fateri uoluit, donec iamiam procumbendum eſſet in genua carnificis ictum excepturo. Viſum eſt ſenatui Seleſtadienſi monumento rem tantam ad poſteros tranſmittere, quod ſic habet.

CHRISTO LIBERATORI
ET
AETERNAE MEMORIAE SACRVM

Ob ſceleratiſſimum falſi crimen, quo Ioannes Iacobus Schutz a Troubach Senatũ plebemq Seleceſtadienſem ſeditionis & ciuiliũ turbarũ gratia ſeditioſiſſime inuoluit, illum proditionis inſimulando, cõfictis quidem in hoc adulterinis literis & Melchioris Ergersheimij Prætoris manũ ac ſigillũ ementitus, à quo tamen diſcrimine ſingulari Chriſti Opt. Max. fauore ciuitatem illæſam ſeruari contigit, autore ipſo tanti ſceleris apud Ar-

geſtoratum poſt lõgas moras dum cottidie noua mendacia cõminiſcitur, merita diſſectionis pœna affecto, ne poſteri talibus impoſturis facile circũueniantur, aut falſis criminationibus & calumnijs unquam pronas aures adhibeant hoc memorabili perfidiæ exemplo commonefacti Senatuſconſulto ſaxum hoc eſt poſitum. Anno M. D. XXIIII. Menſe Decemb.

Porrò ſæpius Seleſtadij fuit Carolus Magnus, ut Regino Prunienſis annotauit in Chronicis ſuis, & diplomata uetera teſtantur. Facit nõnihil ad antiquitatem Seleſtadij, quod inter quatuor uicos Romani imperij numeratur. Quanquam non habeam compertum quando nata ſit illa ordinum imperialium diſtinctio, cuius multas quidẽ picturas, at nullum idoneum teſtimonium uidemus. Mihi ſanè recentior uidetur. Quæ de Slettone gigante quidam affinxere, ea uulgo relinquemus. Nos ſanè cõfugimus ad ipſam antiquitatem, atque illam ſcrutamur ac excutimus quantum poſſibile eſt. Nam cõmentarij mediæ antiquitatis hominũ plerumque monachorum nõ minus ineptiunt quàm uulgus ipſum, à quo magna ex parte hauſtũ eſt quod aduentitij ab aduentitijs edocti poſt tantas rerum ac populorũ mutationes in literas utcunque retulerunt. Hi fuerunt Scoti & Hyberni. Finem dicendi faciam, ſi unam adhuc inſcriptionem recentem quidem illam, ſed tamen ad Seleſtadij ornamentum & eorum quæ dicta ſunt explicationem in primis pertinentem recenſuero. ea eſt huiuſmodi.

Reſpublica decori & ornamento ſacri Romani imperij conſultura nõ minus quàm ſuo, cuius municipium & uicus honoratior Sleceſtadium ob antiquitatem ſingularem & Elcebi illius ueteris apud Cl. Ptolemæum inter Tribonorũ oppida adnotati celebritatem à priſcis Francorum Auſtraſianorumque ac Germanorum regum & imperatorum temporibus eſſe meruit, tranſgreſſarum olim melioribus tandem auſpicijs è tranſrhenana Germania gentium ſub calamitoſiſſimam illam Attilæ uaſtationem noua colonia, pergulam iſtam fieri fecit Anno M. D. XXVIII.

HELLVM SIVE HELELLVM

Antiquiſſimus Tribonorum uicus eſt Hellum ſiue Helellum quemadmodum in charta Theodoſiana legitur, in Elli fluminis ripa ſitus, nomen ſuum adhuc retinens. Dici uero uix poteſt quantum Romanæ uetuſtatis illic appareat. Viſuntur ſimulachra ſculpta, Mercurij,

Dianæ,& aliorum deorum muris templi inſerta. Oſtendũt etiam ſeſe teſtudines ſubterraneę ruſticis agros arantibus. Sed nõ uacat pauperibus, nec fruſtra libet, terram altius ſcrutari, quorũ illic habitant pauculi piſcatores & pauciores adhuc agricolæ. Nomiſmatis æreis illic nihil crebrius. ſed & argentea aureaq́ꝫ narrant inuenta. Quod ſi eſſent qui terram alicubi nũc dumetis & nemoribus obductam diligenter effoderent, miranda adhuc antiquitatis monumenta proferri in lucem poſſent, quæ manent hodie ſepulta. In cauſa eſt quod Romanorum militũ hyberna apud Hellũ fuere. Erat autem cõuenientiſſimus locus ad militare præſidium pro Tribonorũ tutela, primũ propter agri fertilitatem: deinde quod propemodũ in meditullio regionis cõſtituti facile poterant ad limites excurrere prout res poſcebat uel ſupra Elcebum uerſus Sequanos, uel infra Brocomagũ, præſertim autem ad Rhenum propter Alemannos. Hi milites, ut ueriſimile eſt, Præfectũ habebant, qui Comiti Argentoratenſi parebat, ut is rurſum Duci Maguncíacenſi. Apud Hellũ, ut aiunt, D. Maternus quũ Tribonis Chriſtum primus annunciaret, febri extinctus eſt, & terræ corpus mandatũ, ſiue potius illatum cõditorio quod etiamnũ oſtendit. Valerius & Eucharius collegæ amiſſo patrono penitus cõſternati, Romam repetunt, D. Petro rem indicaturi, cuius auſpicijs euangelicum munus obierant. Petrus baculum eis tradens, Hoc, inquit, ſcipione defuncti Materni corpus cõtingite, hæc uerba apprecati, ut in nomine Ieſu Chriſti reſurgat. Illi mox Hellũ reuerſi, fecerũt quemadmodũ iuſſerat Petrus, & cõfeſtim Maternus reuixit. Verus eſt Chriſti ſermo dicentis, ſuos, ſi fidem habuerint, maiora miracula deſignaturos. Chriſtus Lazarũ quatriduanũ reſuſcitauit, Petri precibus Maternus iam menſtruus uitæ reſtituit. Chronica monaſterij Ebersheimenſis tradunt hunc uicum Elegiam eſſe dictum, παρὰ τῶν ἐλέγων ἢ θρήνων, hoc eſt, ab elegis ſiue threnis, lugubres cantus exiſtunt, qui illic circa Materni funus profuſi ſint. Quaſi uero uiri apoſtolici qui ipſum Petrum audierant, ob ſodalem ad meliorem uitam trãslatum, clamoribus omnia repleuerint, & more ſtultarum muliercularum cœlum ac terram inclamarint: ac non potius ſi quid tale uel ab ethnicis tum fiebat, quod ego nõ credo, uel ab hijs qui recens in numerum Chriſtianorũ erant recepti, illi modis omnibus repreſſerint ceu rem indecoram, ijs præſertim qui uitam alteram expectant. O ſomnia monachorum. Video miram antiquorum libertatem in commodis affictionibus, ut hiſtoria certa uideatur eſſe, quod utcũq́ꝫ fama receptum fuit. Quũ monachus aliquis uicũ iſtum El appellari inaudiſſet uernacula lingua, ſicut adhuc nominatur, Elegiam dictũ

ſtatim affinxit, ſed temere, propterea quòd nos neceſſarios noſtros deflere ſoleamus, argumento parum firmæ fiduciæ. Scilicet homines apoſtolici inſtar regum uocabula locis indebant. Aut Hellenſibus qui tum Romana lingua cœperant uti, quod toti Galliæ commune fuit, ſeu potius Romanenſibus militibus tanta propriorũ uocabulorum inopia fuit, ut Græcum uico ſuo nomen cogerentur aſciſcere, quaſi uel nullam antè habuiſſet appellationem, quod falſiſſimũ eſt: uel quaſi Maternus nouam inuehens religionem, & ueteres ſuperſtitiones depellens, tantam ſubito gratiam apud populum meruiſſet, ut priori uici uocabulo abolito, à threnodia ac nõ potius à ſanctiſſimo uiro nominari uoluerint. Sic quidã ſuperioribus annis quẽ adhuc audio ſupereſſe, D. Beatum anachoretam Helueticum, ut uulgus prædicat, Suetonium fuiſſe uocatum affinxit illius uitam deſcribens, & ſocium habuiſſe cui nomen eſſet Achatæ. Adij hominem quæſiturus undénam id aſſereret, putabam enim hæc illum abſque autore non dicere. Sed audi impudentiam. Propterea, inquit, addidi Suetonium fuiſſe uocatum, quod legerim è Suedia prodijſſe. & quia Æneæ Virgiliano fidus Achates ſemper adhæſit, ideo ſodalem illius hoc nomine donaui, alioqui anonymum futurum. Et tamen hæc hiſtoria, ſi ita uocare libet, nõ ſolum picta eſt in templis, ac ſcripta, ſed etiam typis excuſa. Video nõnunquam parũ præſidij eſſe à chronicis cœnobiorum, in quibus ita ueris fabuloſa aſſuuntur, ut uix appareat quid ſit credendum. Quare magis libet ad antiquitatem confugere, ſicubi datur. Et tamen ſunt qui illa tantumnon pro oraculis adorent.

TRIBONI, TRONIA, KIRCHEIM.

CHonodomarius Alemannorum rex quum popularium ſuorũ aciem iam profligatã uideret in campis Argentoratenſib. uincente Iuliano Cæſare, nõ rectà fugit ad Rhenum, quod alij faciebãt, ſed celerrimo curſu diuerſam partem petijt uerſus montes tendens. Et quia ducentos ſatellites ſecum habebat, & tres ſibi iunctiſſimos, intelligo neceſſarios, auſus eſt caſtra figere nõ procul à Tribonis & Cõcordia munimentis Romanorum, unde nequaquam fugienti ſimilis, paulatim ad Rhenum progreſſus eſt. Nam bonam euadendi ſpem habebat. Siquidem naues antea diſpoſuerat in hunc euentum ſecretis quibuſdã in ripa Rheni locis. Hic ſuccurrit Ariouiſtus, Rhenum item traijciens poſt infelicem pugnam, de quo ſic Iulius Cæſar libro primo Cõmentariorũ: In hijs, inquit, fuit Ariouiſtus, qui nauiculam deligatã ad ripã nactus, ea profugit. Hoc quod modo dixi prodigioſe corruptis uerbis apud Marcellinũ legĩt, nempe hijs, Dũ hæc

rex

rex Chonodomarius reperta copia diſcedendi lapſus per funerum ſtrues cũ ſatellitib. paucis celeritate rapida properabat ad caſtra quę prope Tribonos & Cõcordiã munimẽta Romana fixit intrepidus, ut accẽſis nauigijs dudũ paratis ad caſus ancipites in ſecretis ſeceſſib. emendaret. Et quia nõ niſi Rheno tranſito ad tentoria ſua poterat prouenire, uultũ, ne agnoſcereť operiẽs, ſenſim retulit pedem. Iſtam Marcellini periodũ ego ſic lego diſtinguoq́. Dum hæc gerũtur, rex Chonodomarius reperta copia diſcedendi lapſus per funerũ ſtrues, cũ ſatellitib. paucis celeritate rapida properabat, caſtraq́ prope Tribonos & Cõcordiam munimẽta Romana fixit intrepidus, ut aſcenſis nauigijs dudũ paratis ad caſus ancipites in ſecretis ſucceſſib. euaderet. Et quia nõ niſi Rheno tranſito ad territoria ſua poterat peruenire, uultũ, ne agnoſcereť, operiens, ſenſim retulit pedem. Vide quãtus labor ſit ex tam deprauatis autorũ locis antiquitatem eruere. & quanto facilius ſit hæc ridere, q̃ præſtare. Tribonos arbitror fuiſſe quod poſtea Kircheim appellatũ eſt ab Alemannis, olim Dagoberti Francorũ regis palatiũ, nõ procul à Mollisheimo. Nam in uita D. Florentij Scoti, qui vij Argentoratenſiũ epiſcopus fuit, ſic legiť: Eo quoq́ tempore rex Dagobertus apud municipiũ tũc Troniam quaſi Troiam nouam, nũc Kircheim dictũ, ſibi domicilium fixerat. Ego Troniã nihil aliud eſſe puto q̃ uocabulũ uernaculi ſermõis, quo uulgus à maiorib. ſuis accepto Tribonos per abbreuiationem exprimeret. Bonus uero pater ille qui uitam cõſcripſit ignarus uetuſtatis ut tunc fuere ſecula, ſomniũ illud ſecutus eſt de Troia pulchram nobis interpretationem allaturus, quòd Francos à Troianis originem ducere in fabuloſis hiſtorijs ſe legere meminiſſet. Sed Triboni Romanorum opus eſt lõge antequàm Alemãni & Franci in has terras trãſirent, conditũ. Vix autem extant ullo Elſatiæ loco maiora antiquitatis ueſtigia. Prominent adhuc inter ruinas altiſſimi muri turrium inſtar. Nec miror quur ueteres Francorum reges illic habitare uoluerint, nam agrum habet amœniſſimũ. Hoc miror, quòd nullus antiſtitum Argentoratenſiũ tam inſigne non Romanorum modo ſed Alemannorum & ueterũ Francorum domicilium, unquam reparandũ duxerit, in cuius ditione ſitũ eſt, ni fallor. præſertim quũ ruinarũ ſubſidio quæ colles æquant minus ſumptuoſum eſſet ibi quiduis erigere. Tribonis inditũ nomẽ à Tribonis populis, ut apud Cl. Ptolemęũ legiť, qui alijs Triboci, hodie Elſatici dicũtur. Quod nomen ei loco nobilitatem ac præſtantiam quandam uendicat. Crediderim id ego munimentũ tam amplũ fuiſſe tamq́ operoſum, ut ab Alemannis adhuc hoſtibus totũ ſubuerti nequierit. Deinde quũ has regiones pa-

Am. Marcellini locus

cifice poſſideret, dubio procul ab aliquo regulo Alemannorũ reſti- tui cœpit. Mox hac gente ſubacta, Francorũ regum factum eſt domi ciliũ, quos ueriſimile eſt pro uſu ſuo multa aſtruxiſſe. Hoc admone- re propemodũ fuerã oblitus, comitẽ Kircheimẽſem, in cuius comita tu Seleſtadiũ dixi me ſitũ reperiſſe, nihil fuiſſe aliud quã comitẽ Tri- bonorũ. Et hinc eius ditionis antiquitas. Sic Horburgenſis comes, fuit comes Argentuarienſium, & Vindoniſſenſium Habiſpurgius.

CONCORDIA, AC CONCORDIAE MONS.

ALterũ munimentũ Cõcordiam arbitror eſſe Cocheſpergiam arcem. nam Alemanni incognitam ſibi Cõcordiæ uocem ni- hilq́ꝫ ſignificantem tamdiu torſerunt more ſuo donec in pharetram detorſerint. Qui Germanice ſciũt, intelligũt quid uelim. Fuit & hoc munimentũ à Romanis cõditum ad arcendas Alemannorũ irruptio nes, qui ſubinde Gallias incurſabant, hauddubie boni ominis cauſa ſic dictum. Cõcordia ad ditionem antiſtitis Argentoratenſis perti- net, ſed hodie paret ciuitati cui ſpeculæ uice eſt, olim pignori data. Mentionem Cõcordiæ facit itinerarium quod Antonino Aug. tri- buit titulus. A cõcordia Cõcordiæ mons nomen habet lõge lateq́ꝫ diffuſus. Sane Cõcordienſis tractus ſupra quàm dici poteſt frumen torum ferax eſt, & aliarum rerum quæ eſui ſunt. Vnde Hagenoiæ tanta annonæ uilitas, quum tamen illic propter arenas nihil proue- niat. Sed & Argentoratũ magna ex parte fouet. Enimuero Cõcordi enſes ipſi uulgo ridentur tanq̃ꝫ ſubruſtici, propter linguam inepti- uſculam & cultũ ueterem quo pertinaciter utuntur. Tametſi quantũ ad linguam attinet, nec ipſi irridentes deriſis magnopere præſtent. Eſt hoc uitiũ peculiare Tribonis, à quo tamen immunis nõ eſt bona pars Rauricorum inferiorũ ſiue Sequanorum, & Briſigauorum.

ARGENTORATVM

ARgentoratũ, occupata Germania prima quæ Romanorũ ante prouincia fuerat à ſuo Cõſulari gubernata, Alemanni primo- ribus duabus ſyllabis amputatis, & S litera ſibili cauſa adiecta, de ſuo uero burgũ adnectentes, Storatburgũ & Stratiburgum appellaue- re. Id autem accidit ſub Valentiniano eius nominis tertio qui Theo doſio Iuniori ſucceſſit, quũ Occidentale imperium à Barbarorũ in- curſionibus Romani nõ poſſent amplius tueri. Vnde legitur in Ca- lendario ueteri quod in Bibliotheca maioris ædis illic aſſeruatur, u- biq́ꝫ Stratisburgũ, etiam altero S cauſa ſibili in mediũ dictionis aſci- to. quod etiam in Augſpurgo facimus, nõ à Strata ſiue Straſa, quæ uox Germanis uiam ſignificat, quemadmodum uulgus opinat̃ Atti læ nobis allegans obſidionem, qui ita ſolo oppidum æquarit, ut ubi

domus

domus ante ſteterant, regia uia facta ſit, unde Stratisburgi nomen. Hæc interpretatio uulgaris eſt & à poſteriori, inter eas referenda quas propter alluſiones uocabulorum antiqui cõfinxerunt. Argentoratum olim mediocre fuit oppidũ, magis uerſus D. Galli ædiculã & locũ ſupplicij protentũ. Id ſub potentem illam Attilæ in Ciſrhenanas iſtas prouincias irruptionem, ſic ab Alemãnis hauddubie tractatũ eſt, ut Hunno parũ ſupereſſet quod excinderet. Sidonius Apollinaris Francis & Alemannis Germaniæ primæ, Tribonorumq́ue & Rauricorum uaſtationem aſcribit, quum canit,

Francus Germanum primum, Belgamq́ue ſecundum
Sternebat, Rhenumq́ue ferox Alemanne bibebas
Romanis ripis, & utroq; ſuperbus in agro
Vel ciuis uel uictor eras.

Quod ſi etiam demus euerſum ab Attila paulò antequàm maiores noſtri huc habitaturi tranſmigrarent, adhuc nõ euincit hoc, propterea appellationem iſtam Argentorato tributam eſſe. Vtrumq; ſane ſub Valentiniano Theodoſij iunioris ſucceſſore cõtigit, & profligatus in campis Catalaunicis Attila Ætio duce, & poſt huius interitũ bona Galliæ pars quam primam Germaniam & Secũdam ueteres appellarũt, nõnunquam etiam ut nos hodie ſuperiorem & inferiorẽ præterea quam Sequanorũ regionem, Heluetiorũ, & Rauricorum uocarunt, Burgundionũ, Francorum & Alemannorum iuris facta. Nam uſq; ad hoc tempus Romanorum prouinciæ fuerant. Proinde Comitem rei militaris Argentoratum habuit: unde dictus eſt ille Argentoratenſis. Et tota Tribonorum ſiue Tribocorum regio, quam hodie uocant Elſatiam, uernacula ſimplicitas Elces ab Elcebo, Tractus Argentoratenſis appellata, quòd ab illo uidelicet adminiſtraretur, quemadmodum indicat Liber De inſignibus Magiſtratuum Romanorum, in quo ſic legitur, Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis Comitis Argentoratenſis, TRACTVS ARGENTORATENSIS. Sic olim Comites habuerunt Aphrica, Tingitania, Littus Saxonicum per Britanniam, Britanniæ ipſæ, & Italia. Tractum Italiæ circa Alpes intellige. Porrò Comes Argentoratenſis Magonciacenſem Ducem, ut uidetur, agnoſcebat, qui rurſus illuſtri uiro Præfecto prætorio Galliarũ, quantum cõijcimus, erat ſubiectus, quemadmodum etiam antè annotauimus. Satis autem innuit D. Hieronymus ad Gerontiam Argentoratenſeis olim Prouincialeis & annumeratos Galliæ fuiſſe, quum illos ab Alemannis in Germaniam translatos deplorat. Qualem utramque Germaniam Ciſrhenanam tum primam tum ſecundam extitiſſe conſtat. Factam

autem uerè Germanicam, lingua uidelicet, moribus & ditione, poſt quàm à Francis & Alemānis Hieronymi ſeculo occupata eſt. Liber Prouinciarum & ciuitatum Gallicarū, in Germania prima, ſiue, ut illic ſcriptum eſt, in prouincia Germanorū priorum, inter cæteras ciuitates, Argentoratenſiū quoq; ciuitatem recenſet. Illic eam & Marcellinus ponit. Sed dicet aliquis, Mirū eſt Argentorati nomen tamdiu latuiſſe & tam ſero cognitū. Nam ante Thomam Vuolphiū iuniorem eo uocabulo nullus uſus eſt, tametſi is Argentoracū perperam uocabat, ex Ammiano opinor. In cauſa fuit fœdus librarij error, qui Cl. Ptolemæi codicem deſcribens in Germaniæ ſuperioris annotatione Argentorati uocabulū quod inter Tribonorū oppida ſtatim poſt Brocomagū ſiue Breucomagū, ut Ptolemæus nominat, ſubdere debebat, ipſe ſimilitudine uocis deceptus inter Vangionum oppida poſt Borbetomagū addidit, Argentoratum Vormaciæ propinquam faciens, quam integre quōdam Borbetomagū appellatam, corrupte uero Vormaciam hodie dici cōſtat, B litera in V mutata, quaſi dicas Vormagiū, ceu ſuprà monuimus. Is itaq; qui tabulas chorographicas poſtea Ptolemæo addidit aſtronomicam rationem ſecutus, inſcius erroris à librario cōmiſſi Borbetomago Vāgionum metropoli, hoc eſt, Vuormaciæ Argentoratum appinxit, quod inter Breucomagū & Elcebū Tribonorū oppida fuerat cōſtituendum. Proinde hic nō Argentorati modo, ſed & utrinq; uicinarum urbium quas modo nominauimus notitiam nobis ademit. Simili librariorum oſcitantia, apud eundem Cl. Ptolemæum Vangiones in Nemetum locum, & uiciſſim in Vangionum locum Nemetes translati ſunt. In campis Argentoratenſibus Iulianus Cæſar multa millia Alemannorum deleuit, præter eos qui in Rheno partim trucidati ſunt, partim ſuffocati. Et Chonodomarius rex captus. Eos campos fuiſſe puto, qui uerſus Husbergam porrigūtur. Nam Iulianus è Tribus tabernis cum exercitu non admodum numeroſo, ſed animoſo ueniebat, ubi hodie extructum oppidum uidemus Elſaticæ Zaberniæ uocabulo. Porrò Argentoratum in Argentinam nobis mutarunt monachi & notarij, quod hæc uox breuior ſit, ac commodior ſuauiorq; pronunciatu. Iidem Magonciacum in Magonciam, & Cōfluentes in Cōfluentiam uerterunt. Nam quod Argentinam dictam quidam putant quaſi argenteam tinam, ob pecuniam quæ illic colligeret aut cōſeruaretur, uulgi ſemidocti fabula eſt, nō abſimilis illi fabulamento quod apud Baſilienſes de Baſiliſco olim inuento iactatur. Reperio Romanos Rationalem ſummarū in Gallijs habuiſſe, & Præpoſitum Theſaurorū, apud Treuiros, atq;

illic

illic etiam Procuratorem monetæ. De Argentorato nihil tale inueſnio. Si igitˀ Comiti Argentoratenſi in ſtipendia militũ pecunijs opus eſſet, aliunde hauddubie ſuppeditabatˀ, uel è Magonciaco, uel à cõſulari Germaniæ primæ. Erat enim Argentoratum oppidũ mediocre, ſed tamẽ Tribonorũ caput. Id feliciſſima illa Iuliani cũ Alemãnis pugna admodũ nobilitauit, tum ab hoſtibus liberatũ, à quibus extrema metuebat, ut Ammianus ſcribit. In Decretis quæ Gratianus cõſarcinauit Argentoratenſis legendum eſt, nõ Argẽteæretenſis, diſtinct. XXXIII. q. II. Latorem. Decret. Gratiani locus

TRES TABERNAE

TRes tabernæ, munimentum fuit Romanorum ad prohibendas Alemannorum in Galliã interiorem incurſiones, apud eum locum quem Zaberniam hodie uocamus, Argentoratẽſis præſulis domicilium. Hoc munimentum ab Alemannis dirutũ Ammianus ſcribit Iulianũ Cæſarem reſtituiſſe lib. XVI. his uerbis: Cõuerſus, inquit, hinc Iulianus ad reparandas Tres tabernas, munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obſtinatione ſubuerſum hoſtili, quo ædificato cõſtabat ad intima Galliarum, ut cõſueuerant, adire, Germanos arceri, & opus ſpe celerius cõſummauit, & uictum defenſoribus ibi locandis, ex Barbaricis meſſibus nõ ſine diſcriminis metu conlectum militis manu, cõdidit in uſus anni totius. De eodem munimento & Iuliano Cæſare loquitur paulopòſt hijs uerbis, Quum, inquit, ille etiam perficiendi munimenti ſtudio ſtringeretur, & cætera. Et mox, Retentis legatis aduſq; perfectum opus caſtrorũ in eodem gradu cõſtantiæ ſtetit immobilis. Porrò Iulianus Cæſar poſt Argentoratenſem pugnam profligatis numeroſiſſimis Alemãnorum copijs ad Tres tabernas redijt, autore eodẽ Marcellino, cuius hæc ſunt uerba lib. XVIJ. Abſolutiſq; legatis, inquit, quos ante certamen ſuperba quædã portaſſe prædiximus, ad Tres tabernas reuertit. Loquitˀ autem de legatis Alemannorum. Eas Tabernas hodie Elſaticas appellamus ad diſcrimen earum quæ inferius ſitæ Mõtanæ uocantur, & item earum quæ in Nemetibus ad Rhenum ſitæ Rhenenſes nominantur. Apud Tabernas Rhenenſes in cœmitorio duo ſimulchra uiſuntur Mercurium referentia, & limes ingens oſtenditur ex nemore uicino allatus, cum hac inſcriptione,

N. H. DD. L. SILVANIVS PROBVS PONTES D. S. DD.

Hoc eſt, Neptuno hic dedicauit. L. Syluanius Probus pontes de ſuo dedicauit. Inueniuntur etiam illic ab hijs qui terrã effodiunt urnæ fictiles nobiliũ Romanorũ cinerẽ cõtinentes, & ſarcophagi, ſed & gemmæ ſignatoriæ, ac uaſcula figlini operis rubella. Quæ omnia

ſatis

ſatis indicāt Romanos milites illic ſtatiua ſua habuiſſe. Vnde & Tabernarum nomen. Aſſignat autem hunc locum Liber de inſignibus magiſtratuum Rom. Præfecto militū Menapiorū, In quo ſic legitur, Præfectus militum Menapiorum, Tabernis. Eratq́ſ ſub diſpoſitione uiri ſpectabilis Ducis Maguncíacenſis. Antoninus Aug. in Itinerario ſuo, Tabernas Rhenenſeis ſimpliciter Tabernas uocat. Memi nit uero etiam Trium tabernarum inter Aritiam & Appij forum ſitarum, & aliarum non procul à Dirrachio

BROCOMAGVS, QVI PTOLEMAEO BREVCOMAGVS.

BRocomagum qui Ptolemæo Breucomagus uocat̃, uernaculus Alemannorum ſermo Bruomat appellat, uicus hodie eſt duobus milliarijs infra Argentoratū ſitus ad montana magis uergens quàm ad Rhenum. Iulianus Cæſar quū apud Viſontionem collegiſſet exercitū, per Decempagos adgreſſus Alemãnos, qui iam Argentoratum, Brocomagum, Tarbellos, Sebuſianos, Nemetes, Vangiones, & Maguncíacum ciuitates poſſidebant, ſeu potius illarum terri toria, nam ipſa oppida ut circundata retibus arbuſta Barbari declinant, primam omnium Brocomagum occupauit, captis nõnullis Alemannis, alijs in ipſo prælij furore truncatis, autor Marcellinus libro XVI. Adiacet Brocomago cœnobium ſacerdotū, quibus à Sancto ſpiritu titulus eſt, Brephotrophio nobile, hoc eſt, domo in qua pueri expoſititij aluntur. Eum locum Stephani campum uulgo uocant, ab inſtitutore, ut opinor. Vidimus aliquando in pago, ſi recte memini, Moresuilerio, qui Brocomago ualde propinquus eſt, præter ruinas ueteris ædificij ſupra nouem idola muris ſacelli cuiuſdam uice ſaxorum inſerta. Quæ res documento eſt, Romanos illic habitaſſe.

SALETIO

HOc oppidum ſex milliarijs infra Argentoratum ſitum, Annales Francorum Saleſiam appellant. Nam primi illi Francorum reges multos hic ſæpe cõuentus celebrauere. Liber de Palatinis officijs oſtendit, apud Saletionem præfectum militum ſtatiua ſua habuiſſe. Germani Selzam uocant.

SEBVSII, SEBVSIVM, ET SEBVSIANI.

AMmianus lib. XVI. de Iuliano Cæſare loquens, ceu modo citauimus: Audiẽs itaq́ſ Argentoratū, Brocomagū, Tarbellos, Sebuſianos, & Nemetas, & Vãgionas, & Maguncíacū ciuitates Barbaros poſſidẽtes, territoria earū habitare, primã omniū Brocomagū occupauit. Hęc Marcellin9. Dubiū eſt q ſint Sebuſiani. Satis apparet eos Brocomago Nemetibusq́ſ uicinos eſſe uelut intermedios. Dicã

quid

quid ego ſentiam. Sebuſiani ſunt Vuiſſenburgenſes. Nam Alemanni more ſuo Sebuſium primore ſyllaba ſpoliantes, & V pro B uſurpantes iam habebāt Vuſium. Cui burgum adiecerunt, & factū eſt Vuiſunburgū, quod hodie etymi iſtius ignari quod ego primus profero, Vuiſenburgum omnes appellitant. putaturq́; caſtrum album ſignificari. Itaq; Vuiſſenburgum eſt Sebuſium, ipſi ciues & accolæ erunt Sebuſij, & Sebuſiani, quemadmodum Marcellinus uſurpat. Hinc apparet apud Cæſarem libro primo Commentariorum nō Sedusios legendum, ſed Sebuſios. Vbi uulgata ſcriptura habet, Triboces, Vangiones, Nemetes, Seduſios, Sueuos. Comment. Cæſ. locus

TARBELLI

EGo libenter Lutari legerem, pro Lutari fluuij accolis quorum colonia Lutariburgū. Ptolemæo Tarbelli populi ſunt, ſed longe diuerſi.

OBRINCANVS TRACTVS

MOſellam amnem Ptolemæus Obrincam uocat. Quod uocabulum miror apud nullum è ueteribus extare hoc autore excepto: ne apud Auſonium quidem, qui tamē Moſellam nobiliſſimo carmine celebrauit. Sed certum eſt Ptolemæum chorographicas ſchedas admodum antiquas ſecutum. Obrincam uidentur mihi qui huc immigrarunt Alemanni ſuo more tandem in Canis tergū detorſiſſe. Nam addita aſpiratio primū eſt, & inſerta litera S, ut fieret Hobſrincen, quam uocem incognitam nec aliquid ſignificantem, imperitum uulgus in Hondſrucken uertit. Nec obſtat quod ab huius nominis oppidulo deductum nomen uolunt. Nam quū Prouincia fuerit, potius arbitror Obrincam quoq; Prouincialib. ab Obrinca fluuio uocatum id caſtellum eſſe. Niſi fortaſſis ab ipſo loco poſterius ita cognominatum eſt. Cæterum planè reor Obrincæ nomen à uetuſtiſſimis temporibus in hac parte hæſiſſe notum accolis. Quæ ſi uera coniectura eſt, eleganter Obrincanus tractus uocari poterit.

CARACATES

TAcitus hiſtoriæ Aug. lib. xx. Tutor, inquit, Treuirorū copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, ueterano pedite atq; equite firmauit. Hæc ille. Caracates uideo Vangionibus ac Tribocis uicinos fuiſſe. Sciendū uero Tribocos magnā olim Lotharingæ partē tenuiſſe, fortaſſis ad Moſellā fluuiū uſq; porrectos. Nā Marcellinus Germaniā primā extendit ultra Araris fontem. Hoc ideo dico ne quis miretur Tribocos in auxilium aſcitos à Tutore in Treuiris agente. Suſpicor ego Caracatium nomē referre & indicare ſitū, arcem Drackenfelſiā, quæ ſuperiorib. annis deſtructa eſt

ĉta eſt, ſic fortaſſis à loco dictam quaſi Racatium, hoc eſt, Caracatiũ rupem. Detorquet autem multa uulgus, ceu ſæpe monuimus.

MAGVNCIACVM

MAguñciacum uetus quod D. Hieronymus captũ atq; ſubuerſum teſtatur, & in eccleſia multa hominum millia trucidata, ab Hunis dubio procul, Francis, & Alemannis, paulo remotius à Rheno fuit. Nam ubi hodie eſt Maguncíacũ, olim munimenta fuere Romanorum aduerſum Alemannos, ad ipſam Rheni ripam. Magũ uidetur priſcis Gallis domum ſignificaſſe, & Cia fluuiolus eſt. Vnde Maguncíacum quaſi Domicilium Ciæ coniunctum. Sic habes Rotomagum, Nouiomagum, Druſomagum. Nam Mœnus Germaniȩ fluuius nunquam eruditis uel Mogus uel Moganus dictus eſt. Et à loco Cõfluentium olim Maguncíacum, ut dixi, pluſculum diſtabat. Crediderim in ruinis ueteris urbis hodie habitare leproſos. Imperãtibus Valentiniano, Gratiano, & Valente, Maguncíacum cepit diripuitq; Rando cuiuſpiam Alemannorum regis filius, nam Regalẽ Marcellinus appellat, occaſionem nactus opportunam quòd feſtus Chriſtianis dies erat populo religioni uacante. Quam rem Marcellinus deſcribit XXVI. qui nondum typis excuſus prodijt, hijs uerbis. Sub idem ferè tempus, inquit, Valentiniano ad expeditionem caute ut rebatur, prófecto, Alemannus Regalis, Rando nomine, diu præſtruens quod cogitabat, Maguncíacum præſidijs uacuũ cum expeditis ad latrocinandum latenter irrepſit. Et quoniam caſu Chriſtiani ritus inuenit celebrari ſolennitatem, impræpedite huiuſcemodi fortuna & uirilem & muliebrem ſexum cum ſupellectile non parua indefenſum abduxit.

MEDIOMATRICI

MEdiomatrici qui & Mediomatrices, populi ſunt Metenſis diœceſeos, qui hodie ex magna parte Vueſtrichi dicuntur, nouo ueterũ Francorũ & Alemannorũ uocabulo, quod uerſus Occidentale regnum porrigantur, oppoſiti Oſterichis, quos Auſtraſios eadem gens appellauit, ut Germanis ſolẽne eſt à uentis indere locis & etiam populis nomina. Sic enim à Quadis tandem occupatam Pannoniam primam Auſtriam puto uocatam, quam illi ſæpius incurſarunt autore Marcellino ueluti uicini, Danubioq; flumine tantum dirempti. Et notum eſt Nortmannorum nomen. Mediomatricorũ caput erat Diuodorum, cuius Antoninus Aug. Corn. Tacitus, & Ptolemæus meminerunt. Sed hoc ſcire debet ſtudioſus, ut in Rauricis antè monuimus, populorum appellationes urbibus ipſis poſterius tributas, ſic Remorum, Nemetum, & Vangionum uocabulis, Du-

rocot-

rocottorum,Neomagus,pro quo Spiram hodie habemus,& Borbe tomagus, ſiue,ut nunc dicunt, Vuormacia accipiũtur.Pro Diuodoro Mediomatricos uſurpant.Idem in alijs fit.Quòd niſi quis hoc obſeruet,fruſtra leget Ptolemæum,apud quem primò populus nominatur,deinde ſubduntur oppida,quorum tamen pauca reperias hodie populorũ uocabulis nõ nominata,proprijs appellationibus penitus abolitis.Nam quotus quiſq; eſt qui Atuacum intelligat,quum Tungros norint omnes?Iulianus Cæſar poſt Argentoratenſem pugnam humatis occiſorum Alemannorum corporibus, & abſolutis eiuſdem populi legatis,ad Tres tabernas reuertit. & ulterius prædã cum captiuis omnibus Mediomatricos,ſeruandam ad reditum uſq; ſuum,duci præcepit.Autor Marcellinus in initio libri decimiſeptimi.Idem libro quintodecimo in deſcriptione Galliarum: Poſt has, Germaniam primam uidelicet & ſecundam,Belgica prima Mediomatricos,inquit,prætendit,& Treueros, domiciliũ principum clarum.Annotauit Cornelius Tacitus,quod quũ Aulus Vitellius Fabium Valentem Ducem ex inferiori Germania,nam apud Agrippinenſes agebat,cõtra Galbam primum,mox Othonem itinere Gallico mitteret uerſus Coctianas Alpes (codex impreſſus mendoſe cottidianas,habet) quibus tranſiturus eſſet in Italiam,& ille è Treueris ueniſſet Mediomatricos,ac ibi Panicus quidam terror milites corripuiſſet,cæſa fuiſſe Diuodurenſium quatuor millia,priuſquàm furor militaris compeſci poſſet. Sed libet ipſius Taciti uerba apponere,è libro decimoſeptimo hiſtoriæ Auguſtæ. Diuoduri, inquit, Mediomatricorum id oppidum eſt, quanquam omni comitate exceptos, ſubitos pauor terruit, raptis repente armis ad cædem innoxiæ ciuitatis, non ob prædam aut ſpoliandi cupidinẽ, ſed furore & rabie & cauſis incertis, eoq; difficilioribus remedijs, donec precibus Ducis mitigati ab excidio ciuitatis temperauere. Cæſa tamen ad quatuor millia hominum. Rurſus apud eundem Tacitum, legiones à Noueſio Bonnaq; in Treuiros traductæ, Tullij Valentini declinaturæ furorem in Mediomatricos ſociam ciuitatem diſcedunt, ac mox per Petilium Cerealem ad expugnandum Rigodulũ oppidum propinquum Confluentibus euocantur.Apud Cæſarem in ſeptimo Commentario Galli cuiq; ciuitati certum numerum imperantes,Mediomatricis octona millia imperãt.Porrò nihil dubitationis habeo Mediomatricorum ditionem olim Rhenũ attigiſſe,ut intelligamus Nemetum fortaſſis,aut etiam Vangionũ fines partim illis fuiſſe ſubiectos,nimirum quum ualidiores eſſent res Gallorum, & priuſquàm Germania prima & ſecunda ad ripam Rheni in Gallia conſtituerentur,id

Taciti locus

tur,id quod poſt Iulium Cæſarem factum eſt.Imò priuſquàm Vangiones,Nemetes,& Triboci è Germania traiecto Rheno huc immigraſſent.Necꝫ enim aliter Cæſarem defendi poſſe uideo,qui uetuſtatem ſpectans ſcribat Rhenum ex Lepontijs ortum lõgo ſpacio per fines Nantuatium,Heluetiorum,Sequanorum,Mediomatricũ, Tribocorum,& Treuerorum citatum ferri,niſi Mediomatricum uocabulo Rheni accolas intelligamus illorum imperio ſubiectos, quemadmodum per Sequanos Raurici inferiores innuuntur, quibus hij ſuberant,& Treuirorum nomine homines Treuerenſis diœceſeos ad Rhenum habitantes circa Cõfluentes & Bodobrigam,quam hodie Boppardiam dicimus. Vnde rurſus colligere licet,Sequanorum Mediomatricorum,ac Treuirorum potentiam multo maximam olim fuiſſe,& Mediomatricos quantum ad ditionis amplitudinem attinet,Treuiris pares. Atcꝫ id ante prouinciarũ cõſtitutionẽ,& Germanorum immigrationes. Putant quidam Mediomatricos dictos quòd medij ſint inter Treueros & Leucos,& Metim à Metio quodam uocatam,de quo extent huiuſmodi uerſiculi in Catalogo Mediomatricenſium Epiſcoporum.

Tempore quo Cæſar ſua Gallis intulit arma,
Tunc Mediomatricam uicit Metius urbem.

Sed poſſet hoc carmen alicui fratrale uideri,& habet ubicꝫ uulgus fabulas ſuas. Mihi magis uidetur,longum & tantum nõ ſeſquipedale Mediomatricorũ uocabulum in Metis à uulgo breuitatis cauſa poſterioribus ſyllabis amputatis quaſi dicere uoluerit Medis. Sic Trecaſſes uulgus eruditorũ hodie Trecas uocat,& Nouiomagũ in Neruijs Nouiomum.In ſcripto codice De inſignibus magiſtratuũ Romanorũ,ubi legitur,Sub diſpoſitione uiri illuſtris Comitis ſacrarũ largitionum,Procuratores gyneciorum, Auguſtuduno, translatumentis:puto legendum,translata Metis.Nam arbitror hanc uocem barbarius uſurpatam à uulgo Gallorum Romanenſi lingua utentiũ, ut Pariſius in eodem libro ſcriptum inuenio.

Libri de inſig. mag. Rom.locus

TREVIRI

TReuiri ſunt qui hodie cis Rhenũ Treuirenſem archiepiſcopum agnoſcunt. Horũ fines olim Rhenũ attingebant & etiamnũ attingunt. Vnde Cæſar illos Rheno proximos eſſe ait. Treuirorũ ciuitas eodẽ autore lõge plurimũ totius Galliæ equitatu ualebat, magnaſcꝫ habebat copias peditum. Põponius Mela clariſſimos Belgarum tradit eſſe Treuiros,& horũ opulentiſſimũ oppidũ Auguſtam Treuirorũ uocari,cuius & Ptolemæus meminit. Corn. Tacitus coloniam Treuirorũ ſubinde nominat. Scribit Cæſar Treuirorũ ciuitatem

tatem propter Germaniæ uicinitatem, cottidianis exercitatam bellis, cultu & feritate nō multum Germanis abſimilem fuiſſe, necꝗ imperata unquam niſi exercitu coactam, feciſſe. Eburones & Cōdruſones Treuirorum clientes erant, quemadmodū Geneuenſes hodie & Mulhuſij Heluetiorū. Sic in clientela Heduorū multæ gentes erant. Quum in Aureliani locum Tacitus omnium imperatorum modeſtiſſimus ſuffectus eſſet, ſcripſit ſenatus Romanus ad pleraſꝗ prouinciarum ciuitates & inter has etiam ad ſenatum Treuirenſem, ius eligendi Cæſaris ipſis redditum, & licere iam ad Præfectū urbis prouocare à Procōſulibus & ordinarijs iudicibus. Exemplum eius epiſtolæ eſt huiuſmodi,

SENATVS ampliſſimus, curiæ Treuirorum.

Vt eſtis liberi, & ſemper fuiſtis, lætari uos credimus. Creandi principis iudicium, ad Senatum redijt. Simul etiam Præfecturæ Vrbanæ appellatio uniuerſa decreta eſt. Ex Fl. Vopiſco. Quæ de Trebeta Auguſtæ Treuirorum conditore & de eius uetuſtate quidam afferunt, ut Taciti uerbis utar, neque confirmare argumentis, neque refellere in animo eſt. Scio hoc ineſſe Chronicis monachalibus. & multa licēt uetuſtati, in quam inquirere ſane nephas iudicatur. Habuerunt Romani poſterioribus temporibus Præpoſitum theſaurorū apud Treuiros, Procuratorem monetæ, Procuratorem Gyneciorum Belgicæ ſecundæ, & Præpoſitum Branbarbaricariorum ſiue argētariorum, quemadmodum indicat liber De inſignibus magiſtratuū Romanorum. Præterea Treuiris erat fabrica ſcutaria baliſtaria que. Tum etiam primæ Belgicæ caput facti ſunt. Vnde metropolitanam eccleſiam habent, Mediomatricis, Leucis, & Virodunenſibus præſidentem, qui inter primæ Belgicæ populos numerantur. Paulini Treuirenſis, metropolitani Galliarum epiſcopi, qui contra Ariãos egregie pugnarit, Theodoritus meminit in hiſtoria quam Tripartitam uocant. Hic exulauit Athanaſius Alexandriuus. Treuiros uocat Marcellinus clarum domicilium principum, aut potius nam corruptiſſimus autor eſt, claros domicilio principum, propterea quod Conſtãtinus illic palatium extruxerit. cuius aliquot ruinæ etiamnum uiſuntur, ubi non hunc modo ſed & inſecutos Cæſares habitaſſe ueriſimile eſt, etiam quoſdam ante Conſtantinū. Nam antiquam eius urbis celebritatem indicat quod curiam habuit, ceu modo diximus, qualis nunc uel apud Dolam in Burgundia uiſitur, uel apud Pariſios in Gallijs. qualem id temporis etiam Aquileia habebat & Mediolanum. Valentinianus Auguſtus hybernauit aliquãdo Treuiris. Gratianus Auguſtus Valentinianum fratrem apud Treuiros agens Au

guſtum dixit. Aetate Luitprādi Ticinēſis qui ſub Othone Auguſto eius nominis primo ſuam hiſtoriam abſoluit, Treuirorū tractus uidetur Lotharingię fuiſſe attributus. Nam ſic inquit ad calcem fermè libri, Quum hæc epiſtola in ſancta ſynodo legeretur, aduenerūt qui prius defuerūt religioſi à Lotharingia, Henricus Treuirenſis Archiepiſcopus, & cætera. Sanè totam fermè Lotharingiam Treuirenſis eccleſia ſub ſe habet. Nam & Tullenſis epiſcopus, Metenſis, & Virodunenſis Treuirenſem agnoſcunt, ut ſupra diximus. Vrbem Treuirorum Auſonius Burdegalenſis hoc epigrammate celebrauit.

Armipotens dudum celebrari Gallia geſtit,
Treuericæq́ urbis ſolium, quæ proxima Rheno
Pacis ut in mediæ gremio ſecura quieſcit,
Imperij uires quod alit, quod ueſtit, & armat.
Lata per extentum procurrunt mœnia collem.
Largus tranquillo prælabitur amne Moſella
Longinqua omnigenæ uectans commercia terræ.

Significat autem non ſolum fabricam armorum illic fuiſſe, quemadmodum ante meminimus, ſed etiam ueſtiariam. porrò Treuirorum uicus eſt Ambiatis non procul à Confluentibus. Plinius Secundus, autore Suetonio Caium Caligulam in Treuiris genitū ſcribit uico Ambiatico ſupra Confluentes, atq; ibi pro argumento aras oſtendi inſcriptas,

OB AGRIPPINAE PVERPERIVM

VBII

VBij ſunt quos cis Rhenum diœceſis archiepiſcopi Colonienſis complectitur. Agrippina Auguſta, inquit Tacitus libro duodecimo, quo uim ſuam ſocijs quoq; nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum in quo genita erat, ueteranos coloniamq́ deduci imperat, cui nomen inditum ex uocabulo ipſius. Ac forte acciderat, ut eam gentem Rheno tranſgreſſam auus eius Agrippa in fidem acciperet. Bataui Claudio Ciuili Duce, quū aduerſum Romanos & Treuiros rebellarent, ac trāſito Moſa Menapios & Morinos extremaq́ Galliarum quaterent, nullos peius tractarūt quàm Vbios, quod hij genus Germanicæ originis eiurata patria, Romanorum nomine Agrippinenſes uocarentur. Hij nimia erga Romanos fide tum diſperſos in domibus Germanos partim trucidauerunt, partim largis epulis uinoq́ ſopitos, clauſis foribus igne iniecto cremarunt. Ex Tacito. Colonia Agrippinenſis ſecundæ Germaniæ ſiue inferioris caput eſt. Marcellinus: Secunda, inquit, Germania ab Occidentali exordiens cardine, Agrippina & Tungris munita ciuitatibus amplis &

copioſis,

copioſis. Tradit Tacitus Agrippinenſes puduiſſe Germanicæ originis, quũ inquit in De moribus Germanorum: Vbij quidem quanquam Romana Colonia eſſe meruerint, ac libentius Agrippinenſes cõditoris ſui nomine uocentur, origine erubeſcunt, tranſgreſſi olim, & experimento fidei ſuper ipſam Rheni ripam collocati ut arcerent, nõ ut cuſtodirentur. Victorinus inter triginta tyrannos, qui Gallieno principe inualuerunt quintum obtinens locum, quũ omnes militum & militariũ uxores permoleret, à quodam actuario cuius uxorem ſtuprauerat, facta cum militibus conſpiratione apud Agrippinam confoſſus eſt. Et huius filius Victorinus qui ſub mortem à patre & auia Victorina Cæſar fuerat appellatus, ibidẽ à militibus mox eſt occiſus. Proinde circa Agrippinã extant ſepulchra breui marmore impreſſa humilia, quorum alterum ſic inſcriptum eſt,

HIC DVO VICTORINI TYRANNI SITI SVNT

Autor Trebellius Pollio. Proculus & Bonoſus, ut Fl. Vopiſcus prodit apud Agrippinam in Gallia imperium arripuerunt, occupatisq; mox Britannijs, Hiſpanijs, & Braccatæ Galliæ prouincijs Germanorum auxilio ſunt ab imperatore Probo ſuperati. Apud Agrippinam nobilem Galliæ coloniã Traianus imperator factus eſt. Apud Cæſarem in fine primi libri Commentariorũ aduerbiũ ubi, poſitum legitur pro Vbij, uerbo ſenſerunt perperam inſulto, hoc modo: Quos ubi qui proximi Rhenum incolũt perterritos ſenſerunt inſecuti, magnum ex his numerũ occiderunt. Tu ſcribe, Quos Vbij qui proximi Rhenũ incolunt perterritos inſecuti, magnũ ex his numerũ occiderunt. uerbo ſenſerunt, exempto.

DIVITENSE MVNIMENTVM

IMp. Cæſ. M. Fl. Val. Conſtantinus Diuitenſe munimentũ in terra Francorũ erexit, in ripa Rheni Germanica. nam lapideam tabulam quæ hoc indicaret illic aliquando repertam, autor eſt Rupertus ille Tuitienſis qui tot cõmentarios in ſacras literas conſcripſit. Quo nos ſupra argumento Frãcos ex maritimis accolas Rheni factos probauimus. Hodie uulgus eruditorũ Tuitiũ appellat, contra Agrippinenſem Coloniam ſitũ. Ab hoc præſidij loco, milites Diuitenſes nomen traxere, quorũ Ammianus meminit lib. XXVII. Adſcito in ſocietatem, inquit, laboris Seueriano itidem comite inualido & longæuo, qui apud Calidona Diuitenſibus præſidebat, etiam tunc Græcanis. Hæc ille. Solebant autem milites alicunde natũ nomen ſeruare, etiam alibi militantes. Nam liber uetus de Præfecturis Romanis, oſtendit Diuitenſes Gallicanos ſub magiſtro militum per Thracias meruiſſe. Similis appellationis fuere Solenſes, Fortenſes, Stobenſes

ſes, Auguſtenſes, & Daphnenſes. Diuitenſe munimentũ poſteriori bus ſeculis in uſum cœnobij monachis Benedictinis ceſſit. Vide nũc quàm uera ſint quæ uulgo de Tuitio narrantur, quũ ipſum loci nomen hactenus nemo ſciuerit.

MARCODVRVM

MArcodurũ uicus eſt Vbiorum, hoc eſt, Agrippinenſiũ, hodie Duram uocant, ubi diuæ Annæ numen adoratur. Eius diuæ caput oſtentant, quod ex adytis templi ſancti Stephani Maguncia cenſis, ubi negligentius colebatur, per lapidarium opificem furtim ſublatum, illic inſignia ac innumera miracula ædere creditur. Magna pecunia Romæ eam ob rem delitigata eſt, dum illi repoſcunt ablatum, hij uero reſtituere nolunt. In uico Marcoduro cohortes Agrippinenſium cæſæ ſunt à Batauis, quia procul ripa aberant. Autor Tacitus lib. xx.

ALISO

ALiſo ueteris Germaniæ caſtellum eſt, adpoſitum Luppiæ flumini, ceu uidetur. Quum id obſideretur à Germanis, eò duxit ſex legiones ipſe Germanicus Cæſar. ſed huic obſeſſores copiam pugnæ non fecere, ad famam aduentus eius dilapſi. Ipſe uero cuncta inter caſtellum Aliſonem ac Rhenũ nouis limitibus aggeribusq́ permuniuit. Autor Tacitus. Scribit Velleius Paterculus L. Cæditium præfectum caſtrorum, & alios quoſdam Romanos Aliſone immenſis Germanorum copijs obſeſſos fuiſſe, quum in Teutoburgienſi ſaltu Varus Quintilius fuit peremptus, ſed tamen ferro ſibi ad ſuos peperiſſe reditum.

TAVNVS

HIc mons uicinus eſt Catthis in ueteri Germania. Tacitus libro primo hiſtoriarũ Aug. de Germanico loquẽs: Poſitoq́, inquit, caſtello ſuper ueſtigia paterni præſidij in monte Tauno expeditum exercitum in Chattos rapit. Idem rurſus libro duodecimo, Et præda, inquit, famaq́ onuſti, ad montem Taunũ reuertuntur, ubi Pomponius cum legionibus operiebatur, ſi Chatti cupidine ulciſcendi caſum pugnæ præberent, quanquam uulgo Taurum legitur pro Taunum. Pomponius Mela ſcribit Taunum altiſſimum eſſe Germaniæ montium, ac Rheticonem. Porrò notus eſt hodieq́ Chattorum fluuius Adrana, cuius Tacitus meminit libro primo. Sed Chattis, inquit, adeo improuiſus aduenit, ut quod imbecillum ætate ac ſexu ſtatim captum, aut trucidatũ ſit, iuuentus flumen Adranam nando tranſmiſerit.

SEPTEM OPPIDA GERMANIAE PROVINCIALIA APVD MARCELLINVM

OPpida à Francis indubie exciſa ſed reparata à Iuliano cum Horreis ubi condi poſſet annona à Britannis ſueta transferri, Marcellino recenſentur lib. XVIII. ſupra Agrippinam coloniam, Bonna, Antennacum & Bingiũ, infra Noueſiũ, Vſtriceſiũ ſiue Vtriceſium, Quadriburgiũ, & Caſtra Herculis. quanquam ſcriptura apud Marcellinũ prorſus eſt uitiata. Videtur autem Vtriceſiũ eſſe quod ſermo uernaculus Vtrechtum appellat. Nam alterius Traiecti meminit etiam Itinerariũ quod Antonini Aug. titulo circumfertur. Id reperio Vuilteburgum fuiſſe dictum, à Francis ut ſuſpicor.

GESSORIACVM

DE hoc uariæ ſunt coniecturæ. Sed tollit omnem nobis ambiguitatem charta militaris quam apud Chunradũ Peutingerũ noſtrum Auguſtæ uidimus. In qua ſic ſcriptum, Geſſoriaco, quod nũc Bononia. Maritimam autem Bononiam intelligit. Cuius mentionẽ facit libro uigeſimo Marcellinus, apud quem corrupte Bonna legit̃. De Lupicino loquens quem Iulianus Cæſar in Britannias cõtra Scotos & Pictos mittebat. Adulta hyeme Dux, inquit, antedictus Bononiam uenit, quæſitisq́ nauigiis, & omni impoſito milite, obſeruato flatu ſecundo uentorum, ad Rutupinas ſitas ex aduerſo defertur, petitq́ Lundonium. Sic enim legendum pro Lugduno, ut exinde ſuſcepto pro rei qualitate conſilio, feſtinaret ocyus ad procinctũ. Rurſum meminit eius Bononiæ lib. XXVII. item Lundonii eodem loco. Tendentesq́ ad Lundonium, inquit, uetus oppidum, quod Auguſtam poſteritas appellauit.

GVNTIA, AC GVNTIENSIS TRANSITVS

OPpidum & fluuius eſt Rhætiæ primæ Guntia. Alemanni qui prouinciam eam occupauere, Guntzeburgũ appellarũt. Liber de Magiſtratibus Romanis, ubi de Duce Rhætiæ primæ & ſecundę agit, inter loca præſidiorum, Guntiam habet depictam. Et addita annotatio demonſtrat præfectum militum Vrſarienſium ſtatiua ſua apud Guntiam habuiſſe. Sic Auguſtanis, hoc eſt apud Auguſtam erant, equites Stableſiani Seniores. Apud Gũtiam tranſitus erat Danubii, qui Guntienſis Panegyriſtæ dicitur. Sic enim ad Maximianum Aug. ille, Et à ponte Rheni, inquit, uſq́ ad Danubii tranſitum Guntienſem deuaſtata atq́ exhauſta penitus Alemannia. Loquitur autem de ponte Maguncіacenſi. Meminimus de hoc ſupra libro primo. Habet autem hodieq́ pontem Guntia, quo Danubius tranſiri poteſt. In uulgato Panegyriſtarum uolumine perperam

legitur Continenſem pro Guntienſem. In itinerario ſuo Gũtiam nõ omiſit Antoninus Aug.

BRAGODVRVM

IN Rhẹtia prima ſub Danubio ponit Bragodurũ Ptolemæus. Suſpicor eſſe Roccenburgũ. Quæ ſi uera coniectura eſt, uidimus nuper Bragodurũ & Bragodurenſe nemus ex Boieris uenientes, Vlmam Landeberga profecti.

CASTRA AVGVSTANA, CASTRA PHEBIANA, CASTRA REGINA.

LIber Præfecturarũ Romanarũ oſtendit Ducem Rhætiæ primæ & ſecundæ uirũ ſpectabilem, Auguſtanis habuiſſe equites Stableſianos ſeniores. Iuniores, Febianis. Per Auguſtana caſtra Auguſtam accipio, quam primariam Rhætiæ ſuperioris urbem fuiſſe non ambigo, Ducis utriuſq; Rhætiæ domiciliũ, ut apparet. nam commodiſſimo loco ſita erat. Veterem uero dignitatem etiam amiſſa prouincia retinuit. Siquidem Alemanniæ metropolis poſterius dicta eſt, quando hæc gens primam Rhætiam occupauit. Cæterũ Phebiana caſtra arbitror Alemãnis in Bebenhuſiũ uerſa. Apud Cl. Ptolemæũ Pheniana legimus: Puto Gręco homini impoſuiſſe V pro B ſcriptũ, quod ille N eſſe cenſuerit. Nam in libro quem modo citaui, integra ſcriptura bis legit̃, Febianis, in ablatiuo, ſubauditur caſtris, aut ſimile quippiam. Caſtrorũ Reginorũ ibidem fit mentio. Libenter dicerem ab hijs nomen eſſe nactũ Reginoburgũ, niſi Regium adhuc ſupereſſe dicerent, ſed alio loco.

CASSILIACVM

CAſſiliacum Rhætiæ primæ locũ, quod hic habitaſſent Romani milites, Romakeſſel appellarũt occupatores Alemãni. In libro Præfecturarũ Rom. inuenio præfectũ legionis tertiæ Italicæ Campoduni, illic legit̃ Cãbidano, locatũ fuiſſe, pro parte media prætẽdente à Vimania Caſſiliacum uſq;.

POETOVIO

NOricorũ oppidum eſt Pœtouio hodie Stiris attributũ, uulgus Pœtouiam uocat. Extant illic Romanorum inſcriptiones innumeræ quæ declarant loci tum frequentiam tum celebritatem. Fuerunt autem illic Caſtra Romanorum, quod ibidem docet huiuſmodi inſcriptio.

IVLIAE AVG. MATRI CASTRORVM POETOVIENS.

Autor Tacitus lib. XIX. hiſtoriæ Auguſtæ, Duces Flauianarũ partium Pœtouionẽ in hyberna XIII. legionis cõueniſſe, cõſultaturos expediret ne magis obſtrui Pannoniæ alpeis dum expectantur auxilia Mœ=

xilia Mœſicæ uidelicet legiones,an ire cõminus & in Italia cum Vi-tellianis cõfligere. Apud Pœtouionem in Norico Gallus Cæſar qui cum Conſtantio Aug. regnabat,in Palatio quod extra muros eſt à Barbatione Comite,Conſtantij Imp. iuſſu obſidetur, & exutus re-gijs indumentis & communi paludamento tectus, priuato carpen-to ad Hiſtriam prope oppidum Polam ductus eſt. Narratur Marcel lino lib. XIIII.

SOLICOMMVM

FRagmenta penes me ſunt uigeſimi ſeptimi libri hiſtoriæ quam Ammianus conſcripſit. in his alicubi narratur Valentinianus Aug. cum Gratiano F. Cæſare tranſiſſe Rhenum ut Alemannos e-domaret. nam iam Vindicabius Vadomarij illius Alemannorũ re-gis F. qui nullo genere potuit unquàm à Romanis ſuperari, fraude proprij miniſtri precio corrupti ceciderat. Itaq; terras Alemannorũ per aliquot dies uaſtauit Romanus miles & pugnæ copiam nullus hoſtium faciebat. Poſt hæc inquit, leni greſſu Princeps ulterius ten-dens, quum prope locum ueniſſet cui Solicommo nomen eſt, uelut quodam obice ſtetit, doctus procurſantium relatione ueriſſima, Bar baros longe conſpectos qui nullam ad ſalutem tuendam uiam ſuper eſſe cernentes, niſi celeri defendiſſent occurſu, Vnde locorum graui tate confiſi, unum ſpirantibus animis, montem occupauere præcel-ſum, per confragoſos colles undiq; præruptũ & inuium, abſq; Sep-tentrionali latere, unde facilem habet deuexitatẽ & mollem. Hacte-nus Marcellinus, Conijcio locum hunc Hercyniæ ſyluæ confinem eſſe circa Heidelbergam. Nec conſtat an fortaſſe legendum ſit, Viſo licon nomine. Nam Bilicon nouimus. Sed deſcriptio montis curio-ſum nonnihil adiuuabit. Arbitror autem Valentinianum Aug. ex Treueris uenientem apud Maguntiacum in Alemanniam traieciſſe quæ inter Mœnum amnem, Rhenum & Danubium id temporis cõ tinebatur. Certe Treueros rediſſe prodit Ammianus.

DE NOMINIBVS PROPRIIS VETERVM GERMANORVM

GErmani ueteres elegantiſſime compoſitis ſe nominibus appella bant, quæ tamen ob uariatã paululũ ſcripturam etiam hodie pe ritus huius linguæ nõ intelligat. Nã quotus quiſq; nouit Philibertũ eũ eſſe propriè quẽ Græci πολύφημον uocãt, Pharamundũ à ueritate oris nomen habere, Chilpericum ab auxilij copia, à gloria ſtrenuita tis Dagobertum, Grimoaldũ à ſæua poteſtate, Romoaldum à plau-ſibili, deniq; à precioſo theſauro Bertradam? Verum ſi ſcriberemus Villibrech-

Villibrechtum, Vuaramundũ, Hilfrichum ſiue Hilperichũ, Thegabrechtum, Grimuualdum, Ruomuuldum, ac Vuerthradam, nomen bonæ mulieri conuenientiſſimum uelut eſt & Vaſtrada, nemo non intelligeret Germanice peritus. Sit autem & Vuol, fardi uocabulũ hoc eſt eius cui res recte ſuccedit, aut qui feliciter pergit, in Vuolfhardum mutatur, & Vuolradi in Folradum. Nemo Lambertum intelligit, nemo Agaricum, at Laymbrechtum ſiue Landtbrechtum & Ackerrichum omnes. Quis uero credat Theutuualdum ſignificare diuinam potentiam ſiue deum eſſe potentem, Thietrichũ, diuinam copiam, Theutbrechtum diuinam gloriam ſiue deum eſſe gloria plenum, niſi cognoſcat, Theut, Thiet, ſiue Diet Gotthis eſſe deũ, quod uocabuũ ſcribæ ſemper uerterunt in θεὸν Græcam dictionem. nam Thiedonem ſiue Diedonem, uocarunt Theodonem quem Alemanni Gotzonem dixerunt, ut & pro Thietuualdo ac Theutbrechto Gotzuualdum atq; Gotzbrechtum. Rurſus ſciendum Anſes ob uictoriam Gotthis proceres ſuos fuiſſe uocatos quaſi ſemideos, unde Anshelmi uocabulum, & Anſegiſi, quod nomen quum uulgus Angiſum proferret & addita aſpiratione Anchiſum, exteri putarũt Anchiſem illum Troianum Æneæ patrem ſignificari. Siquidem hoc uocabulo fuit inſignitus Arnulfi cuiuſdam filius qui in Gallia ſub rege Hildebrechto ſiue Luithario ni fallor, titulo Maioris domus quem Franci ceu eſt ueriſimile, Huſmerũ appellabant den Huſmeier, nam Meier in maiorem uerterunt ſcribæ, totum regnum adminiſtrabat. Sic enim Paulus Diaconus ſcribit, Hoc, inquit, tempore apud Gallias in Francorum regno Anchis Arnulfi filius, qui de nomine Anchiſis quondam Troiani creditur appellatus, ſub nomine Maioris domus, gerebat principatum. Hæc ille. Leges quaſdam regũ Francicorum, in unũ uolumen collegit Anſegiſus abbas in Gallia, quemadmodum addita præfatio declarat, Hinc etiam Ansbrechtus nomen habet, & Anſuualdus quem politiores Anſoaldum appellant. Giſus uero quæ eſt altera Anſegiſi pars cũ multis cõponitur, ut Giſulphus, Giſſebrecthus in principio, in fine Vuiligiſus. Meier ſignificabat ueterib. præfectũ quemadmodũ adhuc eſt in uſu quibuſdã nationibus ceu Saxonib. Anglis, & Scotis, qui omnes olim Vigeuones hoc eſt inſulares & maritimi fuere non ſecus ac ipſi Franci. Itaq; Luitmeier eſt populi præfectus quem Gallicorũ annalium ſcriptores in Lodomirim & poſtea Clodomirim uerterunt. Marcomerem Francorũ regem priuſquam in Galliam tranſirent, habes apud Claudianum. ſic enim legendum primo libro docui. Huius appellationis ſunt Ricimer, Vuilimer qui Paulo Diacono Bilimer, Gilimer,

Vualdo-

Valdomiris qui & Baldomerus, Teutomares apud Marcellinum, apud Tacitũ Catumerus re & nomine Cathorum princeps. Alemannorum ſiue Sueuorum lingua quæ craſſior eſt uelut Heriuonũ hoc eſt eorũ qui interiora Germaniæ loca quondam incoluerint, mayer uocat, hinc habes Vadomarium, Sunomarium, Chonodomarium, der kuen ſiue Schon Otmar, ac ſimilia regum nomina apud Marcellinum. Fictitius ille Beroſus qui certe fragmentis Beroſi ueteris quẽ Plinius & Ioſephus citant, ſua aſſuit ſomnia, ſi nõ totum ſub alieno titulo librum contexuit, is inquam Mancalei temporibus ſcribit apud Celtas regnaſſe Lugdum, à quo prouincia & homines cognomenta ſumpſerint. Huiuſmodi reges ille comminiſcitur quoties opus eſt, Catalaunum, Remum, Aruernum etiam nominaturus ſi locus requirat, & ita ueniat in mentem. Eſt autem Lugdunum non à Lugdo dictum, ſiquidem dunum talis eſt adiectio qualis apud Germanos Bergum uel Burgum. aiunt enim dunum ueteri Gallorum lingua montem ſignificare. ut nihil ſit aliud Auguſtudunum quàm Auguſti mons. Sed audi quo pacto Beroſum interpretetur Ioannes Anius, ſic ſcribens, Quod uero ait ab eo cognominatam fuiſſe totam prouinciam & homines, ita intelligendum eſſe exiſtimo, ut prouinciam intelligat totam partem Lugdunenſem, homines autem Lugdouicos dictos quos poſtea g ablata Ludouicos dixerunt. Hæc Anius. Vide hominis iudicium qui putet Ludouicorum nomen tam antiquum ut etiam apud uetuſtiſſimos Celtas in uſu fuerit. quod tamen in Gallia auditum nõ eſt priuſquam huc immigraſſent e Germania Franci. nam quod quidam Litauicum apud Iulium Cæſarem Ludouicum eſſe putant, neſcio an fidem apud omnes mereatur, niſi quod nomina propria uidemus etiam hodie diuerſiſſimis populis eſſe communia, alienaq; pro gentilibus interdum uſurpari. Ludouicus Germanicæ compoſitionis uocabulum eſt ſignificans præſtantiſſimum populi ſiue populis ualentem. nam Luit populus eſt, & uuich homo ſtrenus in bonam ac malam partem, quemadmodum etiam ſchalcus uſurpatur, ut Dietſchalcus qui & Gotſchalcus, atq; Marcſchalcus, equorum magiſter, à Marca quod equum ſignificat quem hodie Mareſchalcum dicimus. A uuicho habes Radeuuichum qui conſilio præſtat, Altuuichum, Vualduuichũ qui & Balduichus ſicut pro Vualduuino Balduinus & Vuiliuualdo Bilibaldus, & nomina ſimilia. Porrò nemo mirabitur talia Beroſi figmenta qui ſciat apud eundem legi, quo tempore Latinis Aſcanius imperarit, Francum ex Hectoris filijs Celtarum fuiſſe principem. Vbi interpres Anius, Aſſerunt, inquit, eũ eſſe à quo primo

Franciæ

Franciæ nomen. Hæc ille. Quis uero de Franco iſto quicquam apud ullum unquam autorem legit? Cōmentum eſt impoſtoris. Proinde ſciant ſtudioſi in hijs quæ è Diodoro ſumere potuit atq; alijs ſcriptoribus antiquis Beroſus iſte, eſſe quæ probari poſſint. uerū in ijs quæ uel ad Hiſpaniam, uel Galliam, uel Germaniam pertinent, impudentes plerunq; fabulas tradi. nam de his regionibus teſte Ioſepho aduerſus Apionem prorſus nihil ſciuere Græci, multo minus Chaldæi Ægyptijq́;. Hinc Stephanus Parthenium Phocenſem citat autorem, qui tradat, Francos Italiæ gentem eſſe prope montes quibus Alpibus nomen. Enimuero Francorum nomen qui inter Chaucos tamdiu latuerūt, etiam apud Germanos ueteres minus celebre fuit, ignotum Gallis priuſquam incurſionibus primum, deinde tranſmigratione cum liberis & uxoribus ea gens Gallis innotuiſſet. Tum annotatum eſt à Græcis φϱάγγους εἶναι γεϱμανοὺς ἢ γεϱμανικούς. Et à Procopio ſcriptum atq; repetitum Nicephoro Germani, inquiunt, qui hodie Franci dicuntur. Similem fabulam aſinus iſte Cumanus ſubdit poſtea. nam quum ſciret Bononiam urbem eſſe in Italia, poſt Felſinum agit regnaſſe regem alterum cui nomen fuerit Bon. quum omnes ſciant Bononiam dictam quaſi Boioniam à Boijs Gallorum gente quæ olim trans alpeis eſt profecta cis Apenninum conſidens, non à Bone rege. Eadem ratione potuiſſet plures fingere, Florentiū à Florentia, à Piſa Piſim, à Parma Parmen. Quod ſi poſt Lugdū apud Celtas defuiſſet regis nomen, ſcis quem erat ſubſtituturus? Viennum, à quo Viennenſis Gallia. Sanè quæ de Sarrone & Bardo refert, quis non uideat à Diodoro mutuatum eſſe. Nec alios uero Germanorū reges enumerat quàm quos Taciti libellus ſuggeſſit, Tuiſtonē quē tamen Sarmatarum regem facit, Mannum huius filium, ex hoc natos Vigeuonem, & Heriuonem. nam Iſteuonem neſcio quā ob cauſam omiſit, deinde Marſum, Gambriuium, Sueuum, atq; Vandilū. nam hos recenſet hoc ordine Tacitus. Apud quem quia mox legitur, Fuiſſe apud eos & Herculem memorant, etiam ex Hercule facit regem, ſed addito cognomine quod poſterioribus ſeculis natū eſt. Alemannū enim uocat. Vnde liquet impoſtura quæ ſe tandem prodit. nam priora nomina narrationem planè fucauerant, ut autoris antiqui credi poſſet. Sed & in hoc errat, quod Vigeuonem Tuiſtonū omnium regem facere uidetur, qui tantum litoralibus maritimiſq; ac inſularibus imperauit, ſicut Heriuon mediterraneis. ſiquidem horū nominum etymologiam explicuimus huius tertij libri initio. Cæterum nemo putet hęc à me dici ideo quod cupiam priſcam barbariem reſtitui in ſcribendis nominibus iſtis proprijs, ut uidelicet deinceps

pro

pro Leodegario Luitgarium uſurpemus qui Germanis Publium ſignificat, quemadmodũ Adelgarius omnino nobilem, ſed ut ipſorũ nominum cõpoſitiones quæ Germanicæ ſunt aliquo modo ſtudioſis innoteſcant. Et uidebar nihil abhorrens ab argumento operis ſuſcepti feciſſe, ſi hæc indicaſſem. Nec quiſquã uero damnet quod in exponendis Germanicis, uernaculas dictiones in mediũ affero. nam hoc eſt hic ſeruare decorum, quando lingua quæque conuenientiſſime ſeipſam interpretatur. Cuius rei uel hoc ſit exemplum. Anius de etymo Viterbi diſputans, ait Fatium Vbertinum tradere Viterbum dictum quaſi uita herbum uidelicet à delicijs naturalibus, Alium docere ſic appellatum, quaſi ui Tibur hoc eſt paruũ Tibur quod à Tiburtinis ſit conditum, Alium, quaſi ui Thebæ hoc eſt paruæ Thebæ propter Thebanum Herculem conditorem: Reimundum Marlianum putare uocatum, quaſi uitam inermium, quod illuc emeriti milites dimitterentur, Alium, quaſi ui thermulum, propter thermas Etruſcas, Blondum Flauium aſſerere dictum, à ui turrium. Hermolaum Barbarum, à uita Heroum quaſi Vitheroum, Alium, à ui trium urbium. Adhuc alium, à Terobo conditore. Audis uarias coniecturas. Sed tamen ſi quis cõſideret Longobardos fuiſſe Germanos, & uſos lingua Germanica ſemper non ſecus ac ueteres Francos Merouingos atque Carolingos, deinde lecto Deſiderij regis decreto, tria oppida, Longholam, Vetuloniam & Volturnam dictam Etruriam, ſub uno muro cingi, totamq; urbem adiectione ſua Viterbum pronunciari iubentis, credat Viterbũ Germanicam eſſe dictionem quæ nihil aliud ſignificet, quàm amplam ſtructuram, hoc enim Germãis ualet Vuiterbu, non multum ab errabit à uero, propius fortaſſis col limaturus quàm quiſquam eorum quorum opiniones ante retulimus. Neque enim arbitror uel ipſum Deſideriũ Etruſcæ uetuſtatis adeo peritum fuiſſe, uel quenquam in illius aula fuiſſe qui quicquam earum rerum teneret, quas hic docti quærunt, præſertim tam rudi ſeculo, quo hæc ſtructura abſoluta eſt, & nomen impoſitũ. Nam quod addit in decreto, noſtra adiectione, ſignificat appellationem nouam, & Italis forte peregrinam ignotamq;. Mollius autem proferebant poſteriorem dictionem monoſyllabam Langobardi, qui Vigeuonibus olim proximi, poſtea prorſus Vigeuones inſularesq; facti ſunt, quàm Sueui interiores uel Marcomanni uel Nariſci quos hodie Boieros appellamus quidam Bauaros uocant uelut à partim occupatis Auarum ſedibus ſic dictos, nam hi bauu pronunciant, Fecit olim Deſiderius in Italia quod hodie fieri poſſet in Elſatia ſi Carolo Auguſto uel Ferdinando Cæſari luberet tria oppida, Cæſaris mõtem, Amer-

r ſuuilerium

ſuuilerium,atq; Ciensheimum uno muro claudere. Quod uero poſteri nouum urbis uocabulum nõ intelligentes, Viterbum uetus uerbum interpretati ſunt, nihil mirum, maxime quod ad huiuſmodi cõiecturã adiuuaret diuinanteis uerſiculus inſignibus urbis adiectus.
Non timeo uerbum, leo ſum, qui ſigno Viterbum.
Sed hoc carmen illius ætatis eſt, nõ alia de cauſa uerbum habens inſultum, niſi ut finis medio reſponderet. eſt enim leonini generis, quale uidemus in ſigillo Heinrici Aug. eius nominis quarti.
Roma caput mundi, regit orbis frena rotundi.
Et item in Vuormacienſium inſignium titulari inſcriptione.
Digna bona laude, ſemper Vuormacia gaude.

LVTETIA

NOn eſt animus hoc opere externa perſequi. ſed tamẽ in gratiam Pariſienſium apud quos aliquando uixi, libet aliquid uice coronidis de Lutetia adijcere. Hanc Pariſiorum caſtellum uocat Ammianus Marcellinus his uerbis, Matrona & Sequana amnes, inquit, magnitudinis geminæ, fluentes per Lugdunẽſem poſt circumclauſum ambitu inſulari Pariſiorum caſtellũ Lutetiam nomine, cõſociatim meant, meanteſq; protinus prope Caſtra Cõſtantia fundũtur in mare. Hactenus illius uerba retulimus. Vnde liquet Lutetiam exiguũ oppidum olim extitiſſe, quippe quam inſula tam modica totam fuerit complexa. Proinde duæ illæ ciuitates quæ in utraq; Sequanæ ripa ædificatę Lutetianam inſulam cingũt, Suburbana illa ſunt in quibus Iulianus Cæſar quum apud Pariſios ageret, Decentio Tribuno & Notario, electiſſimam Auxiliarium Herulorum, Batauorũ, Tenchateriorum, Celtarum, & Iouinorum manum illac ad Cõſtantium Auguſtum cõtra Parthos bellaturum ducenti, ſalutabundus occurrit, ut eſt apud eundem autorem. Crediderim autem eam urbis partem in qua hodie Scholæ ſunt, altera multo uetuſtiorem eſſe. Quod indicat antiquum illud ædificium hortum penſilem geſtans firmiſſimæ teſtudini ſuperimpoſitũ. Id adhæret nouis ædibus abbatis Cluniacenſis quas ingenti ſumptu proximis annis ædificauit, Romanorum olim principũ hauddubie domicilium. Sed Lutetiam & Sequanam fluuiũ præfluentem elegantiſſime deſcribit Iulianus Cęſar in oratione cui titulus ἀντιοχικὸς ἢ μισοπώγων. Vbi criminationibus quorundam reſpondens qui ipſi cõmeſſationes & uomitus obiecerant, oſtendit qua cauſa ſemel Lutetiæ coactus ſit cibum reijcere, tum uidelicet quum Gallicæ cõſuetudinis impatiens qua cœnacula per fornaces calefiebant, illatis in cubiculũ uiuis carbonibus, eo nidore fermè extinctus eſt. Quæ nos docebit narratio obiter uſum hypocau-

ſtorum

ſtorum qui Germaniæ peculiaris eſt, olim apud Gallos fuiſſe receptiſſimum. Alioqui ſi fumariũ habuiſſet ille locus in quo Iulianus dormiebat, nihil mali ſenſiſſet, & notum eſt quid Græcis ſignificet *κάμινος*. Sed aiunt ueteris architecturæ periti, fumariorum uſum priſcis ignotũ extitiſſe, qui tubulos habebant parietibus inſertos ad cœnacula uel calefacienda uel refrigeranda. Apponemus autem ipſa Iuliani Cæſaris uerba. ſic enim ad Antiochenſeis ſuos loquitur,

Ἐτύγχανον ἐγὼ χειμάζων περὶ τὴν φίλην Λουκετίαν. ὀνομάζουσι δ' οὕτως οἱ Κελτοὶ τῶν Παρισίων τὴν πολίχνην. ἔστι δὲ οὐ μεγάλη νῆσος ἐγκειμένη τῷ ποταμῷ, καὶ αὐτὴν κύκλῳ πᾶσαν τεῖχος καταλαμβάνει. ξύλιναι δὲ ἐπ' αὐτὴν ἀμφοτέρωθεν εἰσάγουσι γέφυραι. καὶ ὀλιγάκις ὁ ποταμὸς ἐλαττοῦται καὶ μείζων γίνεται. τὰ πολλὰ δ' ἔστιν ὁποῖος ὥρᾳ θέρους καὶ χειμῶνος, ὕδωρ ἥδιστον καὶ καθαρώτατον ὁρᾶν καὶ πίνειν ἐθέλοντι παρέχων. ἅτε γὰρ νῆσον οἰκοῦντας ὑδρεύεσθαι μάλιστα ἔνθεν χρή. γίνεται δὲ καὶ ὁ χειμὼν ἐκεῖ πρᾳότερος, εἴτε ὑπὸ τῆς θέρμης τοῦ ὠκεανοῦ, στάδια γὰρ ἀπέχει τῶν ἐννακοσίων οὐ πλείω, καὶ διαδίδοται τυχὸν λεπτή τις αὔρα τοῦ ὕδατος. ἔοικε δὲ εἶναι θερμότερον τὸ θαλάττιον τοῦ γλυκέος. εἴτε οὖν ἐκ ταύτης, εἴτε ἔκ τινος ἄλλης αἰτίας ἀφανοῦς ἐμοὶ τὸ πρᾶγμα ἐστὶ τοιοῦτον, ἀλεεινότερον ἔχουσιν οἱ τὸ χωρίον οἰκοῦντες τὸν χειμῶνα. καὶ φύεται παρ' αὐτοῖς ἄμπελος ἀγαθή, καὶ συκᾶς ἤδη τινές εἰσιν οἳ ἐμηχανήσαντο σκεπάζοντες αὐτὰς τοῦ χειμῶνος ὥσπερ ἱματίοις τῇ καλάμῃ τοῦ πυροῦ, καὶ τοιούτοις τισὶν ὅσα εἴωθεν εἴργειν τὴν ἐκ τοῦ ἀέρος ἐπιγιγνομένην τοῖς δένδρεσι βλάβην. ἐγένετο δὴ οὖν ὁ χειμὼν τοῦ εἰωθότος σφοδρότερος, καὶ παρέφερεν ὁ ποταμὸς ὥσπερ μαρμάρου πλάκας. ἴστε δήπου τὸν Φρύγιον λίθον· ᾧ ἐῴκει μάλιστα τοῦ λευκοῦ τούτου τὰ κρύσταλλα μεγάλα καὶ ἐπάλληλα φερόμενα. καὶ δὴ καὶ συνεχῆ ποιεῖν ἤδη τὸν πόρον ἔμελλε καὶ τὸ ῥεῦμα γεφυρᾶν. ὡς ἐν τούτῳ ἀγριότερος ἦν τοῦ συνήθους, ἐθάλπετο δὲ τὸ δωμάτιον οὐδαμῶς οὗπερ ἐκάθευδον, ὅνπερ εἰώθει τρόπον ὑπὸ ταῖς καμίνοις τὰ πολλὰ τῶν οἰκημάτων ἐκεῖ θερμαίνεσθαι, καὶ ταῦτα ἔχων εὐπρεπῶς πρὸς τὸ παραδέξασθαι τὴν ἐκ τοῦ πυρὸς ἀλέαν. συνέβη δὲ οἶμαι καὶ τότε διὰ σκαιότητα τὴν ἐμὴν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τρόπον ὡς εἰκὸς ἀπανθρωπίαν. ἐβουλόμην γὰρ ἐθίζειν ἐμαυτὸν ἀνέχεσθαι τὸν ἀέρα ταύτης ἐνδεῶς ἔχοντα τῆς βοηθείας. ὡς δὲ ὁ χειμὼν ἐπεκράτει, καὶ ἀεὶ μείζων ἐπεγίνετο, θερμῆναι μὲν οὐδ' ὡς ἐπέτρεψα τοῖς ὑπηρέταις τὸ οἴκημα, δεδιὼς κινῆσαι τὴν ἐν τοῖς τοίχοις ὑγρότητα. κομίσαι δὲ ἔνδον ἐκέλευσα πῦρ κεκαυμένον καὶ λαμπροὺς ἀποθέσθαι παντελῶς μετρίους. οἱ δὲ καίπερ ὄντες οὐ πολὺ παμπληθεῖς ἀπὸ τῶν τοίχων ἀτμοὺς ἐκίνησαν. ὑφ' ὧν κατέδαρθον ἐμπιπλαμένης μοι τῆς κεφαλῆς. ἐδέησα μὲν οὖν ἀποπνιγῆναι. κομισθεὶς δὲ ἔξω, τῶν ἰατρῶν παραινούντων ἀπορρῖψαι τὴν ἐντεθεῖσαν ἄρτι τροφὴν οὔτι μὰ Δία πολλὴν οὖσαν, ἐξέβαλον, καὶ ἐγενόμην αὐτίκα ῥάων, ὥστε μοι γενέσθαι κουφοτέραν τὴν νύκτα, καὶ τῆς ὑστεραίας πράττειν ὅπηπερ ἐθέλοιμι. οὕτω μὲν οὖν ἐγὼ καὶ ἐν τοῖς Κελτοῖς κατὰ τὸν τοῦ Μενάνδρου δύσκολον,

αὐτὸς ἐμαυτῷ πόνους προσετίθην. ἀλλ᾽ ἡ Κελτῶν μὲν ταῦτα ῥᾷον ἔφερεν ἀγροικία. Quorum uerborum hæc eſt ſententia. Hyemabam ego apud adamatam Lutetiam. Sic autem appellant Galli Pariſiorū op-
Lutetia, Pariſiorum ciuitatula pidulum. Haud uero magna eſt inſula in fluuio iacens, qui ipſam in circuitu totam cū mœnibus complectitur. Vtrinque ſunt lignei pon-
Inſula Sequana flu. tes qui ad illam ducunt. Amnis autem raro decreſcit & increſcit, ſed plerumque qualis æſtate conſpicit̄, talis etiam hyeme perdurat, aquam amœniſſimā & limpidiſſimā uel aſpicere uel potare uolēti præbens. Nam illos ut qui inſulā incolāt hinc præſertim aquā haurire oportet. Fit autem illic mitior hyems ſiue ob calorem Oceani. nongentis enim ſtadijs abeſt nec amplius. Ac fortaſſis ipſa aqua tenuem aliquam auram ædit. Videtur autem calidior marina quàm dulcis. Siue igitur hanc ob cauſam ſiue ob aliam aliquam obſcuram mihi, res ita habet, tepidiorem hyemem ſentiunt eum incolentes locū. Prouenitque egregia uitis apud illos, & ſunt iam qui ficus arte & ingenio illic alāt. eas per brumæ tempus ſtipulis frumentarijs & hoc genus quibuſdā quæ noxam cæleſtem arbores lædentem prohibere ſolent, non ſecus ac ueſtimentis integendo. Fuit itaque ſolito ſæuior hyems acri-
Phrygius lapis orque, & fluuius ueluti tabulas marmoreas deferebat. Nouiſtis ſanè Phrygium lapidem, cui propter albedinem præcipue ſimilis apparebat amnis huius glacies ingens & quæ cumulatim una ſupra aliam ferretur. Atque ipſum alueum & fluxum inſtar pontis iamiam aſtricturus erat. Hincque ſolito uiolentior exiſtebat. Porrò cubiculum ubi dormiebam nequaquam calefiebat, quomodo pleraque cœnacula ſub fornacibus illic calefieri conſueuerunt, præſertim quū appoſitū ac inſtructum eſſet ad recipiendū ab igne teporem. Accidit autem, ut arbitror, tum quoque per meam imperitiam, & quod morem illū, ut par erat, auerſarer. uolebam enim aſſuefacere meipſum ad tolerandum cœlū, qui tamen huiuſmodi præſidio opus habebam. Quū autem inualeſceret bruma ac perpetuo ſæuior fieret, nequaque præcepi miniſtris ut cubiculum calefacerent, ueritus ne latentem in parietibus humiditatem commouerem. Cæterū iuſſi ut intro ferrent ignem accenſum & titiones ac carbones claros deponerent omnino pauculos. Hij uero quanquam non multi forent, è parietibus uapores commouerūt. Qua re factū eſt ut obdormiſcerem quū mihi iam caput oppletū eſſet. Equidem futurū erat ut ſuffocarer. Exportatus autem foras quū medici me ſubmonerent, ut reijcerem cibum pauloante ſtomacho commiſſum, qui per Iouem modicus erat, reieci, ſtatimque melius habui, ſic ut mihi nox leuior redderetur, & agere poſtridie poſſem quicquid liberet. Sic igitur apud Gallos a-

gens

gens ego, more Dyſcoli quem Menander inducit, ipſe mihi moleſtias ſuperingerebam. Verum barbaries Gallorum facilius iſta ferebat. Hactenus Iuliani Cæſaris uerba reddidimus. Porrò Lutetiam inuenio Prouinciæ Lugdunenſi Senoniæ quam quidam quartam faciunt attributam, & præfectum claſſis Anderetianorum egiſſe Pariſijs. Ibidemq; & Achoræ, Præfectum Sarmatarum gentiliũ manſitare ſolitũ. Id quod ſub poſtremis Imperatoribus factum eſt.

LIBRI TERTII ET VLTIMI RERVM GERMANICARVM, AVTORE BEATO RHENANO SELESTADIENSI, FINIS.

BEATVS RHENANVS

CLARISS. D. PHILIPPO PVCHAIMERO R. D. CARDINALIS MAGVNCIACENSIS MEDICO ET CONSILIARIO S. D.

COMMENTARII illi in Pliniū, de quibus quū adhuc Auguſtæ eſſemus amicus ad te quidā ex Biturigibus ſcripſerat, & commodū me monuerat Claudius Pius Peutinger, heri, id eſt pridie Calendas Martias primū ad me perlati ſunt. Expectas quid de nouo opere ſentiam, & ꝙ illis bellè mecū conueniat. Accipe rem paucis. In primis ipſum uolumen nō eſt exiguū, ex uarijs congeſtū autorib. q̊d uſui pauperculis eſſe poſſit, qui nō habent Bibliothecā inſtructā, puta Ariſtotelem & Albertū de animalibus, Raphaelē Volaterranū, ex quo integra fermè capita autor tranſcripſit bona fide, hoc eſt, unà cum ipſis mendis ne ſyllaba quidē mutata, Cœliū Rhodiginū, Columellā etiā Palladiumq́ꝫ, & ſimileis ſcriptores. Nam hoc præcipuè habet ſtudio citare teſtimonia autorū qui cū Plinio faciūt, de uerbis ipſis minimū ſollicitus, quod illi penitus puerile uidet. In ſumma liber talis eſt, qui ſi nō magnópere iuuet excitet tamen literas, & Pliniū ipſum uulgo fortaſſis cōmendet, quæ mihi res in primis grata eſt. Nec em̄ tam malignus uiciſſim in illū eſſe uolo, ꝙ ipſe in me eſt. nam candor ſtudioſos maxime decet. Sed hoc mirū, quod quū ex meis caſtigationibus nōnihil ſit adiutus, nuſꝙ tamen mei mentionē facit niſi quoties uult reprehendere. Siquidē apud Pliniū libri ſeptimi capite ſeptimo, quo loco pro hijs uerbis, Tu cuius ſemper in uictoria mens, moneo legi poſſe, Tamen cura pertinaci æſtuans, ipſe citans hanc lectionem, Alij, inquit, paulo terſius hoc legūt modo. Vide candorē hominis. Alij, id eſt, Rhenanus. At infra capite xxij. Quā audenter me reprehendit nō aſſecutus mentem meam. Nam planè exiſtimauit magnam autoritatem ſuis cōmentarijs acceſſuram, ſi me ſtrenue multis locis ſuggillaſſet. Ibi quū offenderent me primū duo uerba Cimbricæ uictoriæ, deinde uetuſtū exemplar meū ſupra Caſtores haberet Curſ, ſcribo mihi uideri ſic Plinij uerba legi poſſe. Nam Cimbricæ uictoriæ curſores, quiꝙ Roma &c. propterea quod nūcij illi curſorū ſpeciem induerint nō deorū, nam hoc ex Floro Valerioq́ꝫ liquet, alioqui Prætor adoraſſet eos, idemq́ꝫ P. Vatinius feciſſet. Itaꝙ tum quū literas in urbe exhibere uiſi ſunt, & extra urbem Vatinio occurrerunt nō ſunt exiſtimati dij. ſed poſtridie literis de uictoria acceptis à Dictatore, quū illi nuſquam amplius cōparerent, interpretati ſunt omnes, fuiſſe de-

ſe deos. Atq; hoc eſt quod ego dicere uolo. Nec hoc pugnat cũ quoquam autore. Quod ſi quis ſequatur meam lectionem, Quiq; Romam. nihilo minus de duobus iſtis iuuenib. intelliget qui poſterius agniti ſunt Caſtores fuiſſe. Itaq; hactenus nõ fuerunt Caſtores, quia Caſtorum ſpeciem nõ repræſentabant ſed nunciorum uulgariũ, & quia Plinius uiſum ſpectrumq; fuiſſe teſtatur. Porrò nunciat etiã qui nunciandã curat, nec nunciũ ipſe perfert. Hic deflet meã infelicitatẽ qui nõ ſim in Pliniana lectione exercitatus, nec intellexerim quid ſibi uellent Caſtores Romani, quũ tamen antè teſter quid me potiſſimum offenderit. Auditus uocabulũ quod mihi uidebat̃ omitti poſſe, Caſtoribus accõmodat, quod uidelicet nõ ſolũ uiſi, ſed etiam auditi ſint. Cur nõ dictionem hanc ad Cimbricas uictorias refert, ut uidelicet Caſtores Romani fuerint uiſus, hoc eſt ſpectrũ, ac Cimbricę uictoriæ fuerint auditus, hoc eſt, auditio, quod priuſq; literæ de ſuperatis Cimbris Romã perferrent̃, auditũ fuerit, Cimbros eſſe uictos?

Capite L. octaui libri, Quin & duces, ſcripſi cicures etiam poſſe legi, propterea quod domos ſuas petere ſinguli porci diſcunt. neq; enim greges ſuũ aluntur in urbe, quemadmodum ruri fit. Loquit̃ autem de ſolertia porcorum. Et ſequitur, Feri. Quia uero uocabulũ, ueſtigia, nõ erat in codice manuſcripto quem fateor mendoſiſſimũ fuiſſe, conatus ſum aliam diuinare lectionem.

Quibus notata erat cœna. Hic monui ſcribendum & adhuc moneo, Quibus uſitata quidẽ cœna ſeculi uitio bini terniq; pariter mandantur apri. Nec ea re moueor, quod quibuſdam propter nouitatem nõ placet, At placebit aliquando. Hunc locum tantum arrodit, ut habeat occaſionem notæ in margine libri ponendæ, Contra Rhenanũ. Carpor autem magis in marginibus notis nuſq; nõ appoſitis, quàm argumentis. Sane uulgatam illi lectionem nõ inuideo, quæ tamen etiam grammatico ſenſu caret, ſi citra mei calumniam ea frueretur.

Capite LII. pro ſe tergorantes legere malo ſtercorantes. Quia uero apud Ariſtotelem de ſuibus loquentem hæc uerba repperit, tergus inuictum contra ictus efficiunt, probat uulgatam lectionem, & ait, Tergorare eſſe indurare tergus. Quaſi nõ idem accidat quoties ſe luto ſtercorant.

Capite LIII. ex autoritate & fide manu ſcripti uoluminis ſic reſtitui Pliniana uerba, Qualiter natos antiqui Hibridas uocabant, ceu ſemiferos. Hic me rogat ille, Dic, inquit, bona fide ſi ita legas, quò re pones uerbum, ſuibus? Ego uiciſſim poſſem illum rogare, Dic bona fide, meámne an tuam ipſius inſcitiam hic prodis?

Quãquam onerato capite uaſtis cornibus, gladiorumq; uaginis.)

Moneo legi poſſe, latecꝙ uagis pro gladiorũcꝙ uaginis, item, In hæc ſe librant, nõ in hijs ſe librant quemadmodũ ſcripſerat Chriſt. Lõgolius uir optimus, & bonarũ literarũ decus immortale, quẽ multi putabant iſtius operis maiorẽ cõfeciſſe partẽ, ſed nondũ librũ uiderãt. Dicit uero me debacchari ſtilo in Longoliũ, quod dixerim germanã Plinij lectionẽ ab illo mutatã in adulterinam. Quaſi hoc nõ ipſi Hermolao Barbaro ſæpe accidat, & omnib. nobis qui nõ ſolũ in Plinio uerumetiã in alijs autoribus reſtituendis laboramus. Nõ em̃ ſemper ſuccedit quod inſtituimus. Porrò uaginas corporis quibus unguiũ mucro conditur, ad iſtas gladiorũ uaginas trahere, quid habet ſimile? Quur uero nõ citauit illũ à Plinio quocꝙ ex Pontificum cõmentarijs relatũ locũ, lib. xviij. de uaginis frumentorũ, Priuſcꝙ frumẽta uaginas exeãt, & antequã in uaginas perueniãt? Nihil apud me eo ipſo teſtimonio euinceret. Arbitror Pliniũ dicturũ fuiſſe, ſi uoluiſſet uti metaphora, Ac ueluti quibuſdã gladiorũ uaginis. Hoc uero iucundũ quod poſt longã reprehenſionẽ uidẽs meã caſtigationem nõ eſſe ita abſurdam ſic cõcludit, Nõ enim hæc, inquit, diſputo, quod uelim Rhenani lectionem futilem aſſerere, ſed uulgarem poſſe defendi.

Capite LIII. Mira ſolertia uiſco inungunt oculos, calcearicꝙ imitatione uenantiũ tradunt.) Hunc locũ ait à me peruerſum quod reſtituerim eum ad fidẽ uetuſti codicis hoc modo, Mira ſolertia, uiſco inungi, laqueiſcꝙ calceari imitatione uenantiũ tradunt. Ipſe legit, uiſco inungunt oculos, uocabulo laqueis expuncto, fretus autoritate Solini contra manu ſcriptorum codicum omniũ fidem, Quaſi uero qui ſe uiſco inungunt, non etiam inungant oculos. Hic ſibi ualere uult autoritatem Solini, me eius autoris teſtimonio tantum utentem ſupra manu ſcripti uoluminis argumentũ paulo poſt penitus exibilat, quemadmodum commemorabimus. Porrò hoc ſunt admonẽdi ſtudioſi, nihil magis perdidiſſe Pliniũ quam quod eruditi infulſerunt multa ſumpta ex alijs autoribus eandem rem tractantibus, quũ tamẽ nõ ita Plinius ſcripſiſſet. Itacꝙ nõ omnia ſunt addenda, ea etiam quæ addita ſenſui nihil officiunt.

Quod mox nõ nuces ſed acies legam, ſcommate me ferit, diligentiam meam deridens.

Capite LV. Ait me tota hallucinatum fuiſſe diametro, quod nihil definiens, ceu uerba mea addita in fine manifeſte teſtãtur, propoſuerim huiuſmodi lectionem, cõditi liqueſcente niue gracileſcunt, ubi uulgo legitur, candidi rutileſcunt. Ibi ignorare me putat lepores etiã candidos reperiri. Quaſi uero qui in alpibus cõditi indormiunt per brumæ tempus, nõ poſſint eſſe candidi. Exemplar manu ſcriptũ aperte

perte habebat, Cõditi. Videbam uero, quod ait Plinius, illis pro cibatu niuem eſſe, ſic accipi poſſe, ut ſignificet illos pingues eſſe altadum niue, qua liqueſcente graciliores fiant. Atq; hactenus nihil de colore diſputari, quũ tamen nõ negauerim eſſe candidos ſed nõ propter niuem quæ pinguiuſculos reddat. Obuerſabatur animo meo carmen illud Martialis de glire,

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Quin uidi mures alpinos allatos ex Valle Pœnina, qui ſub brumę tempus effoſſa terra ſub foco ſe domi cõdebant. Neſcit Cõmentator quo uerterim oculos, huc uerti. Teſtantur autem uerba mea quæ illic ſubiungo, nõ pertinaciter me tueri cõiecturam. Itaq; nihil erat opus ut hic inclamaret candidatos literarũ. Nec ẽm periculi quicquã eſt, quoties inquirendi ſtudio ſeorſim diuerſa lectio proponitur, modo ſcripta autorum ac ipſi libri nõ ſtatim mutentᷣ uiolenturq́;, quod tamẽ à quib. factũ aliquando ſit ipſe nõ ignorat. Sępe uero ſua retractat etiam Hermolaus, nam in hoc ſcripti genere quod coniecturis ex magna parte conſtat, ſæpe nos tranſuerſos rapit nouitatis amor. Libro x Cap. XXIII reſtituo lectionem ad fidem ueterum codicum, quorũ uidi duos cõſentire, nempe hoc modo, Coturnicibus ueneni ſemẽ gratiſſimus cibus. Hic me rogat uelut obtorto collo tenẽs, dic, inquit, bona fide, ſi te interrogauero, quod ſemen ſit id, quid præter ueratri ſemẽ? Pulchra me Hercle quæſtio. Quis hoc negat? Ego uiciſſim poſſem illum rogare, Dic bona fide, nunquam ne genere ſoliti ſunt autores uti, ſed in quo ſpeciẽ docto lectori relinquant intelligendam? Expoſtulet igitᷣ hic cum Plinio quem planè reor ſic ſcripſiſſe. Vide uero miram iniquitatem. Autoritate Solini contra fidem exemplaris ſcripti, contra Hermolai meamq́; ſententiam ſupra legit, Viſco inungunt oculos, hic teſtimoniũ illius refutat quod Plinianus expilator nõ ijſdẽ uerbis utatur. De qua re ſupra meminimus. Atq; audi pulchram notam additam in margine, Rhenanus carpitᷣ diligenter. Expone diligenter, id eſt calumnioſe. Poſt longas deniq; citationes ſic cõcludit, His, inquit, collatis ſtat Rhenanum non bene ſentire de lectione ueratri ſemẽ. Imò nõ nego de ueratro intelligẽdum, tametſi uetuſti codices habẽt ueneni, quæ lectio optime conſiſtit. Hermolaus admonuit tantũ pro ueneno ueratrũ legi poſſe, cuius hæc ſunt uerba, Legi, inquit, poteſt Veratri ſemẽ, hoc eſt Ellebori. Et ſtatim neſcio quis pro Veneno Veratrũ ſuppoſuit, ut eſt uulgata Plinij lectio, plerũq; Hermolaica. Sed heus domine cõmentator, nõ meminiſti quomodo ſcribat Plinius infra Cap. LXXII, Venenis,

inquit, Capreæ & Coturnices, ut diximus, pingueſcunt. Reducit in memoriam, ceu uides, hūc priorem locū, quū inquit, ut diximus. Reprehende nūc, qui quodam carpēdi morbo laboras, Plinium ipſum ſi lubet, aut calumniare potius. Vides quàm pulchrè de me triūphet, quem fruſtra impugnat. Felicē Plinium qui tam acutum nactus ſit interpretem. Hæc fermè ſunt eximie uir, in quibus ille contra nos argutatur. Nam ubi diſſentit tantum à nobis, quid hoc ad rem pertinet. Vnicuiq; liberum per me eſto ſequi quod uolet. Aſpice uero communem, ſed uere miſeram omnium ſcribentium ſortem, quibus tam malignè laus reſpondeat etiam feliciter labore functis, ſin labantur alicubi, ſtatim paratus immineat qui ſuggillet & notā inurat. In hoc ſanè emaculandorum autorū negocio ſtudioſi paulo benignius ſeſe mutuo ſubleuare deberēt, quando res hæc eſt in primis laborioſa ac moleſta, deinde perquam incerta, ſed tamen neceſſaria. Siquidē hoc ſtudioſi non ignorēt, niſi docti uiri ſeſe ad hanc miſeram prouinciam demittant, nūquam futurū ut hiſtoria Pliniana ſuo nitori reſtituat. nam infinitis adhuc erratis ſcatet. Nolim tamen interim non legi longe utiliſſimum autorem, quod ignorem quando ſtudioſis ea ſit obuentura felicitas. Idem de Cicerone & Liuio ſentiendum, cuius aliquot libri prodigioſe ſunt corrupti. Quis enim hoc labore lubēs uelit implicari, qui uideat aberranti perpetuam contumeliam paratam, recte diuinantis laudem altera mox operis æditione finiendam. Porrò periculum ipſum in iſto caſtigandi genere, nunquam diſſimulaui. Proinde ſemper cohortatus ſum ut talia ſeorſim legenda proponantur ipſis autoribus intactis. Vnde maturo iudicio rebus exactius perpenſis cum tempore reſtitui poſſint ueterum monimenta. Aiebant id in Plinio ſe feciſſe caſtigatius nactos exemplar, qui proximæ æditioni præfuerunt Baſileæ, quum reprehenderem quod multa mutaſſent. idem antè Eraſmo arguenti reſponderunt, Accipio uero loca reſtituta, quibus nec ego ſuccurrere potuerim quamlibet annixus propter exemplar mendoſum, nec item Budæus ipſe. At feliciorem laborem ſumpſit Aquæus noſter, commentarios in Plinium procudens, audacior ſanè Philippo Beroaldo qui maluiſſet in hunc ſcriptorem gloſſemata conſcribere toties domi ſuæ ſtudioſis prælectum, quàm in Apuleium Madaurenſem niſi mendas ueritus fuiſſet. Propterea dixi feliciorem laborem, quod in commentarijs infinita ſunt quæ dici poſſunt, & loca deprauata aut non intellecta citra reprehenſionem tranſiliuntur. Verbi gratia, Plinius libro x. capite xxiiij. ſic ſcribit de hirundinib. loquēs, Cecina Volaterranus equeſtris ordinis quadrigarum dominus, comprehenſas in urbem ſecum

afferens

afferens, uictoriæ nuncias amicis mittebat, in eundem nidum reme-antes illito uictoriæ colore. Hactenus Plinius. Mirũ quid ſibi uelint iſta duo uocabula, quadrigarũ dominus. Raphael Volaterranus in-dubiè ſentiens locũ uitiatũ eſſe, legit, Quadrigariorũ magiſter, niſi in terpretationem eſſe dicere libet, ac quod hic de hirundinibus narra-tur ad belli tempora accõmodat. Sic enim ſcribit, A. Cecina Volater ranus, inquit, equeſtris ordinis, Quadrigariorũ magiſter, Pompeia-narum partium tempore belli ciuilis, hirundines paruas è nidis Ro mæ cõprehenſas nutriebat, quas poſtea nuncias belli mittebat ami-cis, ut Plinius refert. Hæc Raphael Volaterranus. Cæterum nec mi-hi placet, Quadrigarum dominus. Frigidum autem ſit ſi quis equos alere elocareq; ſolitum putet. Conijcio legendum, aurigatum nido uiuas, hoc modo, Cecina Volaterranus equeſtris ordinis, aurigatũ nido uiuas cõprehenſas in urbem ſecũ afferẽs, uictoriæ nuncias ami cis mittebat, in eundẽ nidũ remeantes illito uictoriæ colore. Senſus eſt, Quũ ex Volaterris aurigatũ ab ludos uidelicet Circenſeis Ro-mam Cecina proficiſcerẽt, hirundines uiuas in ædibus amicorũ in ni do cõprehenſas ſecũ ferebat, & factionis uictricis illito colore remit-tebat ad amicos uictoriam eius diei Circẽſem ſignificaturas. Nam hi rundines in longinquũ bellũ cuius incerta ſit uictoria, ſecũ ferre, ridi culum. Notum autẽ eſt quatuor olim factiones extitiſſe, Ruſſatorũ, Albatorũ, Praſinorũ, & Venetorũ, quot ſunt anni tempora, colori-bus inter ſe diſtinctas, à quib. cognomina tracta ſunt. Felicis cuiuſ-dam aurigæ Ruſſati Plin. libro ſeptimo capite LIIII. meminit. Inue-nitur in actis, inquit, Felice Ruſſato auriga elato, in rogũ eius unũ è fauẽtibus ieciſſe ſe. Et addit cauſam, Friuolũ dictũ, ne hoc gloriæ arti ficis daretur, aduerſis ſtudijs copia odorũ corruptũ criminantib. Lo quitur autẽ de odoramẽtis quæ inter cuiuſq; factionis homines ſpar gebantur. Aurigandi uerbo Suetonius utitur in Caligula. Hic nõ in uerto uerba Plinij immo explico. Certe in tam corrupta ſcriptura nõ ſecus ac in deploratis ægrotis interdum fectionibus ac uſturis opus eſt. Atq; hic Commentator noſter prorſus ſilet. Proferemus adhuc unum ac alterum locum. In Procemio libri decimioctaui nõ longe à principio ſic legitur, Quoniam tamen ipſa materia intus accendit. Hæc uerba nullo ſenſu dicuntur. Vetus exemplar habet, Accedit. Hermolaus indicat potius Accendit ſcribendum, quàm Accedit. Itaq; uerbum hoc receptũ eſt in contextũ. Ego dico reponendũ eſſe Accedit, & pro intus legendum uitijs, Sic eñ Plinius ſcripſit, Quo-niam tamẽ ipſa materia uitijs, accedit ad reputationem eiuſdẽ parien tis & noxia. Vide quantũ hactenus obſtiterit unicum iſtud uocabu

lum ui-

lum uitiјs in aduerbium intus deprauatum, quo minus multis iam ſe culis hic Pliniј locus fuerit intellectus. Sim uero ualde ciuilis ſi hic Aquæum imitatus petulanter Hermolaum uirũ modis omnibus in comparabilem inceſſam. Sequitur ibidem, Atq; quum in arbores exacuant, limentq́; cornua elephanti, & duro ſaxo rhinocerotes, & utroq; apri dentium ſicas. Scribendũ primum, quũ arbore exacuant, s, litera ablata ac in præpoſitione expuncta. nam ſequit̃, utroq;, item auferendi caſu. Deinde pro & duro reponendum, & Vri. Nam ſic Murbacenſe exemplar quod pridem penes me erat, manifeſte conti net, Vt ſic legamus deinceps. Atq; quũ arbore exacuant, limentq́; cornua elephanti & Vri, ſaxo rhinocerotes, & utroq; apri dentium ſicas. Pariſienſis æditio quam epiſtola liminaris Beraldo uendicat, teſtatur legiſſe Longolium, & duro. Sed nos legendum cõtendimus, & Vri. Quis non alicubi labitur? Audi uero quid Aquæus hoc loco dicat, Legi, inquit, etiam poteſt ſcitè ſicca, hoc ſenſu, Quũ apri liment ſicca dentium, ut ſicca ſit ſubſtantiuũ. Aliј legunt, utroq; apri dentes ſiccas, ut ſenſus ſit, Apri dentes exacuãt in ſiccas arbores. Habes quod eligas, utere congruentiore ſententia. Hæc ille. Pulchræ me hercle expoſitiones & argutæ. Longum autem eſſet tantum huius procemiј uitia aperta adhuc narrare quæ ſunt ſupra nouem, uerum non ſinit hoc epiſtolaris anguſtia. Sic repurgato Plinio certi commentariј ſcribi poſſent, immo pluribus locis commentario minus autor egeret. Sed fungere tu labore hoc uere Herculeo, Augięq́ue ſtabula repurga, alio in inſidiјs interim intento, ſicubi in negocio fallare mendoſa ſcriptura auocante mentem tuam, qui te mox cõtumelioſe traducat. Enimuero fortaſſe putas iſta animaduerſa Aquæo. Nihil minus. adeo exercitatus eſt in lectione Pliniana, argutiam eius ſcriptoris nuſquam non aſſequens. Ego ſtipes qui ſubinde hæſitem. nam hoc imperitiæ temeritatiq́; tribuit. An non argutũ, quod Columellæ uerba exponens docentis ægrotum pecus eſſe ſaliuandum, docet nos ſaliuare eſſe ſanum facere. O ſi eſſet qui utriuſq; caput ſaliuaret. ſed tamen ego nolim conſpui. Niſi ſit expoſitio figurata nempè hyſterologica, quod per unctionem eam ſanitas conſequatur. Quàm pulchrè uero mendoſa loca LIX Capitis lib. IX tranſilit, præſertim eum qui eſt in fine, At inter ſargos. Ibi debebat exponere quænam uox eſſet Sargos, Latina, Græca, an Hebraica, tũ quid ſignificaret. Eſt hoc interpretari Plinium? Et tamen audet aliquoties addere, Hoc caput nihil habet fuſcedinis, nihil habet nubili. Sed nimium te moror uir ornatiſſime, tametſi ſcio te libenter audiſſe locorum iſtorum germanam Pliniј lectionem, ac mihi gratias ha-


tias ha-

tias habiturū.quid Aquæus facturus ſit neſcio.Nec de hoc ſum ſolicitus.Porrò nōdum obliuio me cœpit humanitatis tuæ qua me proſecutus es apud Auguſtam, opera Chriſtophori Virſungi in ædes Fuggerorum me perducens.Antonij domus quid ſplendoris nō habet? Teſtudinata pleriſq; locis,& columnis marmoreis ſuffulta,quarum epiſtilia ad antiquitatis exemplar exculpta ſunt. Quid de cubiculis amplis & ornatis dicam,quid de hypocauſtis,quid de ambulacris,quid de ipſo domini cubiculo lōge cultiſſimo,tum ob deaurata laquearia,tum ob reliquū ornatum & thalami ipſius non uulgarem elegantiam.Huic adhæret ſacellum D. Sebaſtiano ſacrum cum ſubſellijs ex precioſa materia faberrime factis.Omnia uero exornant inſignes picturæ intus & foris. Et tamen quū exquiſitiſſima ſint cuncta,pleraq; minimū luxus præ ſe ferunt,multum uero ciuilis nitoris atq; frugalis munditiæ.Raimundi illa domus altera paulo ſemotior quàm eſt item planè regia amœniſſimū utrinq; proſpectum in hortos habens, quorum alter ædibus cohæret, alter interſtite uia publica, ſed anguſta ſeparatur? quid plantarum nutrit Italia quod domeſticus hortus non habet? quæ ibi topiaria, quæ pergulæ, quæ arbores, qui fontes fuſilibus deorum ſimulachris ornati? quale balineum ea ædium parte? Minus iam placebant Ludouici Galliarum regis horti, quos olim Turonis & Bleſis uidimus. Poſtquàm aſcendimus, hypocauſta latiſſima, aulas ſpacioſiſſimas ſiue cubicula coniuncta cum fumarijs, ſed ornatiſſima conſpeximus, reſpondentibus inter ſe oſtijs in meditullio domus, quibus de cōclaui in cōclaue tranſitur.Hic paſſim uidimus exquiſitiſſimas picturas ex Italia aduectas,multas etiam Iconicas tabulas manu Lucæ Cronacenſis feliciter abſolutas.Sed magis nos mouerunt in ſuperius cœnaculum deductos tot ac tanta monumenta antiquitatis, ut uix ullo Italiæ loco plura crediderim apud unum hominem reperiri.Primū ærea contemplati ſumus & fuſilia.Quis illic ueterum deorum nō ſæpe nobis occurrebat? Iupiter cum ſuo fulmine, Neptunus cum tridente, cū ſacculo petaſoq; Mercurius, Pallas cum ægide. & erant quos uix præ uetuſtate licebat agnoſcere. Nomiſmata deinde ſuo loco iacebant. Aderat tantum unum illic ſimulachrum lapideum. Circe fuit. ea nuda recumbebat innixa dextro brachio, circum ſe in margine tabulæ marmoreæ uarias beſtias habens, & adhuc illa magica uirga ſua quendam in brutum conuertebat, ſupereratq; pars hominis non amplius quàm dimidiata. In altero ſecretario quod ſaxeas tantum ſtatuas continebat, uidimus, Dianam cum luna ac pharetra, uidimus Apollinem, Mineruam, Venerem cum Cupi-

dine

dine, Taurum qui uehebat nudam puellam tenſis brachijs auxilium implorantem, & obſcœnum illum deum pudenda ſui parte prorſus impudentem, cui aſtabant effigies mulierum plenos phallis calathos geſtantiũ. Apparebat hortorũ limites fuiſſe. Mirum uero potuiſſe iſta tot ſeculis uſpiam integra cõſeruari. Fragmenta ſtatuarum uix numerare erat. Placebat nobis Somni dei caput clauſos habens oculos, & papauere reuinctũ. Bacchi capita multa arguebant ſerta ex racemis & pampinis. quædam Coloſſeam fermè corporum magnitudinem præ ſe ferebant. Narrabat uero nobis ex toto propemodum orbe cõuecta fuiſſe ea uetuſtatis monumenta, præcipuè tamen ex Græcia atq; Sicilia. Adeo nullius ſumptus Raimundum pœnitet ob amorem quem literarũ minime expers erga antiquitatẽ gerit, modo poſſit talibus rebus potiri. id quod uerè nobilem & generoſum hominis animũ oſtendit. Sed de hijs plus ſatis. Ædidimus opuſculum rerũ Germanicarũ inſcriptum Cæſari Ferdinando. Expectamus aliquid ueterũ librorum à te, Ciceronem de gloria, Eundem de Vita beata, Quaſdam eiuſdem orationes hactenus nõ uiſas, Medæam Ouidij. Fontianũ poetam, qui prouincias Romanas eleganti carmine deſcripſerit, niſi tanto theſauro ſolus frui uis. An fabulam narrauit ille noſter? Bene uale uir eximie. Seleſtadij, quinto Nonas Martias Anno M. D. XXXI.

BASILEAE PER HIERONYMVM FROBENIVM, ET NICOLAVM EPISCOPIVM, MENSE MARTIO M. D. LI.


FRO BEN.

Humanismus

koll Ob.

24 unn. Bl., 206 S., 1 Bl.: 2 gr. Druckerm.

a. Titel u. Schlußbl.,

einige Initialen

vgl. Brunet IV 1264! 1. Ausg. ebda. 1531.

noch ohne Biographie des Rhenanus

von Joh. Sturm.

2 Stat.

SPECIAL 88-B
25022

GETTY CENTER LIBRARY